**Illustrium maioris Brittaniae scriptorum, hoc est Angliæ, Cambriæ ac Scotiæ summariū, in quasdam centurias divisum, cum diversitate doctrinarū atq; annorū supputatione per omnes ætates a Iapheto ... ad annum domini M.D.XLVIII / Autore Joanne Balæo Sudovolca.**

**Contributors**

Bale, John, 1495-1563.

**Publication/Creation**

Gippeswici [Ipswich] : per Joannem Overton, 31 July 1548.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/e8jpuapt

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


BALEI
SCRIP.BRIT.

53820

# ILLVSTRIVM MAIORIS BRITANNIAE SCRIPTORVM, HOC EST, ANGLIAE, CAMBRIAE, ac Scotiæ Summariū, in quaſdam centurias diuiſum, cum diuerſitate doctrinarū atq; annorū recta ſupputatione per omnes ætates a Iapheto ſanctiſsimi Noah filio, ad annum domini. M. D. XLVIII.

AVTORE IOANNE BALAEO SVDOVOLCA.



EXCVDEBATVR PRAESENS OPVS VVESALIAE PER Theodoricum Plateanum. Anno a ſeruatoris natiuitate. M. D. XLVIII. Pridie Calendas Auguſti.

# LONGE PRAECLARISSIMO

Edwardo eius appellationis ſexto, Anglię, Franciæ, & Hiberniæ regi, fidei defenſori, ac immediate poſt Chriſtum Anglicanæ & Hibernicæ eccleſiæ capiti ſupremo, Ioannes Balæus Sudouolcas, fœlicitatē optat perpetuam.

MAGNVM Dei optimi maximi beneficium eſt, potentiſſime rex, mundi ac rerum omniū creatio, ſed multo maius & euidētius diuini amoris erga genus humanum argumentum eſt, quod ab initio ſeſe patefecerit idem Deus, et de ſua erga nos uolūtate tradiderit doctrinam, cuius conſeruationem & propagationē ſemper in eccleſia eſſe uoluit. Ideoq; ut ad Epheſios. 4. dicitur, inde uſq; a primis parentibus, ſubinde in hoc cœtu, penes quem doctrinæ cœleſtis cuſtodiam eſſe uoluit, duces ac doctores diuinitus excitati ſunt, per quos & ſuę patefactionis teſtimonia ædidit, & doctrinam illuſtrauit Deus. Niſi enim immediate a Deo miniſteriū Euāgelij, de beneficijs filij ſui, domini noſtri Ieſu Chriſti cōſeruaret in hac imbecillitate & cæcitate humanarum mentium, ac ſęuitia diaboli flagrantis odio Dei & generis humani, ſtatim lux doctrinæ cœleſtis, ueri cultus, & uera inuocatio extinguerentur: totūque inde genus humanum, in tenebras, errores, ac æternum exitium rueret. Verum clementiſſimus pater noluit prorſus totum genus humanum perire, quod ſecundum imaginem ſui condidit, a quo uoluit agnoſci, coli, & glorificari in omnem perpetuitatem. Ideo inſtituit miniſterium cœleſtis doctrinæ, exuſcitat doctores, qui uocem Dei ſeſe pate-

facientis

ſacientis circumferant, illuſtrent doctrinam, legem ac pro-
miſſiones diuinas contra impiorum & hypocritarum iudicia
interpretentur, & ueram ſententiam uocis diuinæ, ſcriptis
& uoce propagent, & ad poſteros intemeratam tranſmittant.
Horum autem conciones ac monumenta, tanquam uocem
Dei de cœlo ſonantem, excipere & audire debemus, eorumq́
uocationē, quę aut Prophetica aut Apoſtolica fuit, longo in-
teruallo ab epiſcoporũ, doctorũ, & omniũ, qui Propheticę &
Apoſtolicæ doctrinę in eccleſia diſcipuli fuerũt, diſcernere o-
portet. Nam illorũ uocationē immediate eſſe a Deo, eoſq́ ue-
rę interpretationis, legis, & promiſſionũ diuinarũ teſtes eſſe,
ſingulorũ miracula teſtãtur. Horũ uero doctrinã ac interpre-
tationes eatenus recipere conuenit, dũ cũ Prophetica & A-
poſtolica doctrina cõgruũt, quorũ diſcipulos omnes ſe fateri
debēt. Hoc diſcrimen in eccleſia extare, & ſingulos ad lecti-
onem Propheticam, & reliquorũ doctorum, qui poſt Apoſtolos
eccleſiam gubernarunt, afferre oportet, ut intelligi poſſit quo
iudicio quęq́ legenda ſint. Id breuiter prefari libuit sereniſſi-
me rex, ut obiter admonerent pij, quo cõſilio horũ ſcriptorum
monumēta, quorũ catalogũ his cõmentarijs recēſui, legenda
putarem, ne quiſquam exiſtimare poſſet, me horum omniũ
ſcripta ſine diſcrimine approbare, aut etiam reijcere. Longe
enim huius mei laboris (ut poſtea dicetur) alia ratio fuit. Et-
ſi huius generis ſcriptorum monumenta nequaquam eo loco
habenda ſunt, ut Pophetarum & Apoſtolorum conciones,
tamen ad eccleſię ædificationem, omnium piorum conſenſus
ſemper plurimum conducere recte cenſuit. Vtile enim eſt,
inhorum ſcriptis, non ſolum poſt Apoſtolos, temporum ſe-
riem & propagationem eccleſiæ conſiderare, uerum etiam
uehementer ad confirmandam fidem noſtram conducit, uide
re perpetuum conſenſum piorum in eccleſia, de præcipuis
dogmatib⁹

dogmatibus chriſtianæ religionis. Neque enim temere ulla doctrina admittenda eſt, cuius teſtimonium non extet in primæ eccleſiæ doctoribus. Nec dubium eſt, quin hoc maxime conſilio, ab Euſebio Cæſarienſi, diuo Hieronimo, Gennadio, Iſidoro, & alijs olim conſcripti ſint illuſtrium ſcriptorum eccleſiaſticorum catalogi, ut nimirum poſteritati primo conſtaret, quorum miniſterio doctrina cœleſtis in eccleſia conſeruata & propagata eſſet, deinde ut ex illorum monumentis, aliqua ueteris gubernationis eccleſiaſticę petita imago, poſteris præluceret. Ad hęc magna olim in eccleſia dogmatũ certamina extiterũt, ac hodie ſunt, quorum fontes inquiri commode non poſſunt, niſi ueterũ eccleſię ſcriptorum diſputationes notæ fuerint. Quare ueterũ ſcripta nõ tãtũ conſcientias de magnis rebus erudiũt, pietatẽ alũt, fidemque confirmant: ſed etiam gubernatoribus eccleſiarum uehementer conducunt, & ad diiudicandas dirimendaſque controuerſias dogmatum eccleſiaſticorum utiliter ſeruiunt. Pauca quædam ueteris eccleſiaſticæ gubernationis ueſtigia, in hiſtoria eccleſiæ, apud Euſebium conſpiciuntur, quibus tamen ſi careremus, magno & neceſſario præſidio deſtituti eſſemus. Admonent certe pios de magnis & neceſſarijs rebus. Docent eccleſiam omnibus ætatibus, uarijs certaminibus exerceri, inter quæ tamen diuinitus tegitur ac ſeruatur. Nam etſi Satan, generis humani uetus hoſtis, odio Dei accenſus, uarie exercet pios, & leuia interdum impellit ingenia, quibus ad doctrinã eccleſię perturbãdã abutit: tamẽ curę Deo eſſe, ne prorſus doctrinæ cœleſtis lux extinguatur, & deleatur eccleſia, hæc ipſa ueterum ſcripta teſtantur. In quibus liquido conſpicitur, lucem Euangelij obſcuratam, ac multis in locis tantum non extinctam, ſingulari Dei beneficio rurſus accendi, & per pios doctores, etiam inter imperiorum ruinas, & magna

rerum omnium cõfuſione cœtum aliquẽ colligi, in quo ſonet uox Euangelij. Itaque his de cauſis motus & ipſe, multorum eorumque magnorum uirorum exemplum imitatus, illuſtriũ ſcriptorꝝ, qui quidẽ in Anglia, Cambria, & Scotia floruerũt, catalogũ collegi. Vnde cuilibet in prõptu fuerit cognoſcere, per quos noſtra patria ad cognitionem chriſtianę religionis peruenerit, quorum miniſterio apud nos defenſa ac propagata ſit doctrina ſacra, quę incrementa, qui progreſſus fuerint, quæ certamina ac mutationes in ea extiterint. Deinde hinc quoque cognoſcere licebit, quorum gubernatio Britannicæ eccleſiæ, poſtea Anglicę, ſalutaris fuerit, qui de quib⁹ dogmatibus religionis aliquando certamina excitarint. Hæc autem & ſimilia quorum plurima pio lectori hi noſtri commentarij ſuppeditabunt, plurimum etiam ijs, qui ad eorum gubernacula ſedent, conducere, nemo eſt, qui non intelligat. Nam ut recte inquit Plutarchus, quemadmodum Muſicus ſua organa noſſe debet, ita ijs, quibus multarum gentium gubernatio diuinitus commiſſa eſt, diligentia adhibenda fuerit, ut ſenſus ſuorum, populique ingenia calleant. Quam ad rem non pauca in hoc libro continentur, mirum in modum profutura. Multorum enim hic ſententiæ, opiniones uarię, de dogmatibus religionis, ac etiam de politica huius nationis adminiſtratione recenſentur. Vnde iudicium non ſolum de ingenijs, moribus, ſtudijs, ac inſtitutis Anglicæ gentis facere licebit, uerum etiam ex quibus utriuſque fere gubernationis, eccleſiaſticæ & politicæ imago quædam conſpici poſſit. Ac quidem inter colligendum, delectum adhibui, ut eas res obiter in hoc pertexendo catalogo annotarem, quas & utiles & iucundas lectori fore iudicaui. Multa etiam, ne opus nimium excreſceret, nobis reſcindenda fuerunt. Porro etſi alias uſquam, certe in hoc genere ſcriptorum uerum eſt, quod

grauiſſime

grauiſſime a Plinio dictum eſt, nullum eſſe tam malum librũ
qui non aliqua ex parte proſit. Nam etſi pleriq; noſtræ gentis
ſcriptores, non ſatis culto ſermone (ut tempora fuerunt) ani-
morum ſuorum ſenſa poſteris cognoſcenda reliquerunt, ta-
men res utiles & cognitione dignas, horum nonnulli tradi-
derunt. Atqui ut demus non omnes de religione pari dexte-
ritate & puritate ſcripſiſſe, tamen hoc ipſo proſunt, quod nos
admonent alias in eccleſia, de beneficijs Chriſti illuſtriorem
ac puriorem eſſe doctrinam, alias plus tenebrarum, ac maio-
res corruptelas admixtas eſſe. Hæc reuera omnibus ætatib⁹
fortuna eſt eccleſiæ, ut in ea extruenda, nõ oẽs ligna, lapides,
aut aurum afferant, ſed pleriq; fœnum & ſtipulas, parum fir-
mam futuro ædificio materiã congerant. Quæ tamen omnia
prudenter diſcernenda ſunt, ut ſuo quæque loco collocata
ſtructuræ augmentationem adiuuent. Multa in noſtræ gentis
ſcriptorum monumentis peti poſſunt, quæ prudenter decer-
pta, & uſurpata ad eccleſiæ Chriſti ædificationem, non pa-
rum profutura ſunt, & utiliter pium lectorem, de ſpirituum
diſcretione, uarietate opinionum, multiſq; dogmatũ concerta
tionibus admonere poſſunt. Cum autem Regiam Maieſtatẽ
tuam, ad pietatẽ religionemq; pure colendã, literarũ amorẽ,
aliaſq; heroicas ac uere regias uirtutes diuinit⁹ excitatã eſſe,
ipſius gubernationis initia ſatis declarent. Statui inclytæ Re
giæ Ma. t. me nõ ingratũ quid facturum, ſi illuſtriũ ſcriptorꝝ,
qui quidem in hac Britannia maiori, Angliaſcilicet, Cãbria,
& Scotia, aliquando ingenij ſui monumenta reliquerunt, cata
logum a me conſcriptum, tui fœliciſſimi nominis auſpicio pu
blicarem. Primo, ut hoc officio, sereniſſimæ Re. Ma. t. meam
gratitudinem & obſeruantiam declarem. Deinde ut illis ipſis
ſcriptoribus, qui operam ac induſtriam ſuam, in erudienda
& illuſtranda

& illuſtranda patria noſtra contulerunt, aliqua ſaltem a no bis gratia referretur. Aequum eſt enim, illorum laboribus ac exiſtimationi fauere, non ſolum qui æditis monumentis, omnem poſteritatem erudiunt, uerum etiam ijs qui illorum ſcripta in publicum ſpargunt, nec in obſcuro eorum nomina eſſe patiuntur. Poſtremo ut hoc publico ſcripto, illuſtriſſimę Re. Ma. t. hunc animum gratularer, quod hoc calamitoſo tem pore honeſtiſſimo, immo pijſſimo exẽplo gloriã Dei ornare, & multarum gentium ſaluti conſulere ſtudeat. Neque autẽ fieri poteſt, cũ potẽtiſſima Reg. Ma. t. re ipſa oſtendat, ſe uerã Dei agnitionem & inuocationem, omnibus humanis rebus anteferre, eccleſiam Chriſti & doctrinam cœleſtem amare, cu ius curam & propugnationem, aduerſus antiqui ſerpentis in regno papiſtico tyrannidem, uere regio animo ſuſcepit, quin hui⁹ generis monumẽtis delectet, ex quib⁹ nõ pauca deſumi poſſunt, quę cõſilia ac honeſtiſſimos ſuos conatus in aſſerẽda uera religione adiuuent, regant, & confirment. Dedi autem operam, ut ea pręcipue deligerẽ, ex quibus noſtrorũ hominũ naturę, ingenia, mores, ſtudia, ac uetera ĩſtituta intelligi que- ant. Deinde ex quibus etiã pręcipuę rerũ mutationes, ac fere utriuſq;, eccleſiaſtici & politici ſtat⁹ uniuerſa gubernatio facil lime cognoſci poſſit. Quare ſpero hunc meũ laborẽ inclytæ Reg. Ma. t. gratũ, & pijs lectorib⁹ utilẽ futurũ. Laudãda uero in primis eſt principũ ac regũ uolũtas, qui fauore ac liberali tate, eruditorum uirorum induſtriam inuitant & adiuuant, ut eius generis ſcripta in publicum emittantur, quorum in do ctrina cœleſti tradenda & illuſtrãda, aliquis uſus eſſe poteſt. Ac utinam hoc ſuũ officiũ eſſe reges ac principes omnes non ſolũ intelligerẽt, ſed etiã pręſtare ſtuderent. Minus profecto in mundo eſſet prophanationis, idololatrię, blaſphemiarum, & omnis generis turpitudinis. Niſi enim beneficentia & libe

ralitate

ralitate bonorum principum, piorum ac eruditorum uirorũ ſtudia excitentur, & iuuentur, tum in doctrina religionis tũ in externa diſciplina, magnas tenebras ac tetram confuſionẽ ſequi neceſſe eſt. Atqui ob hæc maxime beneficia, in propaganda doctrina cœleſti, & honeſta conſeruanda diſciplina, Deus potiſſimum regibus ac gubernatoribus, ſui nominis ſocietatem impertit. Ego (inquit) dixi, dij eſtis, hoc eſt, eo in faſtigio rerum diuinitus collocatos uolui, ut populis & ſubditis ueſtris, res æternas impertiatis. Vt puram doctrinam religionis, ueros cultus, honeſtam diſciplinam tueamini aduerſus diabolum ac membra ipſius, quæ admirandis artibus deformant gloriam Dei, & ſæuitiam in eccleſia exercent. In his officijs, præcipue regum ac principum, pietatẽ conſpici uult Deus. Neque enim magiſtratus, qui apud prophetam Eſaiã, eccleſiæ nutritor nuncupatur, tantum corporum ſuorum utilitatibus ſeruire debet, ſed multo magis gloriam Dei quærere, & ſaluti animarum conſulere debet. Horum omnium curã, cum ſereniſſima Reg. Ma.t. pulcherrimo omnibus principibus propoſito exemplo, magnitudine animi ſingulari, nunc Deo propitio ſuſceperit, non ſolum pro iſta pietate, Deus ingentia præmia, cum in hac uita fœlicem ac ſalutarem gubernationem, tum in futura æternam beatitudinem retribuet: Verũ etiam omnium piorum uoce ac literis ad omnem poſteritatem ubiq; locorũ, pietas & uirtus præclariſſimę Reg. Ma.t. celebrabitur. Et ego ardentibus uotis Deum æternũ patrem domini noſtri Ieſu Chriſti oro, ut lucem Euãgelij ſui diuino fauore, tuiſq; auſpicijs in Anglia fœliciter accenſam conſeruet ac promoueat. Et deinde ut omnia conſilia, ac prudentiſſimæ Reg. Ma.t, conatus ſic regat, ut & Chriſti eccleſię gubernatio ipſius ſalutaris, & inclytæ Reg. Ma.t. fœlix ac fauſta eſſe queat, Id quod etiam pij omnes toto terrarũ orbe

arden-

ardentiſſime optant ac præcantur, ut regnum Britannicum, quod nunc Chriſti, & ſuæ eccleſię gratiſſimum hoſpitium eſt, quandiutiſſime ſeruet ac tueatur. AMEN.

# LIBER AD LECTOREM AVTORE IOANNE LITHODIO.

*En tibi nota quidem, ſed nunc referenda per orbem*
*Denuo, clara uirum nomina amice damus.*
*Ingenijs quorum per ſæcula plurima, tellus*
*Anglica culta fuit, percelebriſque manet.*
*Fuſius iſtorum quæ magna uolumina tradunt,*
*Complexus tenui faſce coacta fero.*
*Pulchrum, quæ noſtri recte docuere parentes*
*Noſſe, labor laudem hic, nam pietatis habet.*
*Ergo me lector, modico nunc perlege ſumptu,*
*Cuius te nunquam pœnituiſſe poteſt.*
*Singula ſi inſpicias, erit hinc tibi tanta uoluptas,*
*Quantam uix alius præſtitit ante liber.*

# INDEX COPIOSVS, BRITANnicorum ſcriptorum nomina, iuſto literarum ordine complectens.

ABbo Floriacenſis, fo. 67
Accas Haguſtaldēſis. 46
Acnelnotus Cātuariēſis, fo. 71
Adamānus Coludius, fo. 43
Adamus de Mariſco, fo. 107
Adamus Godham, fo. 132
Adelardus Anglicus, fo. 82
Aidanus Awinas, fo. 38
Alanus Teukeſberiēſis, fo. 95
Alanus de Lynna, fo. 185
Albinus Flaccus, fo. 55
Albion Gigas, fo. 8
Albricius Londinenſis, fo. 74
Alcuinus, qui & Albinꝰ, fo. 55
Aldelmus Bladunius, fo. 44
Alexander Neckam, fo. 99
Alexander de Hales, fo. 103
Alexander Ceſtrienſis, fo. 103
Alexander Eſſebienſis, fo. 160
Alexander Seton, fo. 227
Alexander Aleſius, fo. 227
Alphredus Nothus, rex, fo. 45
Alphredus Magnus, rex, fo. 65
Alphredus Beuerlacēſis, fo. 73
Alredus Rhieuallis, fo. 88
Ambroſius Merlinus, fo. 27
Amphibalus Deuanius, fo. 18
Androgeus Comes, fo. 13
Anna Aſkewe, fo. 229
Anſelmus Burgundus, fo. 77
Antonius Cope, fo. 233
Aruiragus Tegenus, fo. 14
Aſaphus Epiſcopus, fo. 34
Aſſerius Meneuienſis, fo. 65
Auguſtinus Romanus, fo. 34
BAankinus de Lōdino. 174
Bartholomęꝰ Anglicꝰ. 153
Bartholomęus Traheron,. 235
Bedas Girwinus, fo. 50
Benedictus Biſcopius, fo. 43
Benedictus de burgo Petri. 96
Benedictus Icenus, fo. 145
Bertramus Fizalen,, fo. 186
Bladudus Magus, fo. 10
Blegabridus Syllius, fo. 12
Bonifacius Wenefridus, fo. 53
Brendanus Abbas, fo. 32
Brenlanlius & Caton, fo. 142
Brigida Laginenſis, fo. 28
Brutus Iulius, fo. 8
Bundwica Bellatrix, fo. 16
Burchardus Dorceſtrius, fo. 63
CAmbra Fromoſa, fo. 10
Carodocꝰ Laucarbanē. 85
Caſſibellanus Helius, fo. 12
Caton & Brenlālius, fo. 142

Catherina regina, fo, 238
Celſus Armachanus, fo. 81
Ceolfridus Bernicius. fo. 47
Cedmonus Simplex, fo. 39
Claudia Rufina, fo. 16
Claudius Clemens, fo. 57
Climitonus Langley, fo,149
Cœlius Sedulius, fo. 23
Colmannus Scotus, fo. 41
Colmannus Anglus, fo. 71
Columbanus Abbas, fo. 34
Cōgellus Bānochorēſis,fo. 29
Cōſtantinus Magnus. fo. 20
Cuthbertus Farnenſis, fo. 41
Cuthbertus Tōſtallus,fo. 230
Cymbertus Lyndeſeius,fo,52
DAniel Wentanus, fo. 53
Dares Phrygius,fo. 9
Dauid Meneuienſis, fo. 30
Dauid preſbyter, fo. 79
Dauid Obugæ, fo. 127
Dauid Boys, fo. 203
Dionothus Auonius, fo. 35
Dornadilla Scotorū rex,fo. 11
Dubricius Guainius, fo. 28
Dunſtanus Glaſconiēſis,fo. 68
Dunuallo Molmicius, fo. 10
EAdmerꝰ Cāturiēſis,fo. 80
Edgarꝰ Anglorꝝ rex,fo.68
Edwardus Anglorꝝ rex,fo.72
Edwardus Tertius,rex,fo,165
Edwardus Læus, fo. 228
Edwardus Halle, fo. 230
Edwardꝰ dux Somerſeti, 237
Egbertus Monachus, fo. 49
Egbertꝰ Archiepiſcopꝰ.fo,55
Egwinus Wiccius, fo. 46
Elchutus Morganenſis,fo. 29
Eluanus & Meduinus,fo. 17
Ethelbertus rex, fo. 35
Ethelredus Monachus,fo. 101
Ethelſtanus rex,Nothꝰ.fo. 66
Ethelwoldus Wētanus,fo. 68
Ethodius Scotorꝝ rex, fo. 19
FAſtidius Priſcus, fo. 23
Felix Burgundio, fo. 39
Felix Crolandienſis, fo. 49
Flaccus Albinus, fo. 55
Flauius Conſtantinus, fo. 20
Florentius Wigorniēſis,fo. 80
Franciſcus Mallet, fo. 237
Fulgenius Audax, fo. 18
GAlfridꝰ Monemutēſ. 84
Galfridꝰ Alieuāt,fo. 139
Galfridꝰ Grādfelde; 162
Galfridus Hardeby, fo. 163
Galfridus Chaucer, fo. 198
Galfridus Grāmaticus.fo.212.
Georgius Ryplay, fo. 210
Georgius Ioye, fo. 239
Geruaſiꝰ Dorobernēſis,fo. 80
Gilbertus Folioth, fo. 89

Haymo Minorita, fo.108
Hector Boethius, fo.222
Helena Auguſta, fo. 19
Henricus Hũtyngtoniꝰ, fo. 83
Henricus ſecundus, rex, fo. 92
Henricus de Hanna, fo, 107
Henricus Bradſhaw, fo. 141
Henricus de Bury, fo. 168
Hẽricus Wichyngham, fo.197
Henricus Octauus rex, fo.229
Hentiſberius Anglus, fo. 171
Herebertus de Hoſcham, 90
Hilda Hererica, fo. 40
Hugo de Manceſtria, fo. 118
Hugo Vyrley, fo.141
Hugo de Ductona, fo.145
Hugo Whyte, fo. 161
Hugo Latimerus, fo.259
Humfridus, qui & Vmfridus.
IAcobus Anglicus, fo. 112
Iacobus Stuart, fo.194
Iacobus Calcus, fo.224
Iacobus Harryſon, fo.256
Ioannes Archicantor, fo. 42
Ioannes Beuerlacius, fo.47
Ioannes Mailroſius, fo. 57
Ioannes papa, Mulier, fo. 62
Ioãnes Erigena patriciꝰ fo. 64
Ioannes Fiberius, fo. 79
Ioannes Oxenforde, fo. 88
Ioannes Pictauenſis, fo. 90
Ioannes Sareſburienſis, fo. 91
Ioannes Hantuillenſis, fo. 92
Ioãnes Hauguſtaldẽſis, fo. 94
Ioannes Tilberius, fo. 95
Ioannes Burgenſis, fo. 96
Ioannes Graye, epiſcopus. 97
Ioannes Anglorũ rex, fo. 100
Ioãnes de ſãcto Aegidio. 102
Ioannes Canonicus, fo.104
Ioannes Campuſbellus, fo.110
Ioannes Breton, fo. 111
Ioannes Derlyngton, fo. 115
Ioannes Chelmeſton, fo. 117
Ioannes Roſſus, fo. 119
Ioannes Peckam, fo. 121
Ioannes Gualenſis, fo. 122
Ioannes Duns, Scotus, fo. 124
Ioannes Goldeſton, fo. 131
Ioannes Canon, fo. 133
Ioannes Walſyngham, fo. 133
Ioannes Baconthorpe, fo. 136
Ioannes Thanetes, fo. 138
Ioannes Gualenſis Iunior. 141
Ioannes Teukeſbery, fo.142
Ioannes Poleſtede, fo.144
Ioannes Folſham, fo.144
Ioannes Olney, fo.145
Ioannes de ſancta fide, fo.146
Ioannes Eſtwode, fo.147
Ioannes Tytleſhale, fo. 148
Ioannes Mandeuyle, fo.149

Ioannes

Ioannes Paſchall, fo. 150
Ioannes Howden, fo. 150
Ioannes Wicleuus, fo. 154
Ioannes Kynyngham, fo. 158
Ioannes Stokes, fo. 162
Ioannes Horneby, fo. 162
Ioannes Rodiron, fo. 164
Ioannes Tompſon, fo. 167
Ioannes Gaſcoyne, fo. 170
Ioannes Aſton, fo. 170
Ioannes Aſwerby, fo. 172
Ioannes Tyſſyngton, fo. 174
Ioannes Bromyerde, fo. 176
Ioannes Wellys, fo. 177
Ioannes Waldeby, fo. 178
Ioannes Marre, fo 179
Ioannes Puruey, fo. 181
Ioannes Wrotham, fo. 181
Ioannes Froſſardus, fo. 183
Ioannes Luck, fo. 184
Ioannes Oldecaſtell, fo. 184
Ioannes Beſton, fo. 188
Ioannes Haynton, fo. 188
Ioannes Pole, fo. 190
Ioannes Bate, fo. 191
Ioannes Lowe, fo. 193
Ioannes Brome, fo. 194
Ioannes Tylney, fo. 194
Ioannes Thorpe, fo. 195
Ioannes Gadeſden, fo. 195
Ioannes Treuiſa, fo. 198
Ioannes Hardyng, fo. 199
Ioannes Barnyngham, fo. 199
Ioannes Frumentarius, fo. 200
Ioannes Capgraue, fo. 201
Ioannes Lydgate, fo. 202
Ioannes Hamboys, fo. 202
Ioannes Parceuall, fo. 205
Ioannes Stanbery, fo. 206
Ioannes Alcock, fo. 209
Ioannes Tonneys fo 209
Ioannes Myluerton, fo. 210
Ioannes Erghom, fo. 212
Ioannes Coletus, fo. 214
Ioannes Standicius, fo. 215
Ioannes Bourchier, fo. 216
Ioanues Maior, fo. 217
Ioannes Palſgraue, fo. 218
Ioannes Fyſher, fo. 219
Ioannes Frith, fo. 221
Ioannes Raſtell, fo. 222
Ioannes Lambert, fo. 225
Ioannes Bellenden, fo. 225
Ioannes Parkyns, fo. 232
Ioannes Caius, fo. 232
Ioannes Checkus, fo. 234
Ioannes Bek'nſau, fo. 234
Ioannes Heywode, fo. 235
Ioannes Mardeley, fo. 236
Ioannes Setonus, fo. 237
Ioannes Hoper, fo. 237
Ioannes Lelandus, fo. 240

Ioannes Ro-

Ioannes Rogers, fo. 241.
Ioannes Balęus, fo. 242
Ionas Monachus, fo. 37
Ioſephꝰ Arimathiēſis, fo. 13
Ioſephus Deuonius, fo. 89
Ioſina Scotorum rex, fo. 12
Iuſtus Archiepiſcopꝰ, fo. 37
KArodocus Laucarbanē-ſis, fo. 85
Katherina Regina, fo. 238
Kennethꝰ Scotoꝝ rex, fo. 62
Kētigernus Elguēſis, fo. 31
LAncelotꝰ Ridley, fo. 231
Lāfrācꝰ Lōgobardus 75
Laurentius Italus, fo. 36
Laurentius Anglicus, fo. 108
Leporius Agricola, fo. 25
Lethbertus Anglicus, fo. 98
Lucius Pius, rex, fo. 17
MAcceus Vates, fo. 26
Magnētiꝰ Rabanꝰ, fo. 60
Maildulphus Scotus, fo. 44
Malcolmꝰ Scotoꝝ rex, fo. 70
Marianus Scotus, fo. 73
Marſilius de Ingelne, fo. 179
Martia Proba, fo. 11
Matthęus Florilegus, fo. 143
Matthęus Pariſius, fo. 143
Maugātiꝰ Genethliacꝰ, fo. 26
Mauriciꝰ Morganēſis, fo. 98
Meduinus et Eluanus, fo. 17
Melkinus Aualonius, fo. 31
Merlinus Ambroſius, fo. 27
Merlinus Caledonius, fo. 32
Michael Medicus, fo. 120
Michael Anglicus, fo. 213
Milo Couerdale, fo. 241
NEnnius Helius, fo. 13
Nēniꝰ Bānochorēſis, 36
Neotus Edulphius, fo. 36
Nicolaus de ſācto Albano 86
Nicolaus Lyranus, fo. 129
Nicolaus de Lynna, fo. 152
Nicolaus Treueth, fo. 159
Nicolaus Durham, fo. 160
Nicolaus Gorham, fo. 176
Nicolaus Herforde, fo. 180
Nicolaus Bayarde, fo. 189
Nicolaus Cantilepus, fo. 196
Nicolaus Kenton, fo. 203
Nicolaus Vdall, fo. 233
Ninianus Bernicius, fo. 23
Nothelmus Lōdinēſis, fo. 53
ODo Seuerus, fo. 67
Oliuerꝰ Malmeſbery. 72
Oſbernꝰ Dorobernēſis, fo. 70
Oſbertus Pyckenham, fo. 131
Oſiris Aegyptius, fo. 7
Oſmundus Neuſtrius, fo. 76
Oſwaldus Odonius, fo. 69
Oſwaldus Anglicus, fo. 205

Palladius

PAlladius Grȩcus, fo. 24
S.Patricius Magoniꝰ, fo. 25
Patricius Hāmyltō, fo. 222
Pelagius Hȩretiarches, fo. 21
Petrus de Bleſis, fo. 86
Petrus Swanyngton, fo. 112
Petrus Paterſhull, fo. 159
Petrus Stokes, fo. 173
Petrus Clarke, fo. 18(
Petrus Payne, fo. 193
Petrus de ſanctafide, fo. 200
Philippus Repyngdon, fo. 18c
Philippus Noris, fo. 197
Philippus Gerrarde, fo. 232
Polydorus Vergilius, fo. 223
RAbanus Maurus, fo. 60
Radulphꝰ de Rizeto, 97
Radulphus Freſborne, fo. 103
Radulphus Cirēceſtrius, fo. 111
Radulphus Radiptorius. 147
Ranulphus Higeden, fo. 140
Reginaldus Pecock, fo. 204
Ricardus de ſācto Victore. 82
Ricardus Douerenſis, fo. 91
Ricardus Canonicus, fo. 96
Ricardus Wichienſis, fo. 105
Ricardus Myddeltonus, 124
Ricardus Crickliadēſis, fo. 125
Ricardns Notyngham, fo. 128
Ricardus Fyſhaker, fo. 134
Ricardus Clapole, fo. 139
Ricardus Aungeruyle, fo. 151
Ricardus Radulphi, fo. 153
Ricardus Lauynham, fo. 165
Ricardus Maydeſton, fo. 172
Ricardus With, fo. 182
Ricardus Vllerſton, fo. 188
Ricardus Hampole, fo. 191
Ricardus Anglicus, fo. 196
Ricardus Pacæus, fo. 217
Ricardus Sampſon, fo. 231
Ricardus Crocus, fo. 232
Ricardus Smyth, fo. 233
Ricardus Moryſon, fo. 233
Ricardus Tracy, fo. 234
Ricardus Tauerner, fo. 235
Robertus Lothoringus, fo. 75
Robertus Ketenenſis, fo. 85
Robertus Montis naualis, 98
Robertus Bacon, fo. 104
Robertus Groſthede, fo. 106
Robertus Kylwarby, fo. 109
Robertus Ortforde, fo. 113
Robertus Walſyngham .121
Robertus Baſton, fo. 127
Robertus Eliphat, fo. 135
Robertus Cowton, fo. 140
Robertus Eboracēſis, fo. 144
Robertus Worſop, fo. 147
Robertus Holcoth, fo. 148
Robertus Iuorius, fo. 171
Robertus Humbleton, fo. 174

Robertus Roſe, fo.183
Robertus Fabyane, fo.209
Robertus Wakefelde, fo.225
Robertus Barnes, fo.226
Robertus Shirwode, fo.232
Robertus Whityngton, fo.232
Rogerus de Houeden, fo. 94
Rogerus Bakon, fo. 114
Rogerus Conewey, fo. 160
Rogerus Suicetus, fo. 161
Rogerus Onley, fo.201
SAmothes Gigas, fo. 6
Samuel Beulanus, fo. 38
Sarron Celtarum rex, fo. 6
Scriptores ultimi, fo.249
Sertorius Gualenſis, fo.164
Sigebertus Rex, fo. 39
Simeon Dunelmenſis, fo. 87
Simon Thuruaius, fo. 99
Simon Stock, Cantius, fo.105
Simon Iſlepus, fo. 152
Simon Sothraye, fo.177
Stephanides Doroberñe. 70
Stephanus Harding, fo. 77
Stephanus Langton, fo.102
Stephanus Patrington, fo. 182
Stephanus Gardyner, fo. 231
Strabus Monachus, fo. 59
Strodus Anglicus, fo.164
Sylueſter Giraldus, fo. 93
THeleſinus Helius, fo. 30
Theobaldꝰ Anglꝰ, fo. 130
Theodorus Grecus, fo. 42
Thobias Cantianus, fo. 48
Thomas Becket, fo. 88
Thomas Bradwardyn, fo. 111
Thomas Leirment, fo. 116
Thomas de Ylleya, fo. 117
Thomas Swetonius, fo. 118
Thomas Wyke, fo. 119
Thomas Sperman, fo. 120
Thomas Iorſius, fo. 126
Thomas Chabham, fo. 129
Thomas Langforde, fo. 132
Thomas Spottey, fo.138
Thomas de Hales, fo.140
Thomas Stubbes, fo.146
Thomas Radclif, fo. 152
Thomas Brome, fo. 163
Thomas Ryngſtede, fo. 163
Thomas Fyle, fo. 168
Thomas Lombe, fo.169
Thomas Varoye, fo.170
Thomas Wynterton, fo.171
Thomas Aſheborne, fo.173
Thomas Maldon, fo.176
Thomas Colby, fo.178
Thomas Rodborne, fo.184
Thomas Edwardſton, fo.187
Thomas Gualenſis, fo.187
Thomas Walden, fo. 191

Thomas

## ANDREAS SADELERVS BRITANNVS, APVD BVCHOLDIANOS LVDIMAGISTER.

# AD LECTOREM.

ACcipe doctiloqui pulcherrima ſcripta Balæi,
Qui fidei lucem, cum pietate ſitis,
Intentis neruis nanque hic inſudat ubiq;,
Vt ſpargat uerbi pabula uera Dei.
Hunc pete Chriſticola, nil non peramabile cernes,
Eximia uolues utilitate librum.
Aurea quos tulerit, quos ferrea protulit ætas,
Ecce Britanniacis uſque uidebis oris.
Si cupis aſtrigeras lętus conſcendere ſedes,
Et Chriſtum uera relligione foues.
Huc age, peruolue myrothetia ſancta Balæi,
Hic pectus plenum relligionis habet.
Omnibus in mentem ueterum monumenta reducet,
Hunc ſequere, & ſacras accumulabis opes.
Gaude his muneribus, tibi ſunt quæ tradita gratis,
Vitales ſcatebras, caſtaq; ſcripta uides.
Quæcunq; obſcura iacuerunt nocte ſepulta,
Hoc libro fulgent, lucidiora die.
Obſecro nunc meritas grates perſolue Balæo,
Cuius ab ingenio talia ſcripta fluunt.
Non huic cuncta parem ſuderunt ante britannis
Sæcula, ſic Chriſti dogmata luce nouat.
Difficile eſt dictu, Chriſto quam conſona promit,
Ingenij magna ſedulitate ſui.
Quo Chriſtum imbiberent Angli, pars optima mundi,
Non metuit ſcapulas ſuppoſuiſſe malis.

Non

Non metuit uarijs ſeſe obiectare periclis,
    Omnibus ad cœlos ut pateſiat iter.
Inſcitiæ proceres ſuperans infudit Ieſum,
    Hinc fertur Britani gloria prima ſoli.
Hi Demoſtheneis dictis Cicerone triumphent,
    Auſonij,celebret anglia at huncce Virum.
Cuius ab ingenio ſacrati fluminis Vnda,
    Effluit,& ſophia,qua rigat Vſque pios.
Aſſerit hac dextre ſaluantis dogmata Chriſti,
    Tales ſcriptores anglia ferre ſolet.
Ecquid adhuc ueteres iuuat obſeruare tenebras,
    Prodit ueridicus commoda multa ferens,
Ediderit licet hic pręclara uolumina magno
    Cum fructu,palmam pręripit hoc alijs.
Ergo opus hœc placido ſumat nunc Anglia Vultu,
    Authori grato quod facit Vſqꝫ fauens.
Si tibi quid melius potuiſſet ferre Balęus,
    Promeret æterno tempore digna legi.

## AD LIBRVM

I modo, nec ceſſa bellacem uiſere gentem,
    Non eris in patrijs gloria parua choris.



Salvator mundi ora pro nobis.

Qui ueterum gnauus, magno collecta labore
Nomina, cum rebus nunc relegenda dedit.
Tempora, quos næuis iamdudum longa notarant,
Nunc nitidi redeunt ueſte decente, patres.
Vt non Romulea minor eſt uirtute Camillus,
Tutor hic urbis erat, conditor ille fuit.
Sic tua nunc ſummis æquanda eſt gloria rebus,
Quas geſtas, calamo docte Balæe tegis.

Quiſquis



Figura Ioannis Wicleui doctoris Angli.

# MAGISTER IOANNES MVRSAEVS CANDIDO LECTORI.

*QVisquis uirtutum ſtudijs componere mentem,*
*Aut lætus propria uiuere ſorte cupit,*
*Quiſquis poſthabito uitiorum tramite, ſtrictum,*
*Occupat, & pedibus ſcandere geſtit iter.*
*Hunc manibus uerſet me conſultore libellum,*
*Quem dat Ballæi Muſa canora uiri.*
*Aureus iſte liber paruo nunc ære paratur,*
*Cui poterat ſtupidi cedere gaza Midæ.*



# ILLVSTRIVM SCRIPTORVM Maioris Britanniæ, Angliæ, Cambriȩ, ac Scotiȩ Sũmarium, in quatuor centurias diuiſum

Autore Ioãne Baleo Sudouolgio,

## Prȩfatio.

IActat quȩque natio, ſecta, ſocietas, aut quicquid hijs eſt ſimile, illos prȩcipue qui aliquid ſplendoris earum attulerint nomini. Romani hucuſq; producũt in medium ſuos Camillos ac Scipiones, Grȩci Alexandros, Carolos Galli. Efferunt et Monachi vbiq; terrarũ per omnes ciuitates & regna, ſuarũ ſuperſtitionũ patriarchas, præter id quod doctorculis ſuis Euangelicȩ doctrĩæ falſatoribus immodice tribuunt. Quin & ſcriptura diuina ſuos obſeruatores comprobat, contemptoreſq;, nec immerito, uituperat. Ieſus Sirach filius in ſuo Eccleſiaſtico, laudãdos eſſe glorioſos, ſeu præclare nominatos in ſua generatione, viros decernit Et incipiẽs ab Henoch, veteris inſtrumẽti patres ſanctiores cum eorũ virtutibus ac præconijs ad ſuam ȩtatem vſq;, per vltima ſeptem capita copioſe cõmemorat. Idem fecit morti propĩquans Mathathias, ab Abraham ad Iudam Machabeũ eos breuiuſculo ſermone ſuis in exemplũ conſtantie proponẽs, Non ſegnes quoq; horũ enarratores in nouo teſtamẽto extitere, tũ Stephanus loquens tum ſcribens Paulus ad obſtinatã illã Hebræorũ gentem. Quorũ primꝰ ab Abraham inchoãs, in Salomone atq; ita in Chriſto ꝓceſſũ finit Alter ab innocẽtiſſimo Abele ad ſãctos dei ꝓphetas Catalogũ ſuũ faciẽs, eos õnes ꝓbabilibꝰ argumẽtis iuſtos ex fide demõſtrat.

Et ut ad Scriptores eruditos (quod libri noſtri argumẽtũ depoſcit) tãdem deueniamꝰ. In illo ſcribendi genere excelluere ante nos Magnꝰ ille Hieronimus, Proſper Aquitanus, Gennadius, Iſidorus, Feculphus, Honorius, Sigebertus,

bus colligit Ioãnes Viterbienſis Italus in cõmentarijs Beroſi. Inde eſt quod Philoſophiam a Barbaris, non a Græcis ſapientibus initia cœpiſſe cõplures ſcriptores cum Diogene Laertio cõmemorent, quod & ipſis Græcis non parum in hodiernũ uſq; diẽ diſplicet. Teſte Ariſtotele in Magico & Zenone i. xxiij. ſucceſſionũ libro, Samothei diuini atq; humani iuris fuere peritiſſimi, & religioni ob id deditiſſimi. Ab his ꝓdierũt Druides & Bardi, ut poſtea patebit latius, quos ꝓbati autores, preſerti Plinius, Strabo, Tacitus, & Caius Iulius in Britãnijs aſſeuerãt fuiſſe ortos, ac ĩde trãſmigraſſe ĩ Gallias.

Ioannes Hardingus in ſuę hiſtorię li. 1. Ca. 25. refert Bladudum Britannorũ regem ab Athenis Atticę regionis urbe (ubi olim ſtuduerat) in hanc ſuam terram quatuor Græcorũ ſecum duxiſſe philoſophos atq; ad Stãfordiam docendis artibus collocaſſe. Et id ſe narrat ex quodam Merlini Caledonij excepiſſe tractatu, Concluditq; illam academiam ab Auguſtino monacho interdictam ac tandem ſic deletam, ꝓpter errores quos tunc habebant Britanni aduerſus Romanã eccleſiam, potius ſynagogam. Similem fere narrationem habet Hector Boethius in ſecũdo ſuorum Chronicorum libro, de duobus Athenarũ philoſophis, ui tempeſtatis marinę in Scoticum littus ſub rege Ioſina incidentibus. Qui illic deinceps commorantes, uariarum rerũ ſcientias miniſtrabant. Ad Britannos ueniſſe ad Giruiorum Grantam (quamn unc Cantabrigiã uocant) Gręcorum philoſophos, Anaximandrum & Anaxagorã, autor eſt in ſuis commentarijs Nicolaus Cantilepus. Nam & Põticus Virũnius in Britãnicæ hiſtorię li. 4. docet, ſẽper Britanniam utraque lingua fuiſſe eruditã eiuſq; poemata, Gilde præcipue, in Italia ac Rome legi. Mirum eſt inquit li. 1. Britannia in tot & tantis rerũ turbinibus, litteras ſemper amauit, atque utraque lingua ſæpe plurimum floruit

Et magni uates,ſicut Plenydius & Oronius,philoſophi quo
que & oratores in ea claruerunt īſignes. Vnde & Martialis
poeta li.xi.Epigrammatū,Claudiā Rufinam a poematibus
cōmendat,ſicut alij Cambram,Martiam,Agaſiam,Vodiciā
Bunduuicā,Helenā,utrāq; Cōſtantiā, Vrſulā,Hyldam atq;
cōſimiles adhuc alias,a literis ac ꝓbitate mulieres Britānicas.

Dunuallo Molmitius, Polydoro teſte,uiros bonis artib⁹
incūbentes,opibus & fauore iuuit. Idē fecit rex Lucius (ut
Verūnius eſt autor) dum poſt Apoſtolorū prædicationem
uiros chriſtiane doctos ſumma proſequeretur beneuolentia
& honoribus, uirtutum omnium cultor. Sed nūc reuertamur
ad Druides. Hij docuerunt (ut li.2. oſtēdit Hector Boethius
in Scotorum geſtis) illum ſolū eſſe deum qui ōnia contineat
& quod eius figuram nemo poſſit aut debeat effingere, ſed
abſque omni ſimulachro eum uiuentem cœli dominum
ſacrificijs colere. Nec ipſos recte de religione ſentire dicebāt
qui pecudum imagīes Aegiptio more dijs immortalibus trī
buerent. At quis hos non uidet multo ſalubriora populis tra
didiſſe pręcepta, quam ſāctiſſimi papiſtarum archimandritę
præſules, aut magiſtri? Ab hijs atque Samothęis erant tam
prophanis quam ſacris eruditi literis ſcriptores fere omnes
qui Chriſti incarnationē præceſſerunt, atque qui ad aliquot
centum annos ſequebantur. Ex ſanctorum hiſtorijs conſtat
quoque Amphibalum, Aaronem, & Iulium ſanctiſſimos Dei
martyres, in gentilitatis medio cœleſtem Chriſti doctrinam
apud urbem legionum (Ceſtrciam nunc uocatam) īter literas
tradidiſſe. Gymnaſiū ducentorum philoſophorū habebat ea
dē legionū urbs Britāniæ metropolis Arthurij regis tēpore
(ut li.7. & ca.9. autor eſt Galfrid⁹ Monemuthēſis) qui ōnib⁹
eruditi diſciplinis, ſiderū curſus obſeruabāt, ac cęteris īterpre
tabantur aduentura ex cœleſtibus ſignis prodigia. Verū

hoc trahis

+ pe. prol. a abbote, ruler of hermits

Was Chester ye regall citie of the Brytons in Kinge Arthurs tyme.

hoc trahit ad ſuam Stāfordiā,antedictus Hardingus quoq;

Dubritius(qui tunc erat eiuſdem urbis archipræſul). in ſolo natali iuxta Guaię fluminis ripā,loco muſis aptiſſimo,ſtudium locauit,ingenti diſcipulorum cateruæ præclaras exprimēs artes. Congellus,Elchutus,Gildas,Nēnius,Melkinus, Dionothus atq; alij adhuc plures, florētiſſimi illius Bānochorenſis collegij(quod Bencornaburgum Saxones nōminabāt)prope eandem ciuitatem primarij pręſides,ſacrarum ſcripturarū ſtudia,Ioanne Capgrauio teſte in ſanctorū Catalogo, mirifice nutriebāt. Habebat enim famatiſſimum illud ſolitariorum philoſophorum collegiū bis mille atque centum ſtuodioſos incollas, qui de ſolis manuū ſuarū laboribus uictitabant. Simile legitur apud eūdem quoquę Capgrauiū de Ambrienſi atquę Elguenſi Scholaſticorum ſodalitijs,quorum primum trecentos.alterum nongentos ſexaginta quinquæ ſeruabat. Ex ultimis Aſaphus erat omnium literatiſſimus,a quo Aſaphenſes in hūc uſque diem ſunt dicti.Et hæc,quid aliud erant, quam ſuauiſſima chriſtianarum diſciplinarū tūc diuerſoria? Sed diu ante tempora Bedæ Anglicæ hiſtoriæ conſarcinatoris, (quod ſumme dolendum eſt) horum illuſtrium uirorum ſcripta,clariſſima uetuſtatis monumenta, cum ſuis Bibliothecis in maiori parte inter iniquas bellorum procellas quāmiſere perierunt,Sed unde ſumus digreſſi, reuertamur denuo.Hyldæ eruditæ mulieris monaſteriū Strenehalcēſe dictum,cōmune receptaculum, immo gratiſſimū hoſpitiū erat doctiſſimorum illius ætatis uirorum. De Vuiremuthę & Giruuini uenerabilis Bedæ cœnobijs,ad pręſēs taceo quæ tamen in hiſtorijs,ſuis non carent laudibus.

Graſſante per uniuerſam Angliam atrociſſima peſte procerum & magnatum liberi cum ſuis pręceptoribus

Finnani atq; Colmãni Lindiſarnenſiũ epiſcoporũ tẽporibꝰ
in Hiberniam abierunt, ac per eorum cellas lectionibus cre-
bris diuturnam dare gaudebãt operam. Theodori Cantuari
orum archiepiſcopi ętate, non ſolum Gręcis & latinis litera
rum academijs, uerum etiam eruditorum uirorum frequẽtia
clariſſimorum ſyderum inſtar, tota reſplẽduit Anglia. Adeo
ut pleriq;(uti autor eſt ſępedictus Bedas) Britãnię fines nũ
quã egreſſi, Gręce & latine perfectiſſime loquerentur. Immo
ſub Adelſtano Anglorũ rege poſtmodũ erãt, qui ex Hebrai
cis fõtibꝰ ſcripturas in Saxonicã linguã illius mãdato trãsfer
rent. Id tamen ueterum ſcriptis ingenioſe, ne dicam, ſubdole,
monachi ac papiſte abraſerunt, ne quod eis quandoq; poſſit
officere, in eorũ Chronologijs locũ inuẽiret. ~~Junior Vuilfri~~
dus Eboracenſis archiantiſtes, nobiliſſimã librorũ Bibliothe
cã Eboraci inſtituit, ut Alcuinus apud Carolũ magnum ex
iſtens, in epiſtola ad Anglorum eccleſiam cõmemorat, atque
alibi eo modo per uniuerſã adhuc regionẽ alij. Sed hoc interĩ
eſt lectoribus notãdum, quod poſt Britãnorum per Saxones
diſſipatum imperium, omnis literarum cognitio illis ĩminen
tium maiorum diebus, apud ſolos erat monachos.

Gregorij enĩ Rõani põtificis decreto, ordinatũ tũc fuit, ne
Angli gymnaſia extra horũ cœnobia celebrarẽt, ꝓpter Arria
nã & Pelagianã hęreſĩ, ac quoſdã Britãnorꝝ errores. Hoc ſũt
uſi fuco pro uentris ſui cõmodo impoſtores uere diabolici
Ex tunc perierunt tã Stanfordiẽſis quam Legionenſis Britã
norum academię, ut prius eſt relatum. Inde Merciorũ rex
Offa ac poſt eum Egbertus Cantiorum Toparcha, collegiũ
quoddam Rome pro Anglis condiderunt (Thomę hoſpitale
poſtea dictũ) quod & alij Pariſijs, Fulde, Floriaci, atq; locorũ
adhuc alibi fecerunt, ut ita ad Angliam demum peruenirent
omnes omnium impoſtrices doctrinę, aut ſi mauis teterrima
diabo

Toparcha a ruler or gouerno[r] of one countrie / Legionensis academia Westchester

a Lumbard.



diabolorum pro excęcandis ingenijs figmẽta. Inde eſt quod Inſuber ille Alexander Minutianus in epiſtola Ioannis Bacontborpij ſẽtẽtijs p̃fixa, fatear ex Anglia primũ, ĩde Pariſijs manaſſe õnẽ ſophiſtice diſputãdi rationẽ. Horũ lucidius et tempora & fraudes in ſequentibus ſuis apparebunt locis.

Sigebertus Orientalium Anglorum rex (Beda etiam teſte) ſcholas literarũ ſicut in Gallijs uiderat, in ſuo regno ordinare, & Pędagogos pueris inſtituendis more Cantuariorum aſſignare diſponebat. Et perſuadente Dunuicenſi epiſcopo Felice, illas Cantabrigie poſuit primum, anno ſalutis humãę, D C. xxxvi. Alphredus uero plenus õnium Anglorum rex, adhortante Neoto monaſticę profeſſionis uiro doctiſſimo, anno domni, Dccclxxiij. Oxonij ſtudium inſtituit, propoſita mercede omnibus qui publice bonas profiterentur artes. Et hęc illa duo magnifica Anglorum gymnaſia ſunt, a monachis inſtituta, atque a Romano confirmata pontifice, quę hucuſq; omnes bonarum ac malarũ artium tam ipſis quam alijs quibusdam regionibus, diſciplinas ꝓtulerunt. Fallitur nimium Polydorus Vergilius in annorum ſupputatione, ponens inſtitutum Cantabrigię ſtudium a Sigeberto rege, ſexto ante initum Principatum anno, dum eſſet adhuc in Gallijs exul, & Oxonij per Alphredũ, xxiiij. regni ſui anno, cum fuerit tamen a Martino ſecundo Romano pontifice anno domini, Dccc. lxxxiij. confirmatum, decimo ab eius fundatione, & regni ipſius undecimo anno. Et ſic inter illas fundationes ſunt ſolum modo. CC. xxxvi. anni, & non. cc. lxv. ut ille in quinto Anglicę hiſtorię libro ſcribit. Error enim. xxix. annorum eſt, atque Polydoro condonandus, quod in exmplaria inciderit parum tuta.

Non ob aliud ſunt hęc tam ſpacioſe cĩtata, quam ut in-

de ſci

de ſciant candidi lectores, unde Britannia per õnem ętatẽ tulerit tot claros ac longe famatos doctrina uiros. Qualia fuerint horum ingenia, eloquia, uel adhuc alię fœlicis naturæ dotes, aut quam diuerſa ſcripſerint, non nos remorabitur hoc in loco. Sequens opus ea omnia ſatis & abunde declarabit. Nec interim percebitur eorum nequitijs, qui pro Antichriſti regño promouẽdo tã impia fuerint cõmẽtati, quamuis pro ſanctorum ſanctiſſimis habeantur. Non enim uerebitur canouizatos illos a papa diabolos, Boniſacium, Dũſtanum, Anſelmum, Thomam Cantuarienſem, & conſimiles, proprijs ſuis depingere coloribus, ut ſentiat mundus quam fuerit illi ab hijs laruis impudentiſſimis illuſũ. Ex alijs quoque innumeri uidebuntur, qui afflictis hominum conſcientijs nihil conſolationis attulerunt, ſed potius ſuppreſſa fide deiectas cõfundebãt, & ad idololatriã multo celerius quã ad Chriſti religionẽ ſuis pretrahebant impoſturis. Poſtremo ex hijs apparebit ſordidiſſimorum ſcriptorum obſcurum & ignobile genus ſententiariorum ac ſũmulariorum, quorum ſola recordatio nauſeam generoſis & bene natis ingenijs mouere debet. Hij ſcholaſtici doctores ſunt, rixarum & diſſidiorum magiſtri, omnino infœcũdi ac barbari, quibus accedunt mendacijs & dolis inſtructi, litigioſi Canoniſtæ.

Hij perditiſſimi Papę Apoſtoli, fontes & nubes ſine aqua, ſine ſpiritu interpretes, nihil habent cum puriſſimo Dei uerbo commune. Dele ab horum ſcriptis hæc friuola uerba, Vtrũ, Item, Ergo, Nota, Primo, Secũdo, Queritur Sequitur, Dicendum, Patet cõcluſio, Cõſequentia, Maior Minor, Antecedens, Conſequens, Probatur argumentum Confirmatur ratio, Arguitur ſic, cum huiuſmodi alijs figmentis, & uix media pars remanebit, ſolidæ uero doctrinæ

nihil

nihil. In pręteritę ętatis factionib⁹ ſeu ſectis (quę ſolę ipſā
ferme occupabant) Benedictini pro maiori parte curioſa
dederunt, Regulares Canonici prodigioſa, Bernarditę fu
coſa & ſuperflua, fabuloſa Carthuſij, Mendicantes frater-
culi aſtutijs atque odioſis ſophiſmatibus plena. Et ut pau
cis abſoluam, nihil pręſtiterunt fere ōnes, pręter inerudita
friuola, ac uana. Admirabuntur fortaſſis ex hoc quāpluri
mi, quod tot illorum Centurias hic poſuerim, Sed hi per
pendant primum eccleſias ob plebium peccata, nullos tūc
alios habuiſſe publicos uerbi miniſtros. Si qui interim fue
rint apud uere puſillū Chriſti gregem (qui non aliud quā
ęterni paſtoris uocem in reb⁹ fidei audiēdam perſuaſerint,
hi continuo ob phariſęorum & hypocritarum metum, de
bebant ſe ſub ędibus ignotis occultare, ut olim Hieroſoly
me diſcipuli in Marię uiduę domo. Et id pręcipue Ioan
nis Vuicleui diebus fiebat, quem Euangelicę doctrinę il
luſtratorem Bohemi hucuſque pronūciant. Poſtremo cre
dant hoc me feciſſe maxime, ut ad plenum patefacerem ma
licioſi ipſius temporis naturam.

Illa ꝓfecto prodigioſa ac periculoſa erat ętas, in qua
egreſſę a mortiferis abyſſi lacunis locuſtę, totam tā miſere
contaminabant terram. At ubi uiderint inter hos quoſdam
pręter eorum fortaſſis expectationem laudatos, cogitent
non ōnes in quacunque ſecta fuiſſe malos, nec eſſe ad hiſto
rię cōmoditatem ſingulos ex ęquo reprehendere. Habet
Sodoma ſemper ſuum Lothum, & Aegyptus cum Moſe Io
ſephum inhabitatores pios. Et quamuis ingenia hic laudo
ac omnimodam in pleriſque eruditionem admiror, ea ta
men eorum ſcripta, quibus ineſſe uideo Serpentis inſidias
aut Draconis potentiam aduerſus abiectiſſimum Chriſti
in terris regnū, non adprobo. Sunt enimuero doctrinę ex

B ſpiritibus

ſpiritibus ſuis iudicandę, & ſpiritus ubique per ſcripturas diuinas probandi, num ex Deo ſint? Super aſpidem & baſiliſcum, nempe Mahumetem & Papam, nunc incedẽs ęterni patris filius Chriſtus, Leonem & Draconem indeſinenter conculcat. Quam indecorum, immo quam impiũ eſſet, ſi nos putredines & uermes, tã firmis illius obſtaremus, aut potius non obtemperaremus inceptis? Qui eſt benedictus in ſecula ſempiterna. Amen.

**Eruditus quidam in Libri argumentum.**

Angligenis mores qui ſint, arteſque, decorę
Vitę quę, liber hic, actio tota, docet,
Prętixa ueluti monſtratq;, ornatque tabella,
Diuerſo diſpar tempore quod ſtudium,
Dogmata qui recte Chriſti docuere miniſtri,
Dorctrinę iunxit dogmata uana pię,
Edocet hic idem, quid ſit diſcriminis: inter
Doctrinas hominum, ſcriptaque uera Dei,
Huius quęſo boni tu conſule ſcripta Balęi,
Qui ſophię penitus abdita ſacra ſubit.

**In quibuſdam exemplaribus occurrentia errata ſic corrige**

Fo.1.Pag.1.linea.30.lege tandem.li.32.Freculphus.Pag.2.li.30.nepotes,li,31. inde Gallia.Item,ſapientiſſimi.Fo.2.Pag.1.li.24,quam nunc,Pag.2.li,26.Ceſtriam. Fo.3.Pag.1.li.8.nominabant.li.14.quoque,atque.li 16,quinque,

# ILLVSTRIVM SCRIPTORVM Maioris Britanniæ, Angliæ, Cambriæ, ac Scotiæ, Sūmarium in quatuor centurias diuiſum, Autore Ioanne Baleo Sudouolgio.

## Centuria Prima.

SAmothes Gigas, cognomento Dis (ut appoſite docet Beroſus in Chaldaicarum antiquitatum libris) frater erat Gomeri atque Tubalis, ex genitore Iapheto ſanctiſſimi patriarche Noah filio. Nec quiſquam habebatur illo, ea ętate ſapiētior, eodem Beroſo teſte, aut in rebus agendis prudentior. Quum a maioribus prędicti Noah filijs, anno poſt diluuium centeſimo, diſſeminatū eſſet omne hominum genus ſuper uniuerſam terram, Gene. 9. Immo quū a Iapheti filijs ac nepotibus diuiſę extitiſſent gentiū atque regionum iuxta linguas & familias inſulę, Gene. 10. Samothes cū ſuis ſulcato Oceano (nam & rei nauticę hos dicunt eſſe peritos, tam Philo quam Ioſephus) in ſuam acceepit ſortem terras Celticas, quas poſtea Britanniam ac Galliā uocabant, & colonias in eiſdem poſuit anno poſt diluuium 143. Vnde ab eo Britanni primum, inde Galli, Samotheorum ſunt aſſequuti nomen, ſaltem illi, qui apud eas gentes ex eius ſectatione philoſophi ac theologi habebantur, ut autor eſt locuples Ioānes Annius Viterbiēſis, in cōmentarijs Beroſi. Deditque illis literas Sagas ſeu Phœniceas, a quibus poſtea ſuas eruerunt Græci. Hinc ueriſſimū uidetur, quod ex Gilda Polidorus ī primo Anglicę hiſtorię libro mutuatur, primos Britānicę inſulę habitatores cognitionem habuiſſe Dei. Dilatatus enim Iaphet, iuxta diuini ſpiritus promiſſionē, habitauit in tabernaculis Sem, Gene. 9. id eſt, in eadem cum eo permanſit religionis fide. Chami & Nemrodi ſectatores ſemper

Samothes fuit filius Japheti

Ge. 9. 27

& quouis alio genere. His tempeſtiue malis obuiare ſata gens pijſſimus Sarron, pręteritę cladis ſub diluuio ōnino non immemor, publica literarum ſtudia, pro conſeruādis cum religione, patrum monumētis, apud utroſque Celtas Britannos atque Gallos inſtituit, Quaſdamque eis cōſcripſit, ut non impie coniectare licet,

Doctrinę pręceptiones, li.1.

Vnde Diodorus Siculus in vi. hiſtoriarum libro, hanc de eius ſectatoribus promit ſententiam. Sunt (inquit) apud Celtas theologi ac philoſophi, quos uocant Sarronidas, qui pręcipue ab eis coluntur. Nam moris eſt apud illos nullum abſque philoſopho ſacrificium facere, &c. Quia ſtabiliuit Deus (ut ſcribit Lutherus ſuper Geneſim) inſularum regna, cum eſſent a patribus diuiſę, uidentur tenuiſſe cultus ueros ab illis acceptos. Nam impiorum & idolatrarum regna non conſtituit Deus, ſed euertit. Mortuus eſt Sarron anno formati Adami. 2057. & ante Meſſię natiuitatem. 1906. cū. xlviii. ānis regnaſſet, Aſſyrijs imperāte Ario.

OSiris Agyptius, Argiuorum atq; Aegyptiorum rex, ex peſſimo patre Chamo (ut produnt autores) optimus filius, ac Miſraim a Moſe dictus, maximum in mundo ob inclytas actiones acquiſiuit nomen. Anno poſt diluuium. 350. cœpit hic primum in Paleſtina inſtruere ſanctificatos Sem filios, in his quę cū Iſide ſorore in frumento & frugib⁹ conceperat. Inde Melchiſedech, qui idem Sem erat, poſtea ad. xxiiij. annos panē & uinum protulit in quadam gratiarum actione Deo, pro Abrahę contra gentiles uictoria. Tandem ab Aegypto profectus, acſi ad illum ut ad alterum Noah, omnium regionū ſpectaret cura, luſtrauit Aethiopiam, Aphricam, & Aſiam uſque ad inacceſſibilia Indorum deſerta. Poſtea uiſitauit

Europę prouincias, Thraces, Macedones, Cretenſes, Italos, Hiſpanos, Germanos, Albiones, & Gallos, docens quęcūque inuenerat. Et ita imperauit uniuerſo orbi, exceptis nationibus quę in Babyloniorum uenerant poteſtatem. Nimia interim corporum proceritate plura uſurpantes tyrannos, & qui diruptis legibus gentes in omnimodam ſeruitutem redigerāt, gigantes ubique deprimebat. Quæ aūt in his docuerit regionibus, etſi plura adhuc fuerint, hęc tamen breuibus refert Albius Tibullus,

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere uitem,
Et uiridem dura cædere falce comam,

Ac alia plura Quod iſtum inter Albionum ſcriptores locauerim, hanc habetote rationem. Iapheti patrui ſui in Britānia poſteros hæc omnia docuit, cereuiſiamque uini loco conficere. Atque ut illic deinceps commodius cum legibus a ſe editis obſeruētur reliquit eis in primum inſulæ regem particularem, nepotem ſuum Albionem, a quo poſtea retinebat nomen, ut inferius adhuc patebit. Id non minus commune relinquo cæteris orbis nationibus, quibus ſimilia monſtrauit ac fecit. Quoniam non erat in orbe locus, quem non adiuerit pro plebe inſtruenda Oſiris, ut in colūna triumphali in Aegyptū reuerſus inſcripſit. Occiditur demum a Typhone fratre, gigantibus ubique conſcijs, anno a mundi origine, 2225. & ante Deiparę partum, 1738. Aſſyrijs imperante Baleo Iuniore. Iſtum Aegyptij in forma bouis coluerūt, ut nūc papiſtæ Lucam Euangeliſtam,

ALbion Gigas, potētiſſimi illius Neptuni Aegyptij, maris atque inſularum domini ex Amphitrita coniuge quartus filius, coeuos fere omnes animi excellentia atque corporis uiribus exceſſit, Vnde tam ſua uirtute, quam patris ac aui Oſiridis autoritate, in magnā tū demū deuenit poſteritatis notā, Porro per hūc robuſtiſſimū gigantem, tranſlatum erat in terra quam nunc Britānicā uocant, tam regnum quam nomen a Samotheis, atque ita a religioſa Iapheti ſtirpe, ad iniquam & maledictam Chami progeniē, id fortaſſe merentibus hominū peccatis, Sic enim poſt aureum illud ſeculum ducentorum & quinquaginta fere annorum poſt diluuium, ſub ſanctiſſimo patre Noah in mūdo uniuerſo (de quo tāta ſcribunt Quintus fabius, Myrſilus, Trogus, Diodorus, & alij) ſequebatur in particularibus regnis ad eandem circiter temporis menſuram, ſub Iapheti filijs & nepotibus ętas argētea, ut eſt apud Vergilium, Ouidium, reliquoſque autores, ac tandem ſub opprimētibus atque omnia corrūpentibus tyrānis Chameſenis, ſucceſſit tempus omnino ferreū, ſpurium, ac ſpurcum, degenerantibus a piorū patrū inſtitutione filijs, ut autor eſt Philo Iudeus, Ita poſſiderūt eos, rectores abſque dūo. Eſa, 26, Et hoc in Britannia durauit ad Brutum uſque, adhibito inſule deinceps Albionis huis titulo ob conſtabilitam ei per auū Oſiridem & genitorē Neptunū in ea monarchiam, Inde eſt quod Nicolaus Perottus in Cornucopia, Ringmānus Phileſius in deſcriptione Europę, alijque cum Ariſtotele graues autores tam Gręci quam latini in ſuis opuſculis, ferant Britanniam ab Albione Neptuni filio Albionem olim dici, Et hęc fiebant anno poſt diluuiū circiter quingenteſimo ſexageſimo tertio, cum Phorcus Sardiniā Lęſtrigo Italiā, Poliphemus Siciliam, Bergion Orchades & Hyberniam, ac cęteri eius fratres triginta numero alias mūdi

inſulas ſub illis poſſiderent quoque, Nam ab Oſiride patre cum uniuerſo, demptis Babylonijs, imperaret orbi, ſuſcepe rant hi duo fratres, Neptunus Aegyptius maris imperium quia primus (Diodoro teſte) nauigandi artem inuenit, & Hercules Libyus militię principatum, quod primus eam exercuerit diſciplinam. Atque ita deuenerunt filij, ad in ſularum dominia. Compoſuiſſe pręter alia fertur Albion. Demonſtrationes aſtronimicas, li. 1.
Inter alias quoque ab auo ac patre inuentas artes, docuiſſe creditur diuerſi generis nauigia. Spes orbis terrarũ (inquit Salomon) ad ratem confugiens, remiſit ſeculo ſemen natiui tatis, quę manu Dei erat gubernata Sapi. 14. Nec hac in re deſunt Ioannis Textoris & Polydori teſtimonia, rates flu uiales in Oceano Britannico primum fuiſſe inuentas, corio circumſutas. Ad Rhodani oſtia tandem eſt Albion ab Her cule patruo, quũ. xliiij. annis regnaſſet, cum Bergione fra tre una interẽptus, anno a condito mũdo. 2262. & ãte Chriſti incarnationẽ. 1701. Aſſyrijs imperante Baleo Iuniore Quia eius tentabat impedire tranſitum, ut teſtes ſunt Deodorus Siculus, Põponius Mela, Ioãnes Boccatius, Eliota, Cibe nius & alij, fortaſſis pro ſuo atque fratris ãpliando imperio

BRutus Iulius Dardanius Aeneę Troij magni La tinorum regis ex Iulio Syluio (non Poſthumo) Aſcãij regis filio & Lauinię nepte, pnepos, utrũ que parentem (quod mathematici prædixerant) matrem in partu ac in uenatione patrem, inuitus interemit. Ob id Italia per auũ Aſcanium pulſus (qui ſtatim dolore perijt quoque quod regni hęredem ita amiſerit) in Leogrę ciam inſulam ſocijs quibuſdam comitatus, poſt annũ ętatis ſue. xv. abijt. Vbi inter lachrimoſa ob tam infauſtos euẽtus quotidiana ſuſpiria, oraculũ a Diana tandẽ accepit, quod

eſſet

eſſet nobiliſſimam extremi occidui poſſeſſurus inſulam. Quod elegantiſſimis carminibus depromſit Gildas poeta Britānus, uetuſtiſſimus ſcriptor, ut habet Ponticus Virūnius in Britannicę hiſtorię libro primo. His letior factus, ac eorum Troianorum, qui profugi incertis ſedibus uagabantur, dux conſtitutus, generis ſui reliquias a Gręcorū ſeruitute, Pandraſo eorum rege captiuato, liberauit. Erat enim Brutus, uir probus, ſapiens, ac bellicoſus, qui ducta in uxorem prędicti regis filia Ignogene, cum trecentis &. xxiiij. Troianorum nauibus, fortiſſimoque duce Corineo, Albionem poſt nouem annorum in terra marique labores fœliciter intrauit, anno. xviij. Heli ſacerdotis in Iudęa dominantis. Quod alios tūc populos nō habuerit ea regio quam Gigātes, ineptiſſimū eſt figmentum. Ingens reuera Iapheti poſteritas adhuc in ipſa, licet ſub Chameſinorum tyrannide, manebat, immo eorum plerique iuxta diuinam promiſſionem ſub tentorijs Sem, in fide promiſſi ſeminis. Hos ualida manu, ab immaniſſimorum gigātū oppreſſione (fortaſſe ſuo in idololatria bono) per fere decēniū liberans, tandem peruenit ad totius inſulę regimen, anno a mundi origine. 2836. & āte filij Dei apparitionem in carne, 1137. eique deinceps a ſuo noīe, Britanici regni cognomen impoſuit. Scripſit inter cętera Brutus, Gręco ſermone,

Ad Pandraſum regem, Epi. 1.
Ad Troianorū profugos, Epi. plu.
Leges Britannicas, li. 1.

Ex Troianorum conſuetudinibus has eſſe collectas, affirmat Hardingus, primo ſuorum Chronicorum libro, ca. 14. Mirum in modum circa huius Bruti originem ſe undique torquent Boccatius, polydorus, & conſimiles Italorum ſcriptores, ad nauſeā uſque dedignabūdi, quod Britānica

C barbaries

out of [illegible] they were [illegible] people

barbaries (tam atrox illorum eſt faſtus) ad eorum claritudinē latrocinio, meretricio, tyrannide, aut patrię proditione partam, aſpiraret. Mitior eſt illis Suidas Grecus, qui ex hac Iuliorum familia deſcendiſſe Ceſarē Iulium, cū noſtro Caſſibellano quoque cōmemorat. Rebus recte diſpoſitis, tandem fato conceſſit Brutus, completo, 24. anno ſui regiminis, anno ſcilicet formati Adami, 2860. & ante incarnatū Meſſiā. 1103. Trenouāti, urbe a ſe cōdita ſepult⁹, Samuele Iudęis pſidēte.

DAres Phrygius, hiſtoricorum gentilium, teſte in ſuis commentarijs poſt Iſidoum Hiſpalenſem Raphaele Volaterano, fere antiquiſſim⁹, diuturno illo Troianorum bello contra Grecos, diu inter alios pro ſuis militauit conciuibus. Capto tādē Ilio (quod Troiā quoque deſignat) per Hectoris filios, cum fugata Antenoris factione deinceps remāſit per diuerſas prouincias profugus. Eos itaque anno mundi conditi, 2825. cum duce Corineo uiro certe modeſtiſſimo, Brutū reperiſſe ad Tyrrheni ęquoris ripam, Galfridus Monemuthēſis in Britannicę hiſtorię libro, 1, ca, 8. refert. Quo nimirum argumēto, & conſimilib⁹. plerique colligunt autores, Britannum extitiſſe Daretē. Ad poſterorū memoriā, Grecis characterib⁹ interim commiſit De Troianorum excidio, li. 1. Pelias rex in Peloponeſo Quod opus ipſius manu ſcriptum, Athenis inueniſſe ſe plurimum letabatur Cornelius Nepos illius, ad Criſpum Saluſtiū latinus interpres. Ioſephus Deuonius Anglus, in Corinei patria poeta elegantiſſimus, eandem Daretis hiſtoriam uerſibus heroicis in. vi. libris expoſuit, ut poſta dicetur. Claruit ſub Bruto Iulio Britannorum rege primo, anno originati ſeculi. 2840. & ante Deiparę partum, 1125. Heli in Iudęa dominante.

Bladudus

BLadudus Magus, Britannorum rex decimus, adoleſcens adhuc, perdiſcendę philoſophię gratia, Grę corum frequentabat Athenas, Illinc defuncto patre Ruthudibraſo, poſt aliquot annorum ſtudia rediens, quatuor magnarum ſcientiarũ magiſtros ſecũ adduxit, ne illo uirorũ ornamẽto ſua deinceps careret patria. His apud Stanfordiam (Merlino teſte) rei literarię gymnaſium conſtituit, ut artes liberales docerent, habebantque non infrequens auditoriũ. Vir erat prophanis ethnicorũ ſcientijs peritus, aſtrorum precipue, ſtudioſus atque eruditus. Iſtum ferunt autores Bathoniam urbem condidiſſe, ac thermas in eadem (quę hucuſque durant) arte mira locaſſe: Mineruam erecta ęde, quo nuſquam deficerent, deam conſtituiſſe ſeruatricem, docuiſſeque per uniuerſam fere regionem Necromãticen. Sed hęc eſſe ommino conficta, iudico. Sunt proculdubio thermę quę natura, ſunt quę induſtria incaleſcant. Aqua enim (ut habent tum Baſilius tum Bedas) per terrę fiſtulas permeans, & ex metallis diſcurrens, ferueſcit ſępenumero. Edidiſſe perhibetur rex iſte,

De magia mathematica, li. 1.

Aliaq; reliquiſſe perſpicacis ingenij monumẽta. Vt Proteus alter (inquit Virunnius) in uarias ſe uertebat formas, & inſolito terrę motu turbabat elementa. Comparatis tandẽ magicis carminibus alis, in aerem uolare conſpectore populo tẽtabat, ceciditque pręceps in Apollinis aram, xxi. ſui regiminis anno. Quo caſu colliſus, e uita exceſſit, Trenouanti ſepultus, anno mundi conditi, 3111, & ante aduentũ Chriſti. 852, dum Amaſias in Iuda, & Ioas in Iſrael regnarẽt.

DVnuallo Molmici⁹, Clotẽis Cornubiẽſis reguli fili⁹ ſapiẽtia ac pulchritudĩe, pauos lõge exuperãs, deuictis Loegrię Cãbrię & Albãię tyrãnis ſol⁹ apud Britãnos terti⁹

& uicesimus rex imperabat, Is a principio Salomonis inſtar, cogitare cœpit, quę regni ſui reipublicę magis utilia forent, Viros bonis artibus eruditos, opibus & fauore iuuit, ac militarem artem penitus obliteratam ad priſtinum reuocauit uſum, Primus hic omnium erat qui aureo diademate caput inſigniuit, Templa deorū aſyli loco cōſtituit, Aratra colonum, urbes, & uias ad eas publicas ordinauit. Pondera ac menſuras rebus uendendis diſpoſuit. Atque tandem fures & ōnem noxiorū colluuiem iuſta ſeueritate puniuit, Protulitque Britānicę pro hĳs perpetuo ſeruādis

Statuta municipalia, li. 1.

Leges Iudiciarias, li. 1.

Has poſt mortem patris confirmauit Belinus rex, Molmiciinaſque ad ſui nominis claritatem Britannica gens uocabat, Illas tandem Gildas poeta & hiſtoricus in latinū trāſtulit ſermonē, & Alphredus rex in idioma Saxonicū, Senectute cōfectus fatū obiuit, poſtquā. xl. ānis magnifice regnaſſet ad tēplū concordię (quod cōdiderat) Trenouāti ſepultus āno poſt formatum Adamum .3540. & ante ſeruatorē exortum, 423, Dario longimanno Perſis ac Iudęis imperante.

CAmbra formoſa, Belini Britannorum regis nobiliſſimi filia, ob naturę dotes āpliſſimas famata, Antenoris ſecūdi frācorū regis copulā inĳt coniugalem, Hęc mulier fuit (Ioāne Tritemio teſte in annalium ſuorum compendio) ſuper totius regni filias ſpecioſiſſima, tantęque prudentię, ut eius conſilĳs rex & principes francorum, non ſecus ac numinis cuiuſdā adhortamentis, obtēporare conſueuerint. Earum gentium mores, feritate Scythica nimium rudes adhuc, modeſtis pręceptionibus cultiores reddidit, Cūque feminam ſexu, regem uero ac ſacerdotem gereret animo,

Saxonibus

Saxonibus in prouerbium uenit quoties prudētius loque
retur quiſquam,& dixerunt,Si Camber,Quod,Ecce Cam
ber,latina ſonat lingua.Inde poſtea Sycambrorum nomen
tam apud Gręcos quam latinos,ad quadringentos ferme
annos populo remanſit,quouſque a Frāco eorū rege Frāci
dicerentur, ut autor uetuſtiſſimus Hunibaldus habet,in
hiſtoria de francorum origine.Hęc urbes & caſtella proce
res ędificare docuit,frontis cultum inſtituit,linum ſerere,
canabimque terrę committere,atque in ueſtem uſumque
uarium texere & aptare,mulierib⁹ ſcientiā dedit. In plebe
ius dicebat,uatem ſe Dianęque pontificē exhibebat,atq;
inter cętera compoſuit,

Leges Sycambrorum, li.1.

In quib⁹ uetitum erat,liberis de prima regis uxore ſuper
ſtitibus,ſequentium filios principes dici, ne regnum inde
confunderetur. Vnicū hęc peperit Antenori marito filiū,
Priamum Iuniorem,qui patri in regno ad.xxvi.annos ſuc
ceſſit. Conditis demum urbibus Neomago ac Neopago,
uite finem accepit circa annum a condito mundo.3590.&
ante Meſſię natiuitatem.373. Ionatha ſacerdote Iudęis
pręſidente.Gręco ſermone in ſacris tunc utebantur,dum
Theocalus pontifex regum fortiter acta carminibus daret.

MArtia Proba,Britannorū regina,Guithelini mo
deſtiſſimi regis olim uxor,mulier ut altera Abi
gail,& prudens & pulchra floruit.Sunt Angli
carū rerū plerique ſcriptores qui ab iſta Mercio
rum prouinciam primum traxiſſe nomen autument. Sed
egregie falluntur hij homines,quū Mercij Germani fuerīt,
ipſa uero Britanna.Hęc omnibus pene liberalium artium
diſciplinis imbuta,multa & inaudita proprio ingenio ad
inuenit,totiuſque regionis gubernacula uiceſimo ſeptimo

loco ſuſcepit ſola, eo quod nondum eſſet filius ob puerilem ętatem imperio maturus. Rempublicam Britannicam uicijs deformatam, moribus integris ornare, atque ad priſtinum reducere ſtatum, prout acceperat a uiro, laborabat maxime. Et quo citius ad effectum ea deuenirent.
Patrias condidit leges, li. 1.
Has Martianas quoq; uocitarũt poſteri. Quas Gildas poeta Britannus poſtmodum latinas fecit, & Alphredus rex Saxonicas, in eaſdem linguas eas uertentes. Claruit anno a primi hominis plaſmatione. 3615. ac ante Chriſti ſeruatoris aduentũ in carnẽ, 348. Iaddo exiſtente Iudęorũ pontifice. Et poſt. vij. ſui regiminis annos, ab hac luce migrauit, relicto ad regni diadema unico filio Sicilio. Iſtam lacte candidiorẽ atq; õnib⁹ artibus eruditã depingit Ponticus Virũnius in. 3. Britãnicę hiſtorię libro.
DOrnadilla, Scotorum rex quartus, Marini regis filius, ſuſcepto mox poſt patris mortem ĩperio, nouũ per legatos cũ Britannis & Pictis inijt fœdus. Pacem anteponens bello, uir mitiſſimus, ut peſtem nocẽtiſſimã omne diſſidiorum genus fugiebat, & his quę ad tranquillã uitam attinebant, plurimum delectabatur. Venationẽ uenatorioſque canes ob corporis exercitationes poſt cibos & ſacra, in magnis habebat delicijs. Cũ uero hęc fierent, Elidurus apud Britannos (quem Hector Boethius Elganũ appellat) monarchiã geſſit, ac Thaara apud Pictos. Hic poſt ędita quędam ſtatuta tabularia, Ferguſij legibus adiecta, compoſuit ad ſuę poſteritatis uſũ, ut alter Artaxerxes,
Leges uenatorias, li. 1.
Iſtas apud Scotos in hunc diẽ inuiolatas ſeruari perhibent õnes Scoticarũ ãtiquitatum ſcriptores. Claruit circa annũ a condito mũdo, 3693. & ante natũ Meſſiam, 270. Berigonij
tandem

tādem fato abſūpt⁹ ac ſepultus iāno regni ſui, xxviij. Manaſſe apud Iudęos ſūmo ſacerdote. Reutha, xlvi, anno poſt iſtū Scotorum rex, Medicinę nouum uſum, & ut uirorum fortiū geſta conſcriberentur, inſtituit.

BLegabridus Syllius, Syllij regis filius, primus & ſexageſimus Britannicarum rerum moderator, muſices peritiſſimus illa ętate ſua habebatur. Nā & omnes quos prior nutriuerat ętas, in modulationibus ac inſtrumentis dulciſonis (Galfrido atq; Virunnio cenſoribus) ſuperabat. In metris & carminum rhithmis (quę ad poeſim quoque ſpectant) etiā excellens & copioſus erat artifex, natura per iocundus & hilaris. Propterea facetiarum parēs, ſeu ioculatorius ab eo ſęculo dicebatur deus. Scriptis reliquit ſermone Britannico ad poſterorum oblectationem, Diuerſi generis carmina, li .1.
His & huiuſmodi adhuc alijs, uelut Orpheus ille antiquus citharœdus, habebat mouendorum affectuum quodammodo imperium. Circa annum formati Adami .3830. & ante natum ſeruatorem Ieſum, 133. mundum deſeruiſſe fertur, cum annis xi. in magnis regnum delicijs adminiſtraſſet, regia donatus ſepultura, Ioanne Hircano Iudęos moderante.

IOſina Scotorum rex nonus, optimus certe inter Ethnicos princeps, pacem quęſiuit ubique, a Britānis. Quoniam apud Medicos & Chirurgos puer olim ī Hibernia parentū permiſſione nutrit⁹, atque in uirū educatus fuerat, eos omniū maxime excoluit. Gētiliū quoq; philoſophis, pręcipue Druidib⁹ (quos Scoti Durcerglios tūc uocarāt) māſiones, & alia quę ipſis uſui forēt parari pręcepit, ut nobiliū liberos diſciplinis ac morib⁹ īformarent

uniuerſo orbẽ imperare cœpit Octauius Ceſar Auguſtus.

NEnnius Heliꝰ Loegrię dux, Luddi & Caſſibellani Britãnicorum regum ex Helio genitore frater, heroicę uirtutis ſpecimen illuſtribus factis exhibuit. Is uir magnanimus & fortis, cum Cęſare Iulio ualide pro patria dimicabat Caſſibellano regi collateralis comes. Animoſe enim negabat Britannos, populum ſemper liberum, Romanis opprobrioſe debere ſubijci. Et cum in pugna retrocedere Iuliũ coegiſſet, arrepto eius gladio, Labienũ Romanę nobilitatis tribunum interfecit. Quum uero antea per. xiiij. circiter ãnos, Luddus Trenouantum ſeu Lõdinum ſplendidioribꝰ ędificijs ac munitiõibꝰ reformaſſet, indito ei deinceps a ſuo nomine uocabulo, magna orta eſt inter hunc & illũ cõtẽtio quod Troię nomen a patria ſic uellet delere. De hac lite plura eleganter narrat Gildas poeta & hiſtoricus inſignis ut uterque ſcriptor habet, tam Galfridus quã Ponticus in Britannicę hiſtorię libro primo. Nennius igitur omnium primus Britannicę nobilitatis res geſtas collegiſſe fertur, Reuthę Scotorũ regis ad id inductus exemplo, ſcripſiſſeq; patrio ſermone, de Britannorũ origine & progreſſu.

Hiſtoriam perpulchram. li. 1.

Hanc Nennius alter, Bannochorenſis pontifex, in latinum uertit, & ad ſuã adauxit ętatem, ut poſtea latius patebit. Quintodecimo die poſt initum cum Caio Iulio duellum, ex contracto uulnere interijt uir nobiliſſimus, anno poſt formatum Adamum, 3912. & ante ſeruatorem exortum. 51. iuxta portam aquilonarem Londini tumulatus, biennio ante Romanorum in Britannia uictoriam. Eratque ei conſepultus in triumphi memoriam non incelebrem, Cęſaris Iulij gladius, prout iuſſerat uiuens.

deſtinus Chriſti diſcipulus,corpus eius officioſe a Pilato per miſſus,ſepeliuit. Hunc in diſperſione Philippus Apoſtolus cum non paruo comitatu a Gallijs in Britanniã miſit, noſtrę ſalutis anno.lxiij.ut poſt Capgrauium & Scropum alioſque ſcriptores Anglicos,teſtis eſt locuples Polidorus Vergilius Anglicę hiſtorię libro.2.Mittam ex eis(inquit dominus) qui ſaluati fuerint,ad gentes in mari, & ad inſulas remotas quę non audierunt prędicationem meam,neque uiderunt gloriã meam,& prędicabunt gloriam meam inter gentes.Eſa.66.De Philippi uero in Gallijs apoſtolatu,pręter iſtos,Iſidorũ autorem habes,in libro de uita & obitu ſãctorũ patrũ,& Freculphũ Lexouienſem,ſecundi ſuorum Chronicorum tomi, lib.2.ca 4.Quum in Britannia tam ipſe Ioſephus quam cęteri eius ſocij,Euangelicum dogma ſedulo miniſtraſſẽt,multi per hoc ad pietatem traducti,baptiſma ſalutiferum induerunt. Vnde parum terrę ad uitę eorum ſuſtentationem,[illegible]agi regis ad huc pagani beneficio,nõ procul ab urbe Vuellia poſtmodũ capientes, prima fidei Chriſtianę fundamenta per circum adiacentem regionem non abſque fruge poſuerunt.Ioſephus iſte, etſi non fuerit atramentarius ſcriptor, eruditus tamen Chriſti ſpiritu,ſcriba doctus erat in Dei regno,linguam habens pro calamo fluentem.Nec deſũt qui ex cõiecturis habeant, & hunc contexuiſſe,

Ad eccleſias Britãnorũ, Epi. Plu.

Commune admodum tunc erat apud diſcipulos, ad eccleſias gentium particulares,ſuas epiſtolas tranſmittere. Ad Trallianos enim ſcripſit Ignatius,& ad Tholoſates Martialis, pręter id quod in Biblijs lucet,Gildas Monachus teſtatur,Britãnos ita ab initio orti Euangelij,chriſtianam accepiſſe religionem.Et quamuis a quibuſdã incolis (inquit)tepide ſuſcepta fuerit,apud quoſdam tamen integra uſque ad Diocletiani

tyranni perſecutionem remanſit. In ſancta ſenectute Ioſephus tandem inter diſcipulos, quietã carnis morte dormitionem accepit, in ſua ſolitudine (quam tunc Aualoniam uocabãt) non longe ab oratorio ſepultus, anno (ut fertur) a Chriſti incarnatione, lxxvi. Mario regnante. Poſtea tranſlatum erat eius corpus ad Glaſconienſe monachorũ collegium, & in pręcioſa theca repoſitum.

ARuiragus Tegenus, ex ea Britannorum gentẽ oriundus, Britannicus rex, Voadam coniugẽ Carataci Scotorum regis ſororem in gratiam Romanorum excluſit, ut ſuum cum eorũ ſanguine genus commiſceret. Ita ex Veremũdo, Ioanne Campobello, Cornelio Hiberno, & alijs autorib9, colligit Hector Boethius, tertio ſuorum chronicorũ libro. Et accepit Claudij Cęſaris dono poſt mutua bella, filiam eius, notham potius, Genniſſam, mirę pulchritudinis puellam, eſt que nuptiarum locus Claudioceſtria in celebrem rei memoriam deinceps dictus. Condique illic fecit ſuę gentis hiſtorias, uerſus, & poema Cambren, Põtico Virũnio teſte, uertique in latinum ſermonem patrias leges, per Gildam Britannum inſignem eius temporis poetam, ac nouas ueteribus addidit. Apud Douorenſes memoria proditum eſt, Aruiragum arcem inexpugnabilem poſuiſſe in montis uertice, prope eorum ciuitatem. Nullus eo erat (Galfrido teſte) in prelijs gerendis animoſior, nec quiſquã in pace clementior. Nullus in conuiuijs hilarior, nec in donãdis munerib9 pfuſior, facie affabilis, pceritate mediocri, ſubnigriſq; capillis. Quũ accepiſſet alterius reginę repudiũ a Britãnorũ maiorib9 ęgre ferri, pręcipue Tegenis & Cambris, aduerſus eoſdem, ſcripſit, ad eorũ ducem Comũ

Super

Super Genniſſę connubio, li. i.
Ad ſuos quoque proceres, Epi. Plu.
Ad regem Caratacum, Epi. Plu.
Ad Corbredum & alios. In pręfato pro Genniſſa libro contendebat, ex hoc ſibi plures licere uxores, quod nec leges nec conſuetudines Britannorum id ad illum uſque diem prohibuiſſent. Vitę compleuit curſũ anno ab incarnato dei uerbo. lxxiiij. regni uero ſui. xxxi. Claudioceſtriæ ſepultus. Huius hiſtoriã edidit Gildas, aduerſus aſſẽtatorẽ Iuniũ Iuuenalẽ (qui Satyra quarta in eum delirarat) quam plene deperditam narrat prędictus Ponticus.

Gildas Cambrius, poeta Britãnus, eo tempore natus, quo maxime per uniuerſum mundum eloquentia Romana floruit, literis tam Grę cis quam Latinis, ſub optimis præceptoribus inſignem nauabat operam. Vnde inter nobiliũ liberos, ſeu obſides Britannos (quos Rome ſub Auguſto Cæſare nutritos narrat Galfridus Monemuthenſis) & hunc fuiſſe puerum nobilem, non leuis eſt mihi coniectura, atq; Titum Liuium inibi audiuiſſe. Ad Titum Liuium (inquit ad Paulinum ex Plinio Hieronymus) lacteo fõte manantẽ de ultimis Hiſpaniæ Galliarũque finibus, quoſdam ueniſſe nobiles legimus. Nam & maximo ab Auguſto in honore habitus fuit, ac multis honoribus donatus. Obtinuit enim ea ætas celeberrimum & inauditum õnibus ſæculis latinæ elegantiæ miraculum. Contemporaneus erat Gildas, Martiali, Flacco, Syllio, Statio, Stellę, Iuuenali, & id genus alijs, nec ipſis inferior a pleriſque iudicatus. Illum Lilius Gyrald⁹ Ferrarienſis, ſcriptor copioſ⁹, in hiſtorijs poetarũ dialogo, v, meminit ſe legiſſe: Alcuino, Beda, Godelberto,

Sedulio, & alijs (quos illic quoque commemorat) poetis Britannicis longe antiquiorem. Cuius elegiacum carmen inde commendat, quod mira facilitate ſit conſcriptum. Eius uerſiculos e Gręco latine redditos, de Bruti ad Dianam uoto ac illius denuo reſponſo, uterque, Galfridus tacito, Virūnius detecto nomine, in Britānica hiſtoria recitat. Referunt enim (ęquiſſimo cenſore Ioanne Lelando teſte) aurea fluente uena, antiquitatis inimitabilē quādam tum eloquentiam tum maieſtatem, quam cum admiratione poſteritas poterit facilius ſuſpicere quam exprimere. Non cum Ouidio laſciua conceſſit, ſed cū Valerio pudicā & grauia, Rome etiā ſerio lecta. Nobiliſſim⁹ hic poeta, mathematicus, rhetor, atque hiſtoricus Aruirago regi charus, & ab eo ad id inſtigatus, compoſuit,

| | |
|---|---|
| Annales ſuę gentis, | li. 1. |
| Hiſtoriā Aruiragi cōtra Iuue. | li. 1. |
| Cambreidos, Carmen, | li. Plu. |
| Epithalamion Genniſſę, | li. 1. |
| De perdice prophetante, | li. 1. |
| Epigrammaton, | li. vi. |
| Poemata diuerſi generis, | li. 1. |
| Statuta Dūuallonis uertit, | li. 1. |
| Leges Molmicinas, | li. 1. |
| Leges Martianas, | li. 1. |

Multaque alia ſcripſit, dū eſſet Britannia plus omnibus mūdi nationibus Romanorum bellis uexata. Cambreidos cū alijs quibuſdam Gildę opuſculis, Blaſius Biragus anno domini. 1460. a Ferrarienſium duce Borſio atque alijs Inſubrium & Venetorum principibus, pro illuſtranda Beduera ex Britānis familia conductus, ex Hibernicis inſulis in Italiam tranſportauit. Leges prefatas, a Molmicio ac Martia Britannice congeſtas, latinas fecit, & poſt eū Alphredus rex Saxonicas.

Deperditam

Deperditam eius utrãque hiſtoriam, cõqueruntur Galfridus & Ponticus. Claruit ſub Aruirago Britannorum rege (ut idẽ Põtic⁹ habet) ãno incarnati Meſſię, lx, & Claudioceſtriæ cũ eo uitę finẽ accepiſſe tãdẽ uidetur.

BVnduica Bellatrix, heroici ſpiritus incredibiliſq; uirtutis fœmina, ex regio nata ſanguine, collapſam Britannorum rempublicam uarijs honoribus auxit, eosq; a uicinorum Gallorum iniurijs, ac ſęuiẽtium Italorum oppreſſionibus uindicans. Non ut opes aut dignitates tueretur, militiam exercuit hęc ſexus oblita, nobiliſſima ductrix, ſed ut libertatem amiſſam recuperaret, ac uiolatam uirginum pudicitiam ulciſceretur, indignata eo turpitudinis deueniſſe Romanorum libidinem, ut nihil impollutum relinquerent. Videbat Neronis tempore, eorum legatos in ſanguinem, ac procuratores in bona ſęuire, & regnum a centurionibus ubique uaſtari. Tandemque audiebat immaniſſimã Paulini Suetonij crudelitatem, quod in Mona inſula mulieres per capillos ſuſpendiſſet, ac mãmas abſciſas ad os mandendas ligaſſet. Qua ſtimulata tyrannide, congregatis ęx omni Britannia electiſſimorum militum copijs, Romanorum deleuit exercitum, & captum Paulinum eadem affecit pœna. Hęc & ſequentia fere omnia, incomparabilem hanc depingens mulierem, Ponticus Virũnius in Epitome Britãnica narrat. Erat enim corpore ſpecioſa, procera, culta, cãdida, & magnanima, comã habẽs ad crura protẽſam. Addit Dion Caſſius hiſtoricus Gręcus ueſtitum quoq; (quem pœcilin uocat) ſegmentatum, ſeu bracteolis aureis picturatum. Bonis erudita, literis, ad urbium & prouinciarũ municipes lucubrabat, ſeq. traites w<sup></sup>t manie ſmall peeces
Pro excutiendo Roman. iugo, Epi. Plu.
Breaff. a litle leafe of yould. Et alia

Et alia. Venit tandem in Gallias, ob illatas ab eis Britãnis
iniurias, cũcta armorum ſtrẽnuitate inuadens ac ſuperans.
Inde properabat Italiam infeſtare, ſed prope Alpes, bello-
rum incommodis ſuperata, ęgrotauit ac perijt, mulierum
uere gloria. Tantus tunc terror (inquit Ponticus) Romam
inuaſit & Italiam, quantus antea nũquam, neque in aduẽtu
Brenni, neque Hannibalis, aut alterius cuiuſquã ducis.
Claruit ſub Aruirago Britannorum rege, anno poſt natũ
Dei filium. lxx. Et longe alia ab illa uidetur, quam Boudi
ceam reginam Curtius Quintus, Tacitus, & Textor appel
lant, quum illa ueneno, ne in hoſtium ueniret manus, in
Britannia mortem ſibijpſi intulerit. Hęc Gallomaſtix in
clyta, Ioannã illam Dampremã, porcorum primo, poſtea
Gallorum ductricem, longiſſimo interuallo exuperat, quã
eorũ Chronographi tã crebro ab Anglorũ iugo liberatricẽ
nõ abſque inſigni ſuorum principum ignominia iactitant.

CLaudia Rufina, Britãnici generis nobiliſſima
mulier, nõinis claritatem ex ingenti utriuſq;
Linguę latine & Gręcę noticia, per Italiam &
alias commeruit mundi regiones. Maritũ habe
bat fortunis & eruditione ſibi non inſimilẽ (a
quo cognomen accepit) Aulum uidelicet, cognomento
Pudentem, Etruſca nobilitate inſignem, poetam Bononiẽ-
ſem ac Stoicę ſectę philoſophum. Qui tandẽ aureus eques
ac Romãę militię tribunus, Claudianorũ acta chartis tradi
dit, & hominum uicia Socratico more ſatyris corripuit,
coegitque (ut cui amantiſſimus erat) Martialem poetam,
plura calamo reformare. Claudiam iſtam in Epigrammati
bus ſuis idem Martialis uarie commendat, a forma, fœcun
ditate fide coniugali, doctrina, linguis, & literis. Virũ uero

ab humanitate

ab humanitate, amicitia, liberalitate, pietate, eruditione, ſtudio, atque eloquentia Tulliana. Et ne de nomine heſitetur, poſt ſubactam a Claudio Ceſare Albionem, frequẽtiſſimum nobilioribus Britannis erat, Romanorum ſuis heredibꝰ ac filijs imponere nomina, ut inde apud illos fauorẽ & honorem adipiſcerentur. Hec magno predita ingenio mulier, tam Latine quam Grece,

Epigrammata edidit, li.1.
Elegiã in mariti obitũ, li.1.
Diuerſi generis carmina, li.1.

Et alia in utroque ſcribendi genere non pauca. Conſueuit iſta predicti Martialis (qui & Epicedio uirũ eius in Cappadocia defunctum celebrarat) poemata colligere, atque ad Britannos xenij loco mittere. Vnde idem poeta, Dicitur & noſtros (inquit) cantare Britãnia uerſus, et c. In Vmbria uero (ubi municipium a uiro relictum habebat) audita eius morte, cum liberis remanſiſſe putatur. Claruit anno ſalutis humane. lxxx. Mario apud Britannos, regnante.

LVcius Pius, Coilli regis filius unicus, Romanorũ fautor, Ceſaris Marci Antonini Veri & beneuolentia & autoritate, Britãnis poſt patrẽ imperabat. Hic ſane uir bonus erat (inquit li.4. Virũnius) & erga ſuos populos laudabilis. Viros doctos ſumma proſequebatur beneuolentia, augebatque honoribꝰ, uirtutis & ipſe cultor. Serenauerant enim eius mentem, credentium in Chriſto (que quotidie fiebant) miracula, ut Gildas Albanius tradit in libro quẽ ſcripſit de uictoria Aurelij Ambroſij. Erat tamen aliquantulum (ut apparet) in Chriſto paupere cum Iudeis ſcãdalizatus. Nam licet a centum & amplius annis, propagata

fuiſſet per Britanniam Chriſtiana religio. Et nihilominus debito uidebatur carere ſplendore, quod illucuſque adminiſtrata fuiſſet per ſolos abiectos & ſimplices homines, preſertim non fulcita Romana autoritate. Quum audiſſet igitur per Ceſaris legatos Trebellium & Pertinacem, Romanorũ illuſtres aliquot, quieſcente pſecutione, eam admiſiſſe, cogitabat aliquanto rẽ eſſe digniorem. Vnde ſtatim per eruditos Britannos, Eluanum & Meduinum, ad Eleutherium Romanorum pontificem miſit ac ſcripſit,

Pro ſuſcipiendo baptiſmo, Epi. 1.

Cum his ille ſuos remiſit legatos, Fugatium & Damianum; qui quibuſdam ritibus ac ſolẽni epiſcoporum diſpoſitione eandem formarent eccleſiam. Hęc autem contigerunt anno a Chriſti aduentu in carnem, 179, ut potiores commemorant annales. Hinc eſt quod Sabellicus dicit, Britanniam omniũ prouinciarum primam publicitus cum ordinatione Chriſti nomen recipiſſe. Claudioceſtrie tandem poſt .xij. ſuę gubernationis annos, tertia die decembris, cum ſepultura uitę ſuę finem accepit. Bauari per iſtum chriſtianam ſuſcepiſſe fidẽ, in hũc uſque diẽ gloriãtur, ſed qua fulciti autoritate neſcio.

Soror huius Emerita, inter perſecutionum procellas, pro Chriſti nomine flãmis extincta, martyrium compleuit.

ELuanus & Meduinus, Britannorum doctores & in Britannia nati, imbibitis primum Ethnicorum literis, ſcientiam habebant cum eloquentia non infœliciter coniunctã. Per apoſtolicos uiros tandẽ in Chriſto renati, adeo ſcripturis ſacris operã dederunt, ut in diſpenſandis Dei miniſterijs, inter primos haberentur. Per eos igitur, ut per illos, qui eandem ipſi fidem ſępius inculcaſſent, literis ſuis rex Lucius, ad Eleutherium

pontificẽ

pontificem egit(Ioanne Capgrauio teſte)ut apud Romanos Chriſtianorum adſcriberetur numero. Quum in fine eſſent omnia ordinatione quadam per Fugatium & Damianum in rem Chriſtianam permutata(non enim poterant plene abolere,quę cæca gens a conſuetudine tam longa contraxerat )ut & apud poſteros clariora perdurarēt, membrāishi dederūt, Acta per legatos, li,1,

Inde ad nos,& non alio medio peruenerunt. Ex hoc & ſimilibus fundamentis, cœpere poſtea Romanorum pontifices occaſionem prouincias diuidendi in parœcias & diocœſes, quo demū eorum auaricijs abūde ſeruitū eſt. Vt olim Moſes apud Iſraelitas,morem tunc gerentes imbecillitati,ſeu potius cordis duriciei,indulgebant pij homines plebis errori,ut ab Idololatrijs reuocarent, Inde tamen(ut autor eſt Euſebius) magna pars cęremoniarum(ne dicam ſuperſtitionū) in Chriſtianam quoque religionem commigrarunt, Claruerunt iſti, 180.anno poſt ſeruatorem natum,

FVlgenius Audax,uir ſanguine regio clarus, condoluit ſuis ademptā Britannis, publico & perpetuo Romanorū decreto,dignitatem regiā,Nec nō ęgerrime tulit eam gentem indies tanta premi ſeruitute,totque iniurijs & contumelijs affici tam miſere,direptis hominū fortunis ac conſtupratis eorū uirginibus. Vnde collectos tandem Britannorum primates, concione longa hortatus eſt ad defectionem, adijciens tunc maxime adeſſe tempus,quū debilitatę forent Romanorū uires,Et extēplo ſuper ea ſcripſit ad Donaldum Scotorum, ac Thelargum Pictorum reges,eorum auxilia petens,Ad ſuos quoque Britannos (Boethio in Scoticę hiſtorię li,v,teſte)longas orationes ſub his fecit titulis,

De Romanorum iniurijs, Ora.1.
Pro uindicanda libertate, Ora.1.
Ad Donaldum regem, Epi.1.
Ad regem Pictorum, Epi.1.
Ad ſuos Britannos, Epi.Plu.

Et alia edidit. Ex prima Septimij Seueri cęſaris ac Britannorum regis pugna deuictus, in Scythiam citeriorem (quę nunc Dania dicitur) aufugit. Poſtea conducto mercede exercitu, cum magno nauigio in Britãniam reuerſus, Eboracum obſedit. Vbi dũ acrius cum hoſte conflictaſſet, anno ab incarnato Meſſia. 212. Cęſare interempto (ut Galfridus, Ponticus, ac Tritemius ſunt teſtes) & ipſe letaliter uulneratus occubuit, in eadẽ urbe ſepultus.

AMphibalus Deuanius, genere Britãn⁹, uir fide, doctrina, & pietate clarus, Chriſti ſeruatoris Euangelium promulgando, per omnes Britannorum regiones multo cum ſudore ſeminabat. Ad Verulamium & Legionem perueniens (ut in excidio Britannię Gildas Badonius meminit) Albanum, Aaronẽ, & Iulium, nobiliſſimos ac literatos earũdem urbium ciues cum non pauca plebis multitudine per domos prędicãs, ad martyrium uſque Chriſto acquiſiuit. Non enim tunc licebat Chriſti tyronibus in publicum prodire, ob impia illa Diocletiani Cęſaris edicta, quę templorum ſacerdotes ex ſola ſuperſtitione uiuentes, mendacijs impudentiſſimis ad ſuum comparauerant quęſtum. Seuiente igitur ſic mirũ in modum apud Britannos perſecutione, libriſque ſacris per plateas exuſtis, ad Scotos & Pictos cum magno piorũ numero diuertebat. Apud quos ſub rege Crathlinto, in Mona inſula primus Druidum loco epiſcopus cõſtitutus,

poſt

poſt lectiones ac diſputationes publicas poſteris reliquit.
Aduerſus gentilium errores, li.1.
Homelias in Euangelia, li.1.
Atque alia quędam. Habebat tunc Druidas illos, euerſis idolorum templis, hoſtes infenſiſſimos. Poſt multa illic chriſtiano ritu inſtituta, in Britanniam reuerſus, Virulamij urgentibus ob uentrem pſeudoſacrificulis, carcere, uinculis, ferro, flagellis, lanceolis, & lapidibus, ut olim Stephanus, conſpecto quoque ad patris dextrā ſeruatore, martyrij compleuit curſū. Claruit humanę ſalutis anno. 290. Cuius corpus Redburnę tandem, non procul a fano diui Albani repertum, anno domini. 1178. ſub Henrico ſecundo, ſolēnitate multa in cœnobio collocatur.

ETHODIUS Scotorum rex, Mogalli regis ex ſororē nepos, princeps (ut autor eſt Boethius) bello & pace clarus, domitis primum Hebridianorum ſediciosis, regnum ſuum in bona pace gubernabat. Et ne ſenex ignobili torperet otio. uenandi ſtudium, uti a puero erat inter literas inſtitutus. obiuit ſolicite, permagnam adhibens diligentiam, ne maiorum ea in arte inſtituta obliterentur. Quum uero a uenatu, temporis habita ratione uacaret, honeſtis uoluptatibus incumbens, cantandi modu landique peritos tibicines ad ſe accerſiebat. Et ut ſe tādē ſuamque gentem, ſuper Romanorum (qui in Britānijs erāt) pręſertim Auli Victorini, iniurijs atque contumelijs uindicaret, ſcripſit ut & ſe auxiliarem pręberet,
Ad Pictorum regem. Epi. Plu.
Ediditque nonnullas uenatorias leges, Dornadillę conſtitutis appendices. Anno demum fœlicitatis chriſtianę. 194. ac ſui regiminis, xxxiij. cuiuſdā Hebridiani tibicinis (qui

Ha cubiculis erat)dolo, per noctem ſtrangulatur,ac Euonij in campo apparatu regio ſepelitur.

HElena Flauia, Auguſta, ſereniſſimi Coeli Britannici regis hęres & unica filia, magni Conſtantini Cęſaris mater, incomparabili decore, fide, religione, bonitate, & pia magnificentia (Euſebio etiam teſte)per totū reſplēduit orbē. Inter omnes ętatis ſuę fœminas,nulla inueniebatur ea in liberalibus artibus doctior,nulla in inſtrumentis muſicis peritior,aut in linguis nationum copioſior. Innatam habebat ingenij claritudinem,oris facundiam,ac morum ornatiſſimam compoſitionē,Hebraicę,Græcę,& Latīe erudita. Caruerat pater alia ſobole(inquit Virunnius)quę regni ſolio potiretur,Eam propterea his inſtrui fecit per optimos pręceptores, ut eo commodius regni tractaret negotia. Vnde ob incredibilem eius pulchritudinem,atque alias eximias animi & corporis dotes,Conſtantius Chlorus Cęſar illam duxit in uxorem,atque ex ea filium in Britannia genuit Conſtantinū magnum. Sed eo tandem Eboraci defuncto,cū Anna illa Euangelica,in ſancta uiduitate perdurauit ad ultimum uitę diem, tota Chriſtianę religioni dedita. Sunt enim autores qui narrent per iſtam ceſſante perſecutione, pacem eccleſijs datam. Ad tantam quoque philoſophię cognitionem, eam ferunt ante agnitum Euangelium perueniſſe,ut olim ediderit,

De prouidentia Dei, li.1.
De īmortalitate animę, li.1.
Normam recte uiuendi, li.1.
Epiſtolas ad filium, li.1. Dño ſęper Auguſto filio
Reuelationum ſuarum, li.1.
Monita pietatis, li.1.

Ad

Noctes trahebat inſomnes, & queſita ſcribendi diuerticula per otium frequentabat, imperium oratiōe ac factis operationibus continendum ratus. Egregius diſciplinę chriſtianę pręco, filios ac proceres docuit, pietatem diuitijs omnibus, atque adeo ipſi anteferre totius mundi monarchię. Falſorum deorum euerſor, imaginum cultus per Gręciam, Aegyptum, Perſidem, Aſiā, & uniuerſam ditionē Romanam, repetitis abrogabat legibus, iubens per edicta Chriſtum coli, Euangelium prędicari ſacrum, miniſtris honores & alimēta dari, atq; idolorū ubique deſtrui templa. Eccleſijs infinita pręſtitit, agros, annonam, ſtipem egenis, ęgris, uiduis, ac orphanis, pro quibuſque ſolicitus. Euſebiū, lactātium, & ſimiles, familiariſſimos habuit, & hanc ad Deum orationem indies, ipſis in eius uita teſtibus, fudit. Vnum te Deum eſſe nouimus, unū te regem intelligimus, appellamus adiutorem, nobis abs te uictoria cecidit, ex te aduerſarium fudimus et c. Pro delicijs habuit (ut Sextus Aureli⁹ tradit) literarum ſtudia colere, bonas artes fouere, legere, ſcribere, meditari. Compoſuit iterea Gręce & Latine, ut ex pleriſque autoribus collegi,

Dogma baſilicum, li. 1.
Ad nationū pręſides, li. 1.
Confeſſionem fidei, li. 1.
De ſynodo Nicęna li. 1.
De Dei prouidentia, li. 1.
Ad ſenatum Romanum li. 1. Sereniſſimū Dei ſoliſq; fe
Reipublicę leges, li. 1.
Nouam Aegytiorū legē, li. 1.
Leges Chriſtianorum, li. 1.
Cōtra gētiliū ſupſtitiones li. 1.
Vitę inſtituta ad filios, li. 1.

Ad Euſebiū

Ad Euſebiũ Cęſarienſẽ Epi.1. Adhuc mi chariſſime fra
Ad incolas Orientis, epi.1. Quęcũque ſũmis atq; prę
Ad Palęſtinę puinciales epi.1. Olim atq; dudũ pręſtãtia,
Ad Alexãdrũ & Arrhiũ, epi.1. Rationẽ cõtigiſſe duplicẽ
Expoſtulationẽ cũ ipſis, epi.1. Didici natã pręſẽtis quęſ.
Pro pace religionis, epi.1. Veſtra diſcordia emergẽt
De Arrhio & ei⁹ ſcriptis.epi.1. Malignos & ĩpios Arrhi.
Ad Nicomedienſes, epi.1. Quis imbuit talib⁹ ĩnocẽ.
Ad Saporẽ regẽ Perſarũ, epi.1. Sacroſãctã fidẽ obſeruãs,
Ad eccleſias omnes, epi.1. Ex facili reipublicę nos
Ad Machariũ epiſcopũ, epi.1. Tanta eſt Dei noſtri beni
Pro inſtaurandis ſacris, epi.1. In urbe mihi cognomine.
De cõtrouerſia paſchatis, epi.1. Ardua medi⁹ fidi⁹ & quã.
Ad epiſcopos Palęſtinę, epi.1. Hoc unũ ſũmũ curę meę.
Ad populũ Antiochenũ, epi.1. Hui⁹ uniuerſitatis altitu.
Ad Euſebiũ ſuper ẽpatu, epi.1. Pleniſſime ẽpatum noui.
Ad Theodotum & alios, epi.1. Legi literas ueſtras & Eu
In ſui tẽporis hęreticos, epi.1. Ex promulgatione edicti
Ad Tyriorũ ſynodum, epi.1. Cõſẽtaneũ erat iſto ſęculo
Ad eãdẽ pro Athanaſio, epi.1. Neſcio quid tot cõuẽtib⁹.
Pro Athanaſij cauſis, epi.1. Ego quidem ignoro quę.
Ad patres conciliorũ, Ora.plu.
Ad pręfectos gentium, epi.plu.
Ad ciues Antiochiẽſes. epi.plu.
Ad Antonium abbatem epi.1.
Ad probũ cõtra Arrhiũ, epi.1.
Ad Diocletianum. epi.1.
Ad Acurium Comitem, epi.1.
Ad ſuum queſtorem, epi.1. to his treasurer of his warres
Ad Aceſiũ Nouatianũ, epi.1.
Et adhuc longe plures, tam orationes quam epiſtolas,

Eius in animo ( inquit Euſebius ) fidei uis inſita, quę & qualis fuerit, inde cōijcias. Aurei nūmi erecto illū uultu, ut cœlo intētum gerebant. Lege quoque interdixit, ne quis eius ſigna pręcedentium imperatorum more, in ſacellis aut lucis idolorum dedicaret. E uita Nicomedię diſceſſit ſenex, ętatis ſuę anno .66, & imperij .32. a Chriſti uero incarnatione. 339. Conſtantinopoli ſepultus, Octauio in Britannijs regnante. Eius uitam in quatuor libris, Euſebius Cęſarienſis Gręce ſcripſit, & Ioannes Porteſius Gallus eleganter in latinum tranſtulit ſermonem. Quod Romano pontifici coronam imperialem cum regno Italię, aut Cardinalibus cum ſenatoria dignitate coccineas dederit ueſtes; uel quod fuerit ob martyrum cędē elephātię morbo percuſſus, infantum ſanguine lotus, aut a Sylueſtro baptizatus, Papiſtarum ſunt cōmenta ridiculoſa, quamuis in eorum ſanctiſſimis habeantur Decretis.

Pelagius Hęreſiarches, ex Britānijs oriūdus, famati illius collegij Bannochorenſis, a Legionū urbe (nunc Ceſtria) nō procul, prępoſitus erat, in quo chriſtianorum philoſophorum duo millia ac centum, ad plebis in chriſto profectum militabant, manuum ſuarum laboribus iuxta Pauli doctrinam uictitātes. Poſt quamplurima bona quę pro chriſtiana republica fideliter egit, uir eruditione inſignis, ut Tertullianus alter clericorum quorūdam laceſſitus iniurijs, a recta fide defecit. Et paragratis Gallijs, in Aegyptum & Syriam, aliaſque orientis regiones tandem peruenit. Vbi ex earum regionum monacho pręſul ordinatus, ſui nominis hęreſim fabricabat, aſſerens hominem ſine peccato naſci, ac ſolo uoluntatis imperio ſine gratia ſaluari poſſe, ut ita nefarius baptiſmū ac fidem tolleret. Cum his atque conſimilibus impoſtricis doctrinę fecibus, in

patriam

patriã ſuam reuerſus, omnem illam regionem, Iuliano & Cœleſtino epiſcopis etiam fautoribus, conſpurcabat. Ante iſtũ non nouit Britãnia monachiſmum ſuperſtitioſũ, neq; (quod ex eo, ut fructus ex arbore, uenit) Chriſti gratię per allegorias anteferre iuſticiam operum. Pręcondita tamen hęreſi, ſtudia tractabat honeſtiſſima (ut poſt Gẽnadiũ & Honoriũ, alij ferunt autores) compoſuitque ad chriſtianam utilitatem,

De fide trinitatis, li.iij.
Expoſitiones in Paulum, li.xiiij.
De moribus clericorum, li.1.
Pro uita actuali, li.1.
Eulogiarium ex ſcripturis, li.1. a praiſe.
Ad Bonifacium comitem, li.ij.
Ad Albinam & Melaniã, li.1.
Epiſtolas ad diuerſos, li.1.
De liberi arbitrij uigore, li.1.

At poſteaquam eſt hęreticus publicatus, multo plura edidit hęreſi ſuccurrentia, & ex diametro cum uera pietate pugnantia. Aduerſus eius errores peſtilentiſſimos ſcripſerũt Auguſtinus, Cyrillus, Hieronymus, Oroſius, Innocentius, Gennadius & ultimo apud Anglos Thomas Bradvuardinus. Claruit ãno poſt Chriſtum incarnatũ, 390. ſub Maximo Britãnorum rege, condemnatus demum per epiſcopos, in Epheſino, Carthaginenſi, & Milleuitano concilijs generalibus. Qui tamen errores ĩ hodiernũ uſque diẽ, in papiſmo defenduntur. + I beleeue yt not Bale erreth of mal[ice]

VRſula Cynoſura, genere Britanna, Chriſtiani principis Dionothi, Cornubiẽſium ducis filia florentiſſima, liberaliter inſtituta bonis artib⁹, Parnaſi per abrupta, ſe muſis non renitentibus cõmiſcuit. Ingeniũ habebat fœlix ac grauibus

cauſſis accommodum, hęc inclyta & laudabilis pudicitię fœmina, ut plerique propalãt chronicorum fabricatores. Verũtamen magnopere diſſentit unus ab altero, externi ab internis, in rerum illius geſtarum enarratione. Non enim ſinunt prętigioſi ſophiſtę, apud domeſticos & oculatos ſcriptores, hiſtorię manere ueritatem. Sed omnia pro ſuo uentre, ac fœdiſſimo illo eorum cęlibatu (qui tot prodigioſarum uenerum & execrabilium libidinũ peperit mõſtra) mendacijs impudentiſſimis commaculant. Affirmant autores Britannici, quod poſt ſubactas ſub Maximo eorũ rege Romanorumque Cęſare, Armoricas terras (minorẽ Britãniam nunc uocant) Gallicarum mulierum aſpernati connubia Britanni, uxores ex ſua petebant natione. Quo factũ eſt, ut frequens mulierũ numerus illuc ex inſula nauigio commigrarit, & inter illas Vrſula, Conani eorum ducis chariſſima coniux. Quę cũ. xi. utriuſque ſexus millibus, ui tempeſtatis perijt, cęteris ad littus a contrariarũ factionũ tyrannis interemptis. Vnde ergo nunc hauriunt mendaciorum magiſtri, & immũdiſſimi papę Gomorriones. ſuperſtitioſam tot uirginum ſquallidarum ad Romam uſque peregrinationem per Rhenum? Aut quibus collectoribus iam gaudet Agrippina Colonia earum oſſibus, ex ponti ſeu furentis oceani medio tranſportatis? Qui iſta ingenioſe commentantur, etiam addunt, quod ſcripſerit,

De archanis uiſionibus, li. 1.

Documenta fidei, li. 1.

Epiſtolas quoque tam ad doctores Gręcos quam latinos, ut eſſent prędictę peregrinationis ſocij. Quod ſi uerũ ſit, poteritis & uos pro uero celebrare. Admirarer ſane his diebus, tam ſtolide delirare in Chronicis Boethiũ, & in Hagiologio Vuicelium, immo in tanta lucis plenitudine fore tã

cęcos

cęcos, Quorum primus monialem deſcribit Vrſulam, alter Romanarum peregrinarum ductricem per Rhenum, Niſi ſcirem illud hominum genus ad impoſturas natũ. Claruit Vrſula anno in carnẽ uenientis Meſſię. 390. Gratiano apud Britannos regnante, ac paulo poſt naufragium paſſa, & a Barbaris iugulata, interijt.

FAſtidius Priſcus, apud Britannos natus, ac chriſtianis moribus inſtitutus, a iuuẽtute cœpit man ſuetioribus incũbere ſtudijs. Et pręter id quod in ſcientijs humanis habebat, in ſcripturis exponendis ſyncera facilitate reſplenduit. Non infimę ſortis epiſcopus apud ſuos effectus (Lõdinenſis, ut fertur, metropolis) per uniuerſam Britanniam Chriſti Euangeliũ, uir dicendi maieſtate clariſſimus, prędicabat. Abũde ei ſuppetebant, cum perbenigno ingenio excellẽs memoria, morũ integritas, & uita incorrupta, quibꝰ cumulatiſſime, cęteros ſuę gẽtis pręcedebat uerbi pręcones. Vt ad ſuos etiã mortuus, de diuinis rebus loqueretur, opuſcula reliquit chriſtiana ſuauitate referta, pręcipue ad Fatalem quẽdam,

De uita chriſtiana, li. 1.
De doctrina ſpiritus li. 1.
De uiduitate ſeruãda, li. 1.
Admonitiones pias, li. 1.

Et alia adhuc quamplurima. Claruit modeſtiſſimus homo ſub Honorio & Theodoſio imperatoribꝰ Romanis, humanę ſalutis anno. 420. corruente apud Britannos pre quotidianis diſſidijs republica. Et tandem beato fine in Chriſto quieuit. Huius laudes ſilentio non pretereunt, Gennadius Honorius, Tritemius, & Bergomas.

iudicio, & facundia indicibili, Neque minus ei cognita exti
tere diuina quam humana. Adeo ut in decretis, Diſtinct .15.
Gelaſius pontifex Venerabilē Sedulium cū uocauerit, eiuſq;
non mediocri laude commendauerit ſcripta. Cōpoſuit enim
utroque ſcribendi genere, hoc eſt, tam proſa quam carmine,
rariſſimi ornatus opuſcula, Et in primis, ad Macedoniū preſ
byterum opus inſigne, complectēs Euangelij ſeriem, ſeu Ieſu
Chriſti facta diuina, cui pro titulo addidit,

| | | |
|---|---|---|
| Carmen Paſchale, | li, v, | Paſchales quicūque dapes |
| Collectanea in Paulum, | li, xiiij, | Antequā Apoſtolica uer |
| In Paulum ad Romanos, | li, i, | Sciendū eſt quod in hoc |
| Ad Corinthios, | li, ij, | Quod nomē ſuū preponit |
| Ad Galathas, | li, i, | Hoc eſt, nō ab humana pre |
| Ad Epheſios, | li, i, | Refert ſcriptura, teſtante, |
| Ad Philippenſes, | li, i, | Metropoli Macedonię, cū |
| Ad Coloſſenſes, | li, i, | Hac uice Apoſtolatꝰ auto |
| Ad Theſſalonicenſes, | li, ij, | Quod nō dicit Apoſtolus |
| Ad Timotheum, | li, ij. | Non ſecundū preſūptionē |
| Ad Titum, | li, i, | Hāc epiſtolā ſcribit de Ni |
| Ad Philemonem, | li, i, | In carcere uel in cathena, |
| Ad Hebręos, | li, i, | Quoniā apud Hebręorum |
| Hymnus de ſeruatore, | li, ij. | A ſolis ortus cardine, uſq; |
| Ad Theodoſium Cęſarē | li, i, | Romulidum ductor, clari |
| In æditionem Donati, | li, i, | |
| In Priſciani uolumen, | li, i, | |
| Exhortatoriū ad fideles, | li, i, | Cantemus ſocij domino, |
| Epiſtolas ad diuerſos, | li, i, | Seduliꝰ Scotigena, dilecto |
| De Chriſto proſaice, | li, ij, | |
| Carmina diuerſi generis, | li, i, | |

Aliaque quamplura edidit, de quibus ſcriptores fere omnes
tacent. Epiſcopum hunc olim fuiſſe affirmant Sigebertus &

Boſtius, non contemnēdi autores, ſed eccleſię non addūt nomen. Claruit anno a chriſtianę fœlicitatis exordio. 430. ſub Cęſare Theodoſio, regnante apud Scotos Ferguſio ſecūdo, poſt lōge miſerrimū eorū excidiū, quo, urgēte Romanorū tyrannide, cum omni fere populo & ille exularat.

PAlladius Gręcus. Ioannis Hieroſolymorum patriarchę quadragiſimi quarti, dum adhuc eremi cultor, ſolitaria Syrię loca, Carmelum pręcipue īcoleret (Nicolao Harlemio teſte) diſcipulus fuit. Hic a Cœleſtino Romanorum pontifice antiſtes mittebatur, ut Pelagianam hęreſim (quę tunc magnam Britannię partem inquinauerat) a Britānorum gente arceret, atque Scotorum populum ad uerā pietatem, a qua continua bellorum atrocitate paulū aberrarit, rite reduceret. Habebant Scoti ante id tempus, plebium ſuffragijs epiſcopos, ex uerbi miniſtris ordinatos. Hunc Nihilominus ferunt, concionibus pijs, a quibuſdam gentilium ſuperſticiūculis eccleſias illas purgaſſe. Atque ob id in hodiernum uſque diem, Scotorum Apoſtolus appellatur. Hic pontifex pius & officij plenus (inquit Polydorus) dū apud Scotos maneret, omnibus pręcibꝰ eſt dehortatus Conſtantinum eorum regem, ne uellet Anglos Saxones, gentē idolorū cultricē armis iuuare, cōtra Britannos homines Chriſtianos. Scriptis reliquit ad poſteritatis uſū,

Contra Pelagianos, li. 1.
Vitā Ioānis Chriſoſtomi, li. 1.
Homelias plures, li. 1.
Epiſtolas ad Cœleſtinū li. 1.

Pręter ea quę Gręce prius ediderat. Claruit anno uirginei partꝰ. 431. quo fuerat (teſte Ranulpho) ab Epheſina ſynodo

in utraq;

in utraque Britãniã miſſus, ſub antedicto Cęſare Theodoſio & Eugenio ſecundo Scotorum rege. Ad iſtũ ſcripſit Cyrillus Alexandrinus dialogũ de adoratione in ſpiritu, & quod lex umbra typuſque ſit uitę in Chriſto Euangelicę. Poſt pios tandem ſudores ac religioſa opera, in Forduno Mernię uico, fœlicem huius uitę ſortitus exitum, 18. calendas Ianuarij fatis conceſſit

PAtricius Magonius, a pleriſque Magnus ob eximias uirtutes cognominatus, in Britannia patrē habuit nobiliſſimi generis Calphurnium ſacerdotem, & ex Pannonia matrem Conchen diui Martini ſororē. Sub pijs pręceptoribus, auũculo Martino primum (nam Maximo Britannorũ regi parebat illis diebus cum Armorica regione Turonenſis ciuitas) deinde Germano Antiſſiodorenſi epiſcopo, ſacras affatim edoctus literas, in Italiã tũdemũ ac Romam peruenit. Vbi ob ingenuos mores cum inſigni eruditione coniunctos, & quia de nobilium erat ſenatorum progenie, Patricij nomen eſt adeptus. Iſtum Cœleſtinus pontifex, anno domini. 432. ad Scotos & Hibernos poſt Palladium Gręcũ miſit, ut eos a Pelagianorũ tueretur erroribus. At ille incredibili ſpiritus feruore Euangeliũ Hibernis prędicans, ad ſyncerã Chriſti fidem eos per. lx. annos in uinea domini laborãs conuertit, ſanctitate & doctrina excellens. Vnde inter cęteras quas fecit uirtutes, in cuiuſdam cacumine montis, ut alter Helias xl. diebus & noctibus in oratione ieiunauit, Euangeliũ & baculum in uiſione a Chriſto ſuſcepit, profana deorum deſtruxit templa, ſigna pietatis erexit, eccleſias fũdauit, uerbi ordinauit miniſtros, pauperes fouit, captiuos redemit, infirmos ſanauit, obſeſſos liberauit, lx. mortuos ſuſcitauit, &

xij. hominum millia baptizauit, ſi uera ſunt quę Vincentius, Antoninus, & Capgrauius de illo prędicãt. Ex multis quę de incorruptibili pectoris theſauro protulit, Hęc tantum autores commemorant,

Ad Cereticum tyrannum. epi. 1.
Ad Aualonios incolas, epi. 1.
Ad Hibernienſes eccleſias epi. plu.
Ad ſuos Britannos, epi. plu.

De alijs nihil. Cum gentilium Magis ſępe diſputãtem hũc Hibernorum Apoſtolum, non aliter ſignis egiſſe ferũt, quã olim ſub Pharaone Moſen, ac ſub Nerone Petrũ, multaque pertuliſſe incommoda. Prope Dunenſem Vltonienſis prouincię ciuitatem mortuus tandem, in ſpelũca ſepelitur, ãno a Chriſti redemptoris natiuitate, 491. & ętatis ſuę. 122. Aurelio Ambroſio in Britannia regnante. Ementitum Patricij purgatorium, non iſti, ſed alteri multo iuniori, monachorũ abbati aſcribitur, qui floruit circa annum domini, 850. Glaſconię tandem ſepultus.

LEporius Agricola, Seueri cuiuſdã Pelagianorum ſacerdotis in Britannia filius, preſbyter ac monachus, ipſius regionis eccleſias prauo dogmate corrupit atq; ſubuertit, ut autores ſunt Proſper Aquitan⁹, Bedas, Ranulphus, & Matheus quidam in hiſtoriarum floribus. Iſte in diuinis ſcripturis ſtudioſus admodum erat, ſed nimium de uitę puritate pręſumens, meris arbitrij uiribus, ſeu conatu proprio abſq; Dei gratia, ſe caſte & religioſe ĩ monachatu uiuere, dogmatizabat, Pelagianum defendens errorem. Quod per Palladium audiens Cœleſtinus pontifex Romanus, Germanum Antiſſiodorẽſẽ, ac Lupũ Trecaſenũ, Gallicanos epiſcopos,

illuc miſit, ut Britannos in fide gratię cœleſtis ſolidarent, & impiam atque hipocriticam humanorum operum dctrinã confutarent. Admonitus igitur ab iſtis doctoribus, & ex Africa per ſãctum Auguſtinum correptus, ita ceſſit errori, ut hęreſim quam prius prędicabat ſedulo, deinceps acriter impugnare perrexerit. Simulque gratias Deo de ſua reuerſione agens, exarauit fideliter,

Erroris palinodiam, li.1.
De naturis Chriſti, li.1.

Et quędam alia. De hac orthodoxa confeſſione naturarum Chriſti, inſignem facit mentionem Ioannes Caſſianus li.1. de incarnatione domini. Claruit anno ſeruatoris Ieſu .432. ſecundum Proſperum Aquitanum, ſub Conſtantio rege ſecundo. Eodem fere tẽpore Timotheus quidam (ut ſcribit Sigebertus) continentię & religionis imagine Britãnis illudens, docuit (ut nunc Anabaptiſtarum plerique) diuinam Chriſti naturã, in uirgine, cõuerſã fuiſſe in naturã humanã.

MAcceus Vates, diui Patricij diſcipulus, natione Britannus, poſt uaria bonarum literarũ in Legionenſi gymnaſio ſtudia, Mathematicis diſciplinis ętate iuuenili ſe totum impendit. Perueniens deinũ ad annos prouectiores, per philoſophiam chriſtianam nudus & expeditus Deo uacare diſponens, longam peregrinationem pro concepta (ut dicebat) integritate conſeruanda ſuſcepit. Inaudita enim illis diebus tyrannide (ut in ſuis docent hiſtorijs Gildas, Galfridus, & Bedas) Hunni, Picti, & Scoti, Britannos per Maximum regem attenuatos, opprimebãt, & ob id aufugiſſe illũ ex patria ſuſpicabantur quidam. Sed edito tandem libello, Romanę urbis pontifici ſatiſfecit, aduerſ⁹ querulos ſuę peregrinationis ĩfamatores,

ſeꝗ demõſtrabat nõ hominũ timore, ſed Dei ſui cauſa eam excepiſſe, ut exiens de terra & cognatione ſua cohęres Abrahę fieret patriarchę. Cõpoſuit dũ adhuc obnixe incũberet Matheſi, ut de Colũba preſbytero Capgrauius narrat.

De iudicijs natiuitatum, li. 1.
De fide perſeuerãte, li. 1.

Cętera eius ſcripta non commemorant Gennadius Maſſilienſis, & Honorius Auguſtudunenſis, in illuſtrium uirorum Catalogis, quorum primus Bacciarium, alter uero Bachianum nominat. Claruit ſenex, ãno a noſtrę redemptionis origine. 460. Vortigerno Brittannicas res moderante.

MAugantius Genethliacus, natalium origine Britãnus, philoſophus ac mathematicus inſignis, nobili olim apud Legionum urbem ducentorum philoſophorum gymnaſio (quod ad ęthera tollit Galfridus) ob eminentem eruditionem pręfuit. Non hęc erat Cãbrię metropolis, dicta quoque Cairlegion, ſed ea quam nũc Ceſtriam uocamus, pręcęteris Britannię tunc ciuitatibus, diuitijs & Romanorũ faſtigiorum ędificijs abũdans. In illa enim ut in amœniori regionis climate, aſtrologiam ac alias artes edocti plerique, ſtellarum curſus diligenter obſeruabant, & uentura ex Cometis ſeu crinitis ſyderibus, ac certis planetarum indicijs prognoſticabant hominum fata. Vnde Maugantius, ut cęteris omnibus ea in arte ſuperior, de prodigioſa Ambroſij Merlini conceptione a Vortigerno rege (cuius Archiater erat) interrogatus, poſt adductas cũ hiſtoriarum exemplis philoſophorum rationes, dicebat Lucium Apuleiũ in libro de deo Socratis teſtari, demones incubos aſſumptis hominum figuris, cum fœminis non raro coire. Ante iſta a diſcipulis inſtigatus, ſcripſiſſe perhibetur,

Canones

Canones Mathematicos li.1.
Atque alia eius generis non pauca, Claruit homo celeberrime apud ſuos opinionis. anno omniũ ſeruatoris Ieſu, 470. Vortimerio rege in maximis calamitatibus ob Angloſaxonum aduentum, Britanniam gubernante.

AMbroſius Merlinus, in Britannia ex ueſtali uirguncula & incubo demone, ſeu potius necromãtico ſacerdote, apud Cairmardin in monacharũ cœnobio natus, futurorum oraculis & incantationibus mirabilem ſe mundo prębuiſſe putatur. Nam & omnium ſui temporis Magorum anteſignanus, magicis carminibus malos dęmones in colloquium euocaſſe narratur a multis, quod in Matheſi fuerit inſigniter eruditus. Eduxiſſe fertur quoque ſuis pręſtigijs ex ſtagno quodam dormientes Dracones & ex Hibernia gigantum choream, prodigioſam in agro Sariſburienſi lapidum ſtructuram. Prędixit etiã Britannis excidium per Saxones, Danos, & Neuſtrios: regib9 fortunas uarias, ut Vortigerno ignem, Aurelio & Vtherio uenena. Arthurio exitum dubium, quę ſuis temporibus tãdem euenere. Reliquit inter alia naturalis eruditionis opuſcula, ad poſterorum memoriam in Britannico ſermone, diuinatioinum ſeu,

Obſcurarum prędictionum, li.1.
Quas proſaice Galfridus Monemuthenſis in latinã trãſtulit linguam. Sed uituperabile facinus olim edidit Merlinus iſte, quod ſuis prophetijs plurimum derogat, Balaam pſeudouatis exemplo, ſuis incantationibus adulterio perpetrando ſuadelam & opem tulit. Vtherium regem in Gorloidis trãſformabat ſpeciẽ, ut Igernę uxoris potirętur amplexu ex quo concubitu Arthurium & Annã progenuit. Claruit

anno omnium regis Chriſti.480. ſub Vortigerno Britannorum rege,Hengiſto Angloſaxonibus principante. Contra huius dogmata dialogos ſcripſiſſe fertur, ętate noſtra Chriſtianus Maſſęus Cameracenas.

GOdelbertus preſbyter,ex quorūdam coniecturis,genere Angloſaxo, in diuinis ſcripturis iugi exercitatione probatus,ac ueterum lectione diues habebat̃,ut profert Ioannes Tritemius. Et ne illum eruditionis pręteriret quicquam, uir erat ſęcularibꝰ literis ornatiſſimus, theologus profūdus, philoſophus, rhetor,& poeta,ingenio promptus & eloquio facundus.Iſte tandem edidit heroico metro clariſſimū opus, per ſchemata & tropos ſcripturarum elegantiſſime cū hiſtorijs currens, ab initio mundi ad Chriſti natiuitatem uſque protenſum. Adhibuitque titulum,

Allegoriarum ſcripturę li.iiij.
Homelias &epiſtolas, li.1.

Sed & alia plura compoſuit,licet non appareant. Claruit uir pius & doctus,anno a ſeruatoris aduentu in carnē. 498. regnante apud Britannos Aurelio Ambroſio,& Apud Angloſaxones Oſca poſt Engiſtum.

GIldas Albanius,Patricij Magni olim diſcipulus,ex regio Britannorum ſtēmate clarus,dum optimę indolis adoleſcens eſſet, potiora ſuę patrię frequētabat ſtudia.Qui diſciplinis liberalibꝰ eleganter inſtructus, pertranſito mari, altiora in Gallijs quęrebat,& ut illam addiſceret linguam. Porro ſuſpectam habebat tunc temporis Britannorum theologiā,

ob pernicioſā

ob perniciosam Pelagianę factionis labem. Reuerſus tandē ad patriam, cum non exigua librorum copia, plurimos in diuerſis erudiuit ſcientijs. Nam undique ex omni regionis parte, ad eum tunc confluebant, quum in ea terra illis dieb⁹ malis non inuenirent illo modeſtiorem, doctiorem, aut ſāctiorem. Eremi ſolitaria deſyderabat loca, in orationibus ac ieiunijs aſſiduus, & cilicio ad carnem uſus. Tanta in eius uultu ob abſtinentiſſimā uitam (inquit Capgrauius) apparebat macies, ut ſemper febricitās a pleriſque crederetur. Cœleſtia bona in deſyderijs habens, diſcipulos admonebat peritura ſpernere, aut ſaltem illis non aliter uti, quam diuina lex pręcipit. Prophetico pręditus ſpiritu, & populum & clerū ſolitudinum cultor, Helię exemplo pręmonuit ſuperuenturę in eos cladis, niſi citiſſime reſipiſcerent, quod ſuo tempore ob ſalubris doctrinę contemptum euenit. Contexuit luculenta dictione, ut ex uarijs autoribus collegi,

Euangeliorum concordiam li. 1.
Britannorum regum hiſtoriā, li. 1.
De uictoria Aurelij Ambro, li. 1.
Acta Germani & Lupi, li. 1.

Aliaque non pauca. Iſtum a Gilda Cambrio, longe diuerſū faciunt Galfridus & Ponticus. In inſula nō longe a Sabrinę fluuio, poſt afflictiones uarias, quarto calēdas februarij fœlicē uitę exitum eſt ſortitus, magnarum uirtutum ſplendore uir ornatiſſimus, āno ſalutiferi partus. 512. ſub Vtherio Pendracone Britannorum rege. Delatūq; poſtea eſt eius funus celebritate nō modica, ad Glaſconiēſe monachorū cœnobiū

BRigida Laginenſis, Scota natione, mulier mirum in modum a ſuperſtitioſis ſcriptoribus celebrata, utriuſque nata parētis adulterio, genitorē habuit

Dubtacum prȩclari generis Hibernū, & matrem Broceſcā inſignium morum puellam. Ab uxore coactus, ut in Capgrau o claret, impregnatam ancillam preſtigiatori cuidam uendidit Mago, qui utrāque nutriuit ac ſuas artes docuit. Adulta tandem Brigida cōtempto ſalutari coniugio, cū tribus puellis ad epiſcopum Sodrenſem nomine Machillam perrexit, atque in Mona inſula ſub habitu monachico cum ipſo deinceps habitauit, mirabilia magna cum aqua luſtrali ſub eius cura faciens. Alium epiſcopum Bronum ſeu Brunonem dictum, probatȩ fornicationis ex genito infante reum magicis carminibus coram populo purgauit. In cuius nihilominus calice, dū ſacra litaret, hirci umbratici deforme prodigium poſtea uidit. Nulla inter Papiſtarū Deas maiora (ſi dijs placet) fecit miracula, neque plura (Boethio teſte) in Scotico regno, ad hunc uſque diem poſſidet templa, quam hȩc ſua Brigida. Literis utcumque formata, poſteris quoque prȩſtitiſſe fertur,

Reuelationū ſuarum. li. xij.

Sed tanta eſt in eis obſcuritas, ut muliercularū ſcholijs, aut anilium fabularū interprȩtibus, ad eas exponendas ſit opus. Verūtamen his atque ſimilibus ſolitariorum ſomnijs, apertam Dei ueritatem diebus iſtis impugnant ſacrilegi ſophiſtȩ ac mendaciorum prȩcones. Huius defunctum corpus, anno Chriſti. 518. ferunt ab Hebridibus in Dunum hiberniȩ urbē deferri, ac prope diuū tumulari Patricium, regnante apud Scotos Cōrano. Eiꝰ reuelationes expoſuit Ricardꝰ Lauynhā.

DVbricius Guainius, a ſolo apud Demetas natali ſic dictus, ignoti patris (ſed fortaſſe deliteſcentis monachi) ex Eurdila iuuēcula filiꝰ, maximi apud Britānos nominis uir erat. Hic iuuenis adhuc

ſcientijs &

& omnium artium philoſophię, cunctorum ſuę gentis ſcien
tiſſimus, futura Dei dono pręnouit. Nihil tamen eſtimaſſe
uidetur ſanam Pauli doctrinam, ſi ( ut in eius habetur hiſto
ria ) caſtiſſimam coniugem tam impie a ſe reiecerit, ut etiā
animi conſolationes petentem, oculorum priuauerit uſu.
Immo nec Chriſti curaſſe pręcepta ( qui inimicos iubet dili
gi ) ſi amore porcorum, homines uerterit in ſaxa. Quę tamē
eſſe coniecto Papiſtarum mendacia, pro conſtabiliendo ſor
didiſſimi cęlibatus ac uentrium regno. Cōtexuiſſe uero per
hibetur Elchutus,

Super quęſtione ad Samſonē, epi. 1.
Ad Iſanum & Atroclium, epi. 1.

Cętera eius ſcripta nullus hiſtoricorū cōmemorat, quāuis
ediderit plura. Claruit anno a Chriſti natiuitate. 520. pręcla
riſſimo rege Arthurio Britannis & multis alijs nationibus
fœliciter imperante, in urbe Dolenſi minoris Britānię demū
ſepultus. In magno numero diſcipulos iſte habuit, tam Gal
los quam Britannos, quorum fuere pręcipui. Samſon, Pauli
nus, Dauid, & Gildas Badonicus.

Congellus Bannochorenſis, illuſtris familię Bri
tannus, doctrina & operationę mirabilis, florē
tem ętatem atque incomparabilem ea tēpeſtate
indolem continuis exercebat cum ieiunio, ora
tionibus ac ſtudijs. Ab iſto monachiſmus a Pe
lagio introductus, ſub ſpecie religionis in Britannia radices,
uires, & incrementa largiſſima cœpit, ad alias Europę pro
uincias plantaria tranſmittens. Bannochorenſe enim chri
ſtianorum philoſophorum collegium ( quod a Lucij regis
tempore per circiter trecentos & quinquaginta durauerat
annos ) in monachorū cœnobiū permutauit, ex eiꝰ prępoſito

primus

primus abbas effectus. In uita Malachię Hibernienſis epiſcopi, Bernardus Clareuallenſis hũc locum tradit primorũ extitiſſe monaſteriorũ caput, & multa generauiſſe monachorum millia. Huius diſcipuli fuere plures, quorum Colũbanus Galliam, Germaniã, & Italiam, Brendanus uero Hiberniam & Scotiam monachorum habitaculis impleuit. Scripſit inter cętera Congellus, ut fertur,

Congellus in Britania primus monasteriorũ fundator

Regularis uitę methodum, li. 1.
Ad cœnobiorum patres, epi. plu.

Alia eius monumenta literaria, ſilentio pretereunt ſcriptores. Claruit ſenex anno uirginei partus, 530. Arthurio inuictiſſimo rege apud Britannias & alias adhuc nationes fauſtiſſime ĩperãte, ac tãdẽ in pręfato monaſterio uitę finẽ accepit.

THeleſinus Helius, uates Britannicus, philoſophus ac mathematicus per eam ętatem non incelebris, poſt laborioſa iuuentutis ſuę in diuerſis regionibus ſtudia, multimodam eruditionẽ cum integritate morum appoſite coniunxit. Huius undique fama pertracti iuuenes, hi pręcipue qui rerum naturalium ſcientias affectabant, ad eum ut ad diuinũ quoddam numẽ confluebant, ut eius haurirent doctrinam. Horum ex numero maximus erat Merlinus Caledonius, ab Ambroſio Merlino longe diuerſus, ut habet Syluester Giraldus in deſcriptione Cambrię. Tradunt ueterum annales, plęraque iſtum tam oratione ſoluta quam metro Britannice congeſſiſſe, ac poſt ſe reliquiſſe ad ſtudioſę poſteritatis uſum preſertim,

Acta regis Arthurij, li. 1.

Reliqua eius opuſcula, hiſtoricorum incuria cum titulis perierunt. Hunc primo loco celebrat Lelandus antiquarius,

inter clariſſima Britannicę antiquitatis luminaria, & pro ſuō contra Polydorum Arthurio, teſtem introducit. Claruit āno ſalutis humanę. 540. Arthurio adhuc in Britannia regnante.

DAuid Meneuienſis, Britannus, Ceretice prouincię principis adulteri ex uirgine ueſtali Melaria fili⁹, ſub Elchuto pręceptore doctiſſimo in re literaria ſuper omnes coetaneos ingenij perſpicuitate proficiebat. Homo iſte (ut eius habet hiſtoria) amabilis erat nimis, uultu uenuſtus, forma pręclarus, facundus, eloquens, & quatuor cubitorum ſtatura erectus. At poſtquam decem annis ſcripturę ſacrę omnem dediſſet operam, Euangelium & legem in plebe, quaſi ex buccina expoſuit. Nam & Euangelij textum (inquiunt hiſtorici) ſecum deferebat, ut ex eo homelias ad uulgum faceret, & ęgrotos curaret. Duodecim monaſteria conſtruxit, ac monachos de ſuis uiuere laborib⁹ docuit. Vnde uigente adhuc poſt Germani labores (qui in Britanniam bis uenerat) Pelagiana labe, ac deſperato pene remedio, ex uniuerſę ſuę gentis ſynodo pręſul conſtitutus, diutina prędicatione ac diſceptationibus publicis eandem profligauit, atque aream eccleſię ab ea immūditia purgauit. Ob id Cambrię metropolitanus & primas effectus, tantam cum rege Arthurio iniuit gratiam, ut ab urbe Legionum ad ſuam ciuitatem Meneuiam, archiepiſcopalem ſedem transferret, ut libro, i. ca. 52. fuſius ſcribit Ranulphus. Quod ita permanſit ad Normannorū uſque de Cambria uictorias, & omnes ab eo Cambriorum epiſcopi, ut a ſuo primate, conſecrationē acceperunt, adhibito ei deinceps Dauidis huius titulo. Coaceruauit iſte ad poſterorum memoriam, ut eius uitę ſcriptores coniectant,

Contra Pelagianos, li. 1.

Homelias

Homelias Eeuangeliorum, li.1.

Atque alia. Hunc adulterij filium (inceſtui tantum tribuũt fœdiſſimi cũ ſuo cęlibatu nebulones) iactitant, Ioãni Zachariç filio in gratuitis Dei donis ęqualem. Vt quod fuerit a patribus prophetatus, ab Angelo pręnũciatus, utero materno ſanctificatus, a ſpiritu ſancto in columbę ſpecie edoctus & miſſus, atque quod Angelum habuerit ſemper familiarem in uijs comitem. Sed quod Bathoniç thermas perpetuo calore donauerit, egregie mentitur iniquitas. Claruit anno ſeruatoris noſtri. 540. ſub ſępedicto rege Arthurio. Et poſt. 146. ętatis annum (ut omnes eius fatentur hiſtoriç) mortuus, in Meneuienſi eccleſia ſepelitur, ac tandem per Calixtum ſecũdum papiſticorum deorum adſcribitur Catalogo.

Melkinus Aualonius, Britannicus uates (Meuinũ plerique uocant) aſtrorum peritus ac geometer, non ſolum arcana ſomniorum, ſed & cometarum euentus diſcutere atque planetarum diſpoſitiones demonſtrare ſolebat. Inter Britannicę antiquitatis ſydera & hunc collocant, Capgrauius, Hardingus, & Lelandus, eius plerumque uſi teſtimonijs. Et merito, quum illuſtria facta ſuę gentis ęternitate donauerit, niſi quod pleraque de Ioſepho Arimathięſi, Aruirago, Lucio, Conſtãtino, & Arthurio fabuloſa cum ueris admiſcuerit hiſtorijs. Futurorũ quoque pręſagus, nonnulla inter utrumque Merlinũ clarus, de Britannici regni proſperitate ac religione ſub mundi finem futura prędixit. Huiuſcemodi uaticinatores in pręcio ſemper habebant tum Demetia tum Venedotia Cambriorum prouinciç, & Guallię ſapientes uocabantur, atque in hunc uſq; diem eorum oraculis nonnihil tribuunt. Hic ut oſtenderet, quo eſſet in patriam animo, patrio ſermone collegit,

Antiquitates ſuę gentis, li.1.
De Arthurij menſa rotunda, li.1.

De cęteris nihil conſtat. Plura tradidit in pręfato Antiquitatum libro. & uera, de primis Chriſti teſtibus & de ſacro patrum cœmeterio. Aualonia (inquit) funerum auida, millia dormentium accepit. Inter quos Ioſeph ab Arimathia dictꝰ, ſomnum ſub marmore cœpit diuturnum & c. Claruit anno poſt natum Chriſtum, 550. ſub Vortiporio Britãnorũ rege.

REntigernus Elguenſis, in ſeptentrionali Britãnię plaga, ex Thamete Pictorum regis Lothi filia & ignoto patre genitus erat, dum pręſũpta temeritate parem ſe crederet in corporis pudicitia uirgineę matri. Ecce qualia portẽta fiebãt in ipſo ſtatim papiſtici cęlibatus limine. Contẽdebatque ſtultiſſimus ſuę diocœſeos populus, & adhuc contendit, illum de uirgine conceptum & natum, non aliter quam Turcę dũ a ſuis in occulto cęlibibus ſimilia perpetrantur. Profecit bonę indolis puer prę ſuis conſortibus, in diſciplinis literarum & exercitijs uirtutum, ſub pręceptore Seruano Scoto. Et dum eſſet Elguę in terra Cambrięſi in paſtorem conſtitutꝰ, melõtã utebatur ex pellibus caprinis, & cuculla ſtricta, candida contectus ſtola, ac formam primitiuę ſeruauit eccleſię. Apoſtolico more pedes ad prędicandum perrexit, plęroſq; ad fidem conuertit, apoſtatas reuocauit, Pelagianos eiecit, nondum renatos baptizauit, ſimulachra ſubuertit, eccleſias conſtruxit, ęgrotis miniſtrauit, languores curauit, atque in magna uixit abſtinentia. Prędicabat enim ad flumen uſque Fordẽſe & ad mare Scoticum, Columba quodã Scoto uiro quoque ſanctiſſimo comitatus, ubi Caledonios, Athalos, Horeſtos, ac uicinarum Albanię regionũ incolas, docendo, monendo

monendo, hortãdo, ad uerę pietatis obſeruationem inſtigauit. Ex diſcipulis ſuis quoſdã ad Orchades inſulas, ad Norvuegiam & Iſlandiam miſit, ut eorũ inſtructionibus fidei quoq; lumen reciperent. Nam in Elguenſi collegio trecentos & ſexagintaquinq; literatos uiros ad id ſẽp paratos habebat, prę ter reliquos alijs exercitijs deditos. Et reuerſ⁹, ne domi ocio ſus comederet, manibus ſuis in agricultura laborare conſueuit. Hęc & pleraque alia de ipſo narrant Capgrauius & Boethius. Lucubrauiſſe inter cętera fertur kentigernus,

Manuale ſuorũ miniſteriorũ, li. 1.
In obitum Dauidis, ora. 1.
De obedientia hominis, ora. 1. Viri fratres, quid admi
Ad principem auarum, epi. 1.
Ad Rederethum regem, epi. 1.

Orationeſque de fidei obſeruatione, de charitate mutua, de pace, hoſpitalitate, lectione, & oratione, non ſcriptas. Claruit anno redemptionis humanę. 560. ſub Maglocuno Britãnorũ rege. Vita deceſſit tandem idibus Ianuarij. ętatis ſuę ãno. 185. in Elguenſi eccleſia ſepultus, quamuis alia tradant Scotici ſcriptores, antiqui nominis Glaſghu ęquiuocatione decepti. Iſta prophetice prędixit ſub inclinatione imperij Britannici. Tradens (inquit) tradet dominus Britanniam exteris nationibus, Deum ignorantibus. Indigenis euacuabitur a paganis inſula. Chriſtianę legis religio, uſque ad prępfinitum tempus diſſipabitur. Sed in priſtinũ ſtatũ, immo meliorem miſerante Deo in fine reparabitur, &c.

An olde man of ... ſcore and ...
viz. Saxons

BRendanus Abbas, in occidentali Hibernicę regionis patria originem habens, apud Hercum epiſcopum a puero remanſit, & ab eo adhauſit prima literarum ſecularium rudimenta. Robuſtior fact⁹,

 atque ad

atque admonachiſmum quodammodo natus, in Britanniam uenit ad patrem Congellũ, & ab eo didicit monaſterialis uitę regulas. Vnde inertis illud inſtituti genus ampliare cupiens, in ualle Caruanenſi Cambricę regionis, cœnobiũ erexit, eidẽque pręfuit abbas. Circuiuit poſtea Hiberniam ac Scotiam, & ad tantum peruenit diſcipulorum numerum ut trium monachorum millium, de manuũ laboribus uictitãtium, diceretur pater. Atque horum habebantur pręcipui, Machutus Britannus & Molochus Scotus, quos in illis nationibus tutores reliquit, Hiberniam ſibi gubernandam reſeruãs. In ſeptennali illa nauigatione, fortunatas perquirẽs inſulas, Iudam Chriſti proditorem inuenit (ſi uera ſũt quę de illa peregrinatione ſcribuntur) qui nec hucuſq; monachorum deſeruit cœtum. Purgatorium (teſte Ranulpho) & hic quoque habuit, atque alia male conditarum conſcientiarũ terriculamenta. Scripſiſſe fert̃ Brẽdanꝰ ex ore Angeli,

Monachorum regulam, li. 1.

Et illam uocabant, uerba religionis Dei. Execrabilis habeatur (inquit Paulus) Angelus ille, quiſquis fuerit, qui pręter id quod accepiſtis. Euangelium aut Chrſtianę uitę regulam dederit. Claruit Brendanus anno a Chriſti incarnatione 560. & tandem a ſeculo migrauit, in Cluenarca ſepultus, Maglocuno apud Britannos regnante. In eccleſiam ita irrepſit poſt tyrannos, pſeudodoctores, & hereticos, monachorũ hipocriſis, peſtis multo nocentior.

O Bale you were a monk yourſelfe once.

MErlinus Caledonius, alias Sylueſtris, Britannus ex Scotię confinijs oriundus, Theleſiniuatis diſcipulus, philoſophi more regiones omnes Britannicas atque Gallicas in abſtinentia ſingulari peragrabat, ac multa prędicebat uera. Huius utitur teſtimonio

Ioannes

Ioannes Hardingus in ſuorum chronicorũ libro primo, ca. 25. Quod Bladudus Britannorum rex Athenienſium philoſophorum pro artib⁹ docendis Stanfordie poſuerit Gymnaſium, ut fuſius habetur in prefatione. Fuit quidem Merlinus iſte (teſtante Lelãdo) uir in rerum naturalium cognitione, & precipue in Mãtheſi, uel ad miraculum uſque eruditus, quo nomine principib⁹ eius etatis merito gratiſſimus erat. Ab Ambroſio Merlino longe diuerſũ hunc ſcribunt, Giraldus Cambrienſis, Ranulphus, & Treuiſa, quũ ille ſub Vortigerno rege, & iſte ſub Arthurio, ſua dederint uaticinia. Alter obſcurius (inquiũt) iſte uero apertius prophetabat. In montibus Snowdonie niuiferis ſeu Cambricis alpibus philoſophabatur primus, iſte autem in Caledonia, Sylua Romanis ſcriptoribus cognitiſſima, a qua dicebatur Caledoni⁹. Vnde in ſeptimo Arthurij regis bello apud Caledonios exiſtens, uiſo in aere monſtro, mẽte exceſſit, ac deſerta deinceps petiuit nemora, Syluestrius cognominatus. Prodigia contra Angloſaxones expoſuit, ardentium Londini arborũ ferociẽtis Tameſis, fontis in Eboraco ſanguiflui, & cur apud Cantianos puer in matris utero riſerit. Ex tam multis tractatibus quos edidit Britannice & latine, ſolus ad nos peruenit,

*Vaticiniorum ſuorum,* li. 1.

In quibus hiſtorice pleraque tractat. Hunc librum in Latinum redegit carmen, Galfridus Monemuthenſis. Claruit anno a ſalutifero diue uirginis partu. 570. ſub rege Maglucuno. In Bardeſeia Venedotarum ſeu Cambriorum ſeptentrionalium inſula, inter monachos tandem conditur Merlinus nõ monachus. Alter uero apud Demetas ſeu auſtrales Cambrios natus, in Merleburgo Wilcerie comitatus pago ab eo ſic dicto, requieuiſſe fertur.

GIldas Badonicus, cognomento Sapiens, Elchā
ti Morganēſis, Capgrauio teſte, diſcipulus, gra
uiſſim⁹ autor (ut habet Polydorus Vergilius)
in ampliſſimo Bannochorenſi cœnobio mona
chum induit, ac populi docendi gratia, ſacrarū
ſcripturarum ſtudio ſe totum dedidit. Legem innocentię ſibi
conſtituens, uitam uixit integerrimam, ut in Deum flagitioſe
delinquentes, eo liberius caſtigaret. Eruditione multo plus
ualuit quam eloquentia, quod uicio temporis aſcribendum
modis omnibus iudico. Britannicę plebis peccata, & ingruē
tem per Angloſaxones calamitatem, quotidianis deplorabat
lachrimis. Impuros hominum mores, pręcipue ſacerdotū &
principum, non poterat in ſuis concionibus non improbare.
Conſtantinum Cornubium, Aureliū Conanum, Vortiperiū,
Cuneglaſium, Maglocunum, & alios regni primores, ob ſtu
pra & ſexcenta in dies ſingulos ſcelera, & quod uxores repu
diaſſēt, ſalutis ut pater admonuit primo, additis poſtea repre
henſionibus acerrimis. Montes malitię epiſcopos, monachos
& clericos uocabat, mox ut eos uiderat aduerſus Deū erigi,
erutis ex ſacro Bibliorum theſauro firmiſſimis teſtimonijs.
Edidit ętate ſua, ut etiam mortuus a uicijs auocaret,

| | | |
|---|---|---|
| *De excidio Britanniæ,* | *li. 1.* | *In hac epiſtola quicquid a* |
| *Aduerſ⁹ ſui temporis clerum,* | *li. 1.* | *Britānia habet ſacerdotes.* |
| *Homelias ad populum,* | *li. 1.* | |

Et quędam alia. Huius meminerunt, Bedas libro primo, ca.
12. Anglicę hiſtorię, & Galfridus libro. 9. ca. 3. Britannicę.
Claruit anno a Chriſti Ieſu natali. 580. ſecundum Polydorū.
regnante in Britannia Maglocuno, ac tandem nonagenarius
Bannochori (ut fertur) ad Chriſtū migrauit. Quę alter Gil
das uentura pręnūciauit, iſte oculis pręſens, non ſine magno
cordis dolore, adimpleta in multis uidit.

Aſaphus

ASaphus ex Venedotarum genere Britannus, poſt liberam parentum educationem, ſub ſanctiſſimo præceptore kentigerno bonus diſcipulus, in ſciētijs & moribus adeo profecit, ut de ipſo Ioannes Capgrauius hoc dederit teſtimoniū. Erat (inquit) in monaſterio Elguenſi, in illa literatorum agoniſtarū multitudine Aſaph quidam, genere & ſpecie clarus, ab ipſo pubertatis flore uirtutibus & doctrina fulgens, qui uitam magiſtri in omni ſanctitate & abſtinentia iugiter ſequi ſatagebat. Iſtū kentigernus ob exhibita ſibi fidelitatis officia, charum habēs, monaſterij curam illi delegauit. Et quū a pio principe Rederetho poſt tyrannorum moleſtationes quamplurimas, ad uerbi miniſterium reuocaretur, eum in epiſcopatu ſucceſſorē plebe conſentiente inſtituit, hanc frequentiuſcule habens in ore ſententiam. Quicumque ſaluti hominum inuidēt, uerbo Dei aduerſātur. Vnde exarauiſſe exiſtimatur Aſaphus,

*Ordinationes ſuæ eccleſiæ.* li. 1.
*Magiſtri kentigerni uitam* li. 1.

Ac nōnulla alia. Claruit āno a cōmunis ſalutis origine. 590. ſub Carentio Britannorum tyranno. Ab iſto Aſaphenſis appellari cœpit ea diocœſis, ueteribus Britannorum nominib' Glaſghuę & Elguę in eorum odiū reiectis. Quia primus hic erat Britannorū, qui a Gregorij pontificis Romani diſcipulis Angliam aduentantibus, autoritatem & unctionem accepit.

COlumbanus Abbas, ex ueteri quadam Scotorū proſapia non ignobilis, apud Hibernos & Scotos (ut earum gentium produnt annales) olim habebatur Druidum princeps. Poſt imbibitas diuerſarum rerum ſcientias, atque Euangelium allegorice degustatum, ſub Congello Britanno monachicę

uitę profeſſionem in Bānochorenſi cœnobio ſuſcepit, et inde in Burgundiā (teſte Beda) cum quibuſdam diſcipulis ibat. Vbi poſt aliquantā, pro conſtabiliēdo per prouincias monachiſmo, uoluntariorū operum prędicationē, uita & doctrina primoribus acceptus, Luxouiēſe monachorum receptaculū condidit. In exilium tandem actus, quia Theodoricū regem ſolito liberius ob ſtupra corripuerat, plura Gallię, Germanię, & Italię deſerta loca, uir (ut uidebatur) abſtinentiſſimus uiſitabat. Reliquit poſterorum lectioni edita ſcripta, parabolice magis ſeu ſuperſtitioſe quā eleganter elucubrata.

*Commentarios in pſalterium,* li.1.
*Epiſtolas ad commilitones,* li.1.
*Monaſteriorum methodos,* li.1.
*Aduerſus regem adulterum,* li.1.

Futurorum prę ſagus, de Francorum regno plęraque prędixit. Nunquā tamen docuit Paſcha die dominico celebrandum. Moritur tandem dierum plenus in illo Bobiēſi monaſterio (quod in Italia uiuens conſtruxerat) anno incarnati uerbi, 598. undecimo calendas Decembris, regnante apud Scotos Aidano rege.

AVguſtinus Romanus, Benedictini ſodalitij monachus, a Gregorio primo ad Angloſaxones papiſtica fide initiandos Apoſtolus mittebat. Stipatus. xl. comitibus Italicis, ac magna ex parte monachis, prętер Gallos (quos habebat iterpretes.) Cantiorū regionem primitus intrauit. Et tam diuinarū ſcripturarum quā patrij ſermonis ignarus, ſine doctria ſana docebat, ac ſine perceptibili lingua ignotę prędicabat genti. Conuerſus tamen uxoris Berthę perſuaſione Ethelbertus rex, Romaniſmū cum adiunctis ſuperſtitionibus tandem ſuſcepit,

Bale writeth not like a charitable xpian, S Gregorie was a holy Bishopp.

cepit, hac nimirũ adiecta conditione, ut omnino liber & non coacticius eſſet nouus ille deorũ cultus. Inde ſe fecit Auguſtinus abſque plebis electione aut conſenſu, in archiepiſcopũ Dorobernenſem Arelate in Gallijs conſecrari, Londino ſuo iure deinceps perpetue ſpoliato. Moxque introduxit altaria, ueſtimenta, uaſa ſacra, reliquias, & ceremoniarum codices, quę omnia cum benedictione Petri miſerat ei Gregorius. Nã primum eorum ſtudium erat circa miſſarum oblationes, ſedes epiſcopales, ac decimas. Et ob id coacta ſynodo, mãdauit Romanas ubique conſuetudines ſeruari. Prius illic fuerat chriſtianiſmus, ſed non ad eorum commodum, quia abſque miſſis, & abſque diſcrimine aut ciborum aut dierum, Britãni nudum obſeruabant Euangelium, nullas cum Iudęis admittentes, iuxta Pauli doctrinam, temporum differentias. Scripſit hic tandem ad Gregorium per Laurentium & Petrum,

*De ſuo apud Anglos profectu, li.1.*

Ac pauculas interrogationes, omni Euãgelij atque legis eruditione uacuas, immo ineptiſſimas. Cumque Huius legati decretis nollent parere Britanni, eo incenſore fit atrox bellũ. Iu quo mille ac ducenti ex fidelibus eorum uerbi miniſtris (qui illuc orationis gratia confluxerant) ſunt illico occiſi, & ſancto coronati martyrio. Sic carnalis illa Anglorum ſynagoga (quę iam Roma uenerat) illam perſequebatur eccleſiam quę ſecundum Chriſti ſpiritum apud Britannos erat. Obijt Auguſtinus ãno poſt natũ mundi ſeruatorem, 608. ſuę uero legationis, xiij. & ſeptimo calendas Iunij, ſub Ethelberto Cãtiorum rege, Dorobernę ſepultus.

Dionothus Auonius, ex Britannorum natione uir optimus, in liberalibus ſcientijs ac theologia interpretatiua mirifice eruditus, magnam ubique ex

chriſtianis concionibus comparabat famam. Iſte ut doctrinæ
& ſanctitatis opinione cęteris multo ſublimior, in famatiſſimo
illo Bannochorenſi monaſterio (quod Bēcornaburgū poſtea
uocabāt Angloſaxones) bis mille ac centum monachis, in
ſeptem familias ſeparatim diuiſis, cœnobiarcha pręfuit, ut au
tores ſunt Bedas, Galfridus, & Capgrauius. Non illic ad Baſi
lij aut Benedicti pręſcriptam uitę methodum, in ſummo dege
bant otio, deglutiētes aliorum, pręcipue pauperum ſudores,
Sed iuxta diui Pauli doctrinam, de ſolis manuū ſuarum labo
ribus in communi uiuebāt. Horum dogmata, tametſi chriſtia
na & pia, aſpernabantur ad uomitum uſque Angloſaxones,
ſolo Britannicę gentis odio permoti. Dionothus uerò compo
ſuiſſe fertur, pro Britannorum ritibus,

*Ad Wicciorum ſynodum,* li. 1.
*Commentarios in ſcripturam,* li. 1.

Atque alia plura. Hunc Auguſtinus Anglorum antiſtes, cum
vij. Britannorum epiſcopis & alijs doctoribus, ad pręfatam
cōuocauit ſynodum, exigens ut deinceps Romano more prę
dicarent, baptizarent, ac Paſcha celebrarēt. Sed uiſa Augu
ſtini ſuperbia parere abnuebant. Propterea iſte cum ſuorum
mille ducentis, eo tandem ſuggerente, apud Ceſtriam Ethel
fredi Northumbrię regis tyrannide, martyrio coronatur, an
no incarnati filij hominis. 603. penes Hardingum & Aman
dum Zierixēſem, ſub Carentio Britannorum rege.

EThelbertus Cantiorum rex quintus, Ermenrici
regis filius, & Hēgiſti primi pronepos, adoleſcēs
adhuc, poſt defunctum patrem regni ſuſcepit re
gimen, ut eſt apud Guilhelmum Malmeſburienſē
in libro primo de regibus. Rei bellicę ſtudioſus
atque animo egregius (Polydoro teſte) primus omniū ciuile

bellum

bellum aduerſum ſuę nationis regulos geſſit,quo fines regni
uſq; ad Humbrũ amnẽ,propagaſſe fertur Atq; õniũ Anglo
ſaxonũ primus,a Gregorio primo Romão pontificę,Roma
nę religionis dogmata,cum omni impoſtura,Berthę cõiugis
hortatu per pręfatũ Auguſtinũ recepit. Nihilominus uitabat
in domo cũ eis inire colloquiũ, timens ne prẽſtigijs eum falle
rent,ut habet Bedas. Ad illũ poſtea ſcripſit Gregorius epiſto
las,pro ſuſcepta fide gratulatorias,propoſito Cõſtantini exẽ
plo,at ille regratiatorias denuo remiſit. Caſſatiſque tãdem pa
ternis legibus,nouas ſapientum conſilio iuxta Romanorum
conſuetudines, Anglorum ſermone conſtituit. Quas intitula
bat,ut Bedę uerba ponamus,

*Decreta Iudiciorum,* *li.1.*
*Ad Gregorium pontificem,* *epi.1.*

Atque alia edidit. Idolorũ delubra pro ampliãdis his cultubꝰ
nouis,in chriſtianorũ tẽpla & monaſteria uerti permiſit,imo
iuſſit,ac poſſeſſionibus & prouentibus auxit. Ex uita uero mi
grauit anno a Chriſti Ieſu natali,616.regni ſui .56.ac ſuſceptę
nouę chriſtianitatis. 21. ſexto calendas Martij.

LAurẽtius Italicę regionis alũnus,ac Benedicti
ni inſtituti monachus olim Romanus, cum Au
guſtino,Melito, Iuſto,Petro,Ioanne,Rufiniano
Paulino & alijs cœnobitis ad Angloſaxones
Romano chriſtianiſmo inſtituẽdos,a Gregorio
magno mittebatur. Dialectices ac reliquę philoſophię perbel
le peritus,callidis rationibus arguere nouit. Illis igitur arma
tus clypeis, Ethelberti Cantiorum regis fauore,in uniuerſo
fere Angloſaxonũ dominio, plebem per interpretes docuit.
Erat tunc prouintia illa, in ſeptem regiones per eoſdem diui
ſa. Nam & Auguſtino mortuo,Dorobernenſis eccleſię archi
pręſul cõſtitutꝰ,ex Mona inſula ( ubi ĩ epiſcoporũ ſynodo ꝑ

Roman

Romanis ritibus egregie diſceptarat) ad reliquos Hiber nię & Scotię pręlatos ſcripſit,

*De paſchæ obſeruatione,* li.1.

*Ad ſacerdotes Britanniæ,* li.1.

In hac & ſimilibus alijs prępoſtere religioſus, magnopere culicem excolebat, quo prodigioſa poſteritas liberius came lum deglutiat. In minimo ſuperſtitioſi tūc erant, ſed in max imo negligentes. Obijt Laurentius undecimo epiſcopatus ſui anno, Chriſti aūt. 619. tertio nouas februarij, Doręberno (quę nūc Cantuaria dicitur) ſepultus, Edbaldo apud Can tios regnante.

NEnnius Bānochorenſis collegij pontifex (ita eum Capgrauius appellat) & egregius Britan norū doctor, olim fuit (ut apperet) Dionothi prędicti diſcipulus non infimus. Qui ſapientia clarus, ac religione conſpicuus, & ſacram Euā gelij doctrinam a primęua adoleſcentia conſequutus, eandē in alios largiſſime, per Cambriorū fines atque propinquas Scotorum inſulas profudit. Nempe ex illis quinquaginta fra tribus erat, quos ſub cruenta per Auguſtinum Angloſaxo num cęde, ne cum alijs perimerentur, illęſos fuga ſeruauit, ut eſt apud Bedam li. 2. ca. 2. Bannochorenſe enim cœnobita rum collegium (cuius tunc Nennius prępoſitus florebat) bis mille & cētum ante eius tempora inhabitatores habebat, qui non Baſilio aut Benedicto, ſed ſoli militabant Chriſto. Hi in ſeptem particulares conuentus ſeparati, iuxta nume rum eccleſiarum Aſię, & in unoquoque trecenti diuinam cō fitentes trinitatem, earūdem traditiones ſub titulo Euange liſtę Ioannis obſeruabant. Etiam teſtatur Bedas li. 2. ca. 20. moris fuiſſe apud Britānos ad ſuam ętatem uſque, Anglorū

fidem

fidem & religionem pro nihilo ducere, neque in aliquo eis magis communicare quam paganis. Suſcepit Nenius ab abbate Coelano educandum, dũ caſu ueniret in quãdam Scotorum inſulam, Finnanum iuuenem elegantem, Lindiſfarnẽſẽ poſtea pręſulem, quem literis profanis atque ſacris erudiuit. Hic non contemnendus autor, luculenta oratione & Latine compoſuit, ex diuerſis chronographis collectam, quamuis ex Gilda polydorus dicat, nulla extare Britannorũ ſcripta,

*Hiſtoriam ſuæ gentis,* li.1.

*Antiquitatum Britanniæ,* li.1.

Hunc ultimũ librum Gildę tribuunt multi, quem tamen ex altero Nennio in Latinam eum tranſtuliſſe linguam, non leuis eſt cõiectura, plerĩſque ſuperadditis. Eius uero hiſtorię (quam in Nordouicenſi Carmelitarum Bibliotheca uidi) Samuel Britannus annotationes quaſdam adiũxit. Claruit anno ab incarnato Meſſia. 620. ſub Cadwano Britãnorũ rege. Nam & illum uixiſſe tẽpore inclinationis imperij Britannici, cõfitetur quoque Ioannes Lelandus in epiſtola dedicatoria ſuper aſſertione Arturij.

IVſtus ex urbe Romana, Benedictinę factionis monachus, Gregorij magni diſcipulus, poſt intellectam Rome per Laurentium & Petrum, Angloſaxonum conuerſionem, Romanę fidei pędagogus admiſſus in Britanniã uenit. Roffę per Auguſtinum conſtitutus antiſtes, & poſt Melitũ archiepiſcopus Dorobernenſis, ſtudebat totis niſibus eas magnificare cęremonias externas, quas Paulus habet pro egenis elementis atque ipſa ſeruitute Iudaica. Iſtum ideo pro canonizato gerunt ſanctulo, quod eum Bonifacius quintus pontifex in ſuis cõmẽdauerit literis, & cũ epiſcoporũ ordinatione

pallium ei conceſſerit,cum hac adiecta clauſula. Studeat tua fraternitas,quod ab apoſtolicę ſedis humanitate percepit,in ea gente ſeruare ac perficere &c.Nulla enim alia miracula fecit.Edidiſſe tamen a Beda & Capgrauio perhibetur,

*Ad præfatum Bonifacium,* epi.1.

Cęterorum eius ſcriptorum nihil conſtat. Occubuit fato,anno a Chriſti ſeruatoris ortu.629.& ſui archiepiſcopatus.6. quarto idus Nouembris, apud Dorobernam ſepulturę traditus,ſub Cantiorum rege Edbaldo. Quem tandem blādis perſuaſionibus, ad ſuam pertraxerat fidem.

IOnas monachus, ex Scotorum gēte oriundus aſſecla prędicti abbatis Columbani atque comes coniūctiſſimus,cum eo proficiſcebatur in Gallias. Conſūmato tandem Luxouij monaſterio,apud eos habitare elegit,qui in torpēti otio fœlicitatem ſtatuebant.Cumque uidiſſet Euangelij ſynceritatem ad ſuas cupiditates parum aut nihil conducere, ſub ficta ſtatim pietatis ſpecie,blanda magis quam ſalutifera craſſis auditoribus proponebat. Vir erat ingenio ſatis callido, nec Ariſtotelicis omnio uafricijs carebat. Quę plauſibiliora eſſe nouit his qui capiuntur mundi huius delicijs, illa euomebat in uulgum, animū habens ad lucra. Conuerſus ideo ad aniles fabulas,monachorum commenta,atque ſuperſtitiones, epiſcopus Aurelianēſis poſt Theodulphum iam factꝰ, produxit contra Claudium Taurinenſis eccleſię pręſulem, hominem chriſtiane eruditum,

*De adoranda cruce,* li.1.
*Vitam abbatis Columbani,* li.1.
*Vitam Attilæ monachi,* li.1.
*Vitam Euſtaſij abbatis,* li.1.

Et id

ſituū nulla perſuaſione irretiri potuit, Sed Euangelij ſimpli citate contentus, omnia ueteri primitiuę eccleſię more, Bri tannorum exemplo peregit. Fatali neceſſitati cōcedens, anno nati ſeruatoris. 651. miniſterij uero ſui. 17. & pridie calendas Septembris, in ſuorum fratrum cœmeterio ſepelitur. Cuius tandem oſſa, ſunt Dunelmū in monaſterium tranſlata.

Ile of wight

SAmuel Beulanus, Britannus genere, in inſula Vectę (quę meridiem uerſus ad quatuor circi ter millearia a littore Britānico diſtat) a puero nutritus fertur, quod eam oculatus ſcriptor, tā apte a ſitu, forma & nomine depinxerit. Fatet enim in ſua hiſtoria poſt ueteres autores Ptolemęum ac Pli nium, ouo eſſe ſimilem, atque eius uocabulum Guith, diuor tium ſignificare, quaſi maris fluxu, a Britannia ut a ſuo ma rito ſeparata ſit. Poſt ānos maturiores ad natale ſolum reuer ſus, Elbodum epiſcopum, magnę eruditionis uirum, pęda gogum & magiſtrum habuit, qui eū literis tam diuinis quam humanis copioſe inſtruxit. Meminit hic quoque in ſuis ſcrip tis, Deirorum ac Berniciorum Septentrionalis Anglię po pulorum uſque ad Wedale & Mailros, quę illum deſignant in ipſis olim uerſari regionibus. Vnde poſt uariam chrono graphorum lectionem, inter otia literaria latine fabricabat, in hiſtoriam Nennij Britanni,

*Annotationes quaſdam,* li. 1.

Et nonnulla alia. Claruit anno ab apparente in carne Dei filio. 650. Cadwallone apud Britannos regnante. Annis ab hinc pene nōgentis, floruit Samuel ſcriptor Britānus, inquit Lelandus in Arturij aſſertione. Huius atq; Nennij hucuſque manent hiſtorię inter tot bellorū clades, a Beda ac Polydoro de raritate Britānicorū ſcriptorū anxie cōquerētib⁹, nō uiſę.

Sigebertu,

SIgebertus oriẽtaliũ Anglorũ rex, Redoualdi regis pagani filiꝰ, ac olĩ eius infeſtatione in Gallijs exul, cum fide baptiſmũ illic ſuſcepit. Regnum tandem adeptus poſt patris ac fratris obitum, chriſtianum dogma a Roma receptum, iuuante felice Burgũdione ( quẽ Dunwicenſem conſtituerat epiſcopum ) per ſuam ditionem potenter ampliauit. Eiuſque crebra perſuaſione anno Chriſti. 636. Cantabrigię poſuit bonarum artium gymnaſium, ut illic pueri ſtatim ab ineũte ętate diſciplinis imbuerent͂. Didicerat prius in Gallijs, patrię nihil tam eſſe decori atque literas, noueratque in ea inſulę regione ſemper extitiſſe rariſſimas. Quod Angli igitur poſthac tulerint claros doctrina uiros, huic non uulgariter acceptum referre debent, utpote qui talia fecerit fundamẽta. Reliquit literarum ac literatorũ Mecœnas iſte, uelut alter Solon aut lycurgus, populo ſuo,

*Legum inſtituta,* li. 1.

Nihil aliud memoratur. Monachorum tandem dementatus prẹſtigijs, Furſei Hiberni prẹſertim, in Cũbreſburgenſi a ſe condito cœnobio monachatum induit, acſi periniquũ fuiſſet cum Dauide aut Salomone regnare. Meritaſque demũ ignauię dedit penas, a Penda Merciorum tyranno, anno uirtutũ domini. 652. interfectus cum Egrico cognato, quem ſubſtituerat poſt ſe regem.

FElix Burgũdio, ex ea Galliarum Celticarum gente alũnus, uir admodum eruditus in utraque literatura profana ac pia, per ſubſequentis ętatis hiſtoricos pręcipue Bedam deſcribitur. Cum accepiſſet ( per Sigebertum fortaſſis, patria tunc exulẽ ) õnia proſpere & ad nutum legatis Romanis, per quaſdam Angloſaxonum terras ſucceſſiſſe, ad Honorium Doroberneſẽ in Cãtio

Archiepiſcopum, Honorij primi pontificis Romani tempore uenit. Vnde collatis inuicem rebus faciundis, ad Orientalium Anglorum prouinciam iuit, & ad eam ſtatim cõuertit fidem. Huius hortatu ac ſuadela, Sigebertus earum partiũ rex, academiam, ut pręfertur, Grantę Giruiorum ſeu Cantabrigię (quę eius tunc ditionis erat) inſtituit, ut de Cantio acceperat idem felix. Ante illud tempus per Gregorium trãſlata erant Britannorum gymnaſia ad monaſteria monachorum, ſub Pelagianorum abrogandorum fuco (quorum uix unus aut alter ex bellis relinquebatur) ne nouę eorum eſſẽt impedimento religioni. Contexuit inter alia felix,

Ad *Honorium archipræſulem, epi. Plu.*

Epiſcopatum Dunwicenſem Sigeberti regis dono, primus accepit, cui .xvij. pręfuit annis. Et uitam demũ in pace finiuit anno poſt ſeruatorem natum. 650. octauo idus Martij in Dũwico ſepultus, ut habet Bedas Angloſaxonicę hiſtorię li. 2. ca. 15. ab abbate Ethelſtano ad Rameſienſe monaſterium poſtea tranſlatus.

CEdmonus Simplex, ex Angloſaxonum genere monachus, admirabili quadam uitę innocentia famatus, in Streneſhalcenſi monaſterio (quod poſtea de Whytby cœpit nomẽ) ſub Hylda abbatiſſa claruit. Vniuerſam fere ſcripturam ſacrã nullo docẽte didicit, hiſtoriaſque eiuſdẽ per rhithmos patrio ſermone editos miro artificio depinxit. Alij poſt illum apud Angloſaxones erant, qui Huinſcemodi poemata illius exẽplo conficere tentarant, ſed nullus adhuc (Beda etiam teſte) uenit ei in hoc modulandi genere ęquiparandus. Nam & dormiens diuina edidiſſe carmina perhibetur, quę uigilãtes quidam ex eius ore ſcriptitabant. Vnde & doctiſſimos uiros

ſępiſſime

ſepiſſime auditores habebat,quos in ſui admirationē ptraxit quoque.Multorum animos ad mundi contemptum, & ad cœleſtium deſyderia rerum accendit. Nec effūdere poterat quicquam quod non ſingulis eſſet ad ędificationem, Exinhabitante Dei ſpiritu .ita protulit inſtar pſalmorum , cantica quędam ſuaui compūctione pleniſſima,quę aliorum manibꝰ exarata,poſteris reliquit,

*De creatione mundi,* car.1.
*De humani generis origine,* car.1.
*Epilogum totius Geneſeos,* car.1.
*Egreſſū Iſraelis de Aegypto,* car.1.
*Reditum ĩ terram promiſſonis,* car.1.
*In laudem primi conditoris,* car.1. **Laudare nunc debemus, regem**
*De Verbi incarnatione,* car.1.
*De paſſione Chriſti,* car.1.
*De eius aſcenſione,* car.1.
*De aduentu Spiritus ſancti,* car.1.
*De Apoſtolorum doctrina,* car.1.
*De futuro iudicio,* car.1.
*De terrore Gehennæ,* car.1.
*De Paradiſi delicijs,* car.1.

Et per omnes fere alias Bibliorum hiſtorias, poemata mira condidit.Hanc canēdi artem per hominem nuſquam didicit ſed ſolo ſingularique Dei dono.At licet uir deiectę ſimplicitatis uideretur, in carpendis tamen Dei ſui blaſphemijs, Theſbitis Helię & zelum & ſpiritū habere ſe manifeſtabat. Stulta & contempta apud mundum delegit ſic Deus,ut antiquaret ea quę in ipſo , multo maioris ſunt momenti. Claruit anno a chriſtianę ſalutis origine. 670. ſub Egfredo Northumbriorum rege. Vltimam tandem uitę ſuę prędicens horam,inter dulciſſima Dei eloquia,ſpiritum lętus efflauit.

Hylda

HYlda Herericа, Edwini Northumbriorū regis nobiliſſimi neptis, poſt chriſtiani dogmatis Pau lino prędicante profeſſionem, Whytbienſe cœ nobium ſeu Strenefhalcenſe potius (ut tunc erat illi nomen) ſecundum Britannorum inſti tuta Aidani Scoti diſcipula, ſumptibus proprijs condidit. Erat mulier multorum teſtimonio, ſancta, prudens, ac litera ta. Cumque (uti ęquū fuerat) ſuo pręficeretur monaſterio, non aliud admiſit uitę genus, quam ſacrum Chriſti Euange liū, ac primitiuę eccleſię ſanctorū patrū exēpla. Et quo fieret ī diuinis eloquijs eruditior, uiros doctrina & morib⁹ inſignes (Aidanū pręcipue) ex uniuerſa tū Anglia tū Scotia acceerſie bat. Tantū lectioni diuinarum ſcripturarum & chriſtanę pi etatis operibus, ſuos uacare cupiebat, de frigidis hypocrita rum cęremonijs parū aut nihil curans. Nam & illis pręlatis in publica ſynodo pro poſſe reſtitit, qui anno domini. 664. circa paſchę celebrationem atque capitum tonſuram tam aſ pere contendebant, Allęgans pro ſe ex Polycrate & Euſe bio, ueterem Aſiaticę eccleſię ritum, apud Ioannem Euange liſtam, Philippum, Polycarpum, Traſęum, Sagarem, Papiriū & Melitonem obſeruatum. Vnde & tandem de incorrupti bili pectoris ſui theſauro, de ea re protulit aduerſus Agil bertum Pariſienſem &c.

*Viſiſaxonum epiſcopum,* li. 1.
*Meditationes pias,* li. 1.

Varias quoque ſcripſit epiſtolas ad uiros eruditos, chriſti anam energiam redolētes. Adeo circa pauperes, orphanos, uiduas, & infirmos laborabat, ut miſericordię diceretur a uul go mater. Aeterno igitur Dei dono & Moſi exemplo, fertur colubros (quorum tunc ingens illic erat copia) in ſaxa uer tiſſe, quę adhuc reperiuntur in terris illis. In fine poſt lōgam

corporis

corporis ęgritudinē,ab hac luce fœliciter migrauit,incarnati filij Dei anno.685. decimo quinto calendas Decembris, & ętatis ſuę anno.66.ſub antedicto rege Egfredo. Tranſlata, demū ſunt eius oſſa ad Glaſconienſe monaſteriū per Edmūdum ferreum latus. Edmund Iron-side.

Colmannus Scotus,nō Benedicti ſed Congelli monachus,uenerabile inter Angloſaxones obtinens nomen, omnia pene eorum in Albione regna,ſacrum Chriſti propalando dogma,non ſine animarum lucro perluſtrauit,Ob inſitam illi prudentiam (inquit Bedas) multum eū diligebat Northūbriorum rex Oſwius, parſimoniamque eius,cōtinentiā, & in pauperes miſerationem cōmendabant plerique,Longe cumulatius quoque fauebāt Scotis quam Britannis Angloſaxonum prelati, quamuis eſſent ritibus ęquales, quod eos prędicationibus iuuarent,Defuncto tandem Finnano Nēnij Britanni diſcipulo, dum in Lindiſſarnenſi epiſcopatu regis Oſwij dono ſuccederet,multo grauior quā antea de Paſchę obſeruatione ac tonſura cleri,naſcebatur controuerſia,Petierat igitur Hylda abbatiſſa Scotorum adhęrens parti,ſynodū in ſuo celebrari cœnobio,ut lis ſuper illis terminaretur,Et quum peruentum eſſet ad diſputationem, Colmannus cum Cedda Eboracēſi archiepiſcopo & Hylda,in mediū adduxit ueteres Aſiaticę eccleſię conſuetudines,a Britānis illucuſq; obſeruatas,Econtra Wilfridus,qui cū Agilberto, Agathone,& Iacobo,ex aduerſa ſtetit parte,Romā Aſię ob Apoſtoli Petri ſepulturam prętulit,quam parum antea uiſitauerat peregrinus,obſtinacię Britannos increpans, Allegauit Euāgeliſtę Ioannis authoritatem Colmannus,ac ſcripta Anatholij & Euſebij Pamphili,Stulte reſpondit Wilfridus, in multis

Iudaizaſſe Ioannem pro uitandis iudęorum ſcandalis, quod nullus catholicorum dixerat unquam. Addiditque conſuetudines Romanas, pontificum decreta, atque non interpretabile papę autoritatem per, Tu es Petrus &c. temporum calculatores Euangeliſtis opponens. In fine, ſuis pręualuit impoſturis dementatis qui aderant regibus, ſtolidiſſimeque concludentibus, mortuum Petrum cœli eſſe oſtiarium, nec uelle eis reſerare fores, niſi cōſētiāt. Deprōpſit Colmān⁹ ex ātiquorū libris, Pro ſuis quartadecimianis, li. 1.
Sic enim deriſorie uocabant illos, qui nō Romanorum more celebrauerant paſcha. Inde ob ſpretam eius doctrinā, Colmannus epiſcopatu relicto, cum ſuis Scotis ac triginta Anglis cōcedens in Hebrides, collegium eis condidit, & in eo reliquam uitę peregit militiam. Claruit anno a Chriſti natiuitate, 670. ſub Malduino Scotorum rege, uixitque deinceps cum ſuis de ſuarum manuum labore, quod graue Romanis erat. Succeſſit Colmanno Tudas, qui epiſcoporum Northumbriorum primus tonſuram ſuſcepit, quem eodem anno cum ingenti plebis multitudine, ultrix peſtilentia abſtulit mundo.

CVthbertus Farnenſis, ex Hibernienſium ſtupro & in Hibernia natus, a matre Romam peregrinante adoleſcens in Britānia relinquitur. Mailroſę in monaſterio profanis literis inſtructus, omnia adamuſſim monachus didicit, quę ad monachiſmum ſpectare nouit, nulla penitus de Euangelio facta mentione. Externa ceremoniarū iura uerbo & opere docebat, acſi Dei regnū cum obſeruatione ueniret. Fœmineum genus tam erat ei exoſum, ut ſine exceptione, omni ſuo loco ſub anathemate & morte uetuerit, tāquam immūdum aut peſtiferum eſſet quod Deus creauerit, & maledicto obnoxiū quod in hominis ſanctificauerit uſū.

Verūtamē

Verũtamẽ familiares non minus habebat Ebbam, Elfledam,
& Vercam abbatiſſas, cum ueſtalibus illis, quibus Lindiſfar
nenſis poſt Colmannum & Tudam preſul, Carlioli cœnobia
condidit. Vt etiam ex eorum numero ſe unũ fore pateſaceret,
qui in hominum humeros grauia imponunt onera, ſub titulo
preceptionum uitę regularis barbare ſcripſit,

*Inſtitura monaſticã,* li. 1.

Decretum quoque contra mulieres, ne eius intrent monaſte
ria. Secundo epiſcopatus ſui anno, nõ minus hypocritice quã
otioſe, Anachoriticam uitã aſſũpſit impaſto grege dominico,
tanquam prędicandi Euangelij a Chriſto preceptum officiũ
ſuperuacaneum ac friuolum eſſet, Moriens poſtremum anno
Chriſti. 687. &. xiij. calendas Aprilis, iuſſit corpus ſuum ea
inuolui ſindone, quam abbatiſſa Verca ſibi contulerat, quod
poſt quadringentos & quatuordecim annos, a Lindiſfarna
cum epiſcopatu Dunelmum eſt tranſlatum. Iſte Septentrio
nalium Anglorum Deus ille tutelaris olim habebatur, qui tot
bene ſaginatos aluerit monachos, & tantam bellantib⁹ Scotis
formidinem incuſſerit, non ſine miraculorum congerie, ac
perpetuo (ut ſcribunt) mulierum damno.

THeodorus Grecus, ex Tarſo Cilicię oriũdus,
utraque literatura diuina & humana, Gręca ac
Latina, nulli habebatur apud monachos Roma
nenſes ętate ſua ſecundus. Hunc papa Vitelian⁹
ſeptimum Dorobernenſis eccleſię archiãtiſtitẽ
ad Angloſaxones, conſtabiliendarum traditionum gratia de
ſtinabat. lxvi. annos ętatis habentem, noſtrę ſalutis ãno. 666.
qui in Apocalypſi Ioannis, & numerus Beſtię & numerus ho
minis eſt. Nec myſterio uacat. Quod uero tunc uenerit cum
magnę illius Beſtię caractere, apud Ceſtrẽſem, Capgrauium,

& alios Anglicarum rerũ fide dignos ſcriptores perſpicuũ eſt. Non enim ãte id tempus tam potenter operabatur Antichriſti ſpiritus, iniquitatis ſuę myſterium. Nam & artes õnes ſupputandi, calculandi, modulandi, metricandi, arguẽdi, ſyllogiſandi, diuinandi, ungendi, exorciſandi (ne dicam incantandi Chaldeorũ more) & alia id genus per Mathematica principia, Gręce & Latine in clero ſuo docuit. Poſtremo edidit, quo miſeras hominum conſcientias captiuaret, ac formis doloſis deterreret penitentijs,

| | |
|---|---|
| *Sũmam pœnitentialem,* | *li.1.* |
| *Priorum patrum canones,* | *li.1.* |
| *Ordinationes cleri,* | *li.1.* |
| *De fide contra Euticen,* | *li.1.* |
| *Commentaria quædam,* | *li.1.* |
| *Epiſtolas ad diuerſos,* | *li.1.* |

Et nonnulla alia. In pręfato pœnitentiarum libro peccantiũ iudicia ponit, & quãtis mœrorib⁹ ac ſupplicijs ſcelera quiſque luat. Obſeruatorem tamen oculatũ eidẽ adhibuit papa, Adrianũ Aphrũ abbatẽ, ne Gręcus quicquã moliretur Romanę religioni cõtrariũ. Cõſũmatis demũ plęriſq;, quę Antichriſti regno cõducere uidebantur, uitę ſuę ſortitus eſt exitũ, ãno ſalutiferi partus. 690. decimo tertio calẽdas octobris, ĩ ſuo maiori tẽplo ſepult⁹, regnãte apud Cãtiãos Withredo.

IOannes Archicantor Romanus, eccleſię diui Petri inibi pręcentor, & monaſterij ad ſanctum Martinũ abbas, ab Agathone papa pro expediendis papiſtici regni negotijs, ad Angloſaxões Benedicto Biſcopio petitore ac duce mittebatur. Timebãt ſancti patres, eorũ obſiſtentes inceptis Britãnos & Scotos. Intererat igitur Hatfeldẽſi ſynodo legatus Apoſtolicus (ut uocãt) in quo Theodorus poſt monachorũ ſpectra, & alias pro fundando eorũ

purgatorio

purgatorio cacodæmonum illuſiones, plura pro onerandis hominum conſcientijs cõſtituit. Acceperat a pontifice Ioannes in mandatis (uerba ſunt Bedę li.4.ca.19.) ut legendi & canendi Romanorum illic ritum traderet, & cuius eſſet fidei Anglorum eccleſia, diligenter ei demonſtraret. Docuit ergo cęremoniarum atque cantionum ordinem & curſum in celebrationibus dierum feſtorum per totius anni circulum obſeruandum, in Wiremuthenſi ac Girwinenſi monaſterijs, cõfluentibus ad eum undique ex omnibus cœnobijs monachis; Et ut in tẽplis eſſent per totã regionẽ ſeruata, literis mãdauit,

| | |
|---|---|
| *Modulandi & legendi ritus,* | li.1. |
| De *Anglorum ſynodo,* | li.1. |
| De *eorundem fide,* | li.1. |
| De *ſynodo Romana,* | li.1. |

Et alia dũ adhuc habitaret Romę. Claruit anno a redemptoris noſtri in carnẽ origine .679. quo eum ad Angloſaxones Agatho pontifex miſerat, ſub Egfredo Northumbriorum rege. Verum, in patriam inde reuertens demũ, tranſito Oceano, infirmitate ſtatim corripitur ac defungitur, Turonię ĩ Gallijs ſepultus.

ADamannus Coludius, natione Scotus, & profeſſione monachus Britannicus, famati illius monaſterij moderator (quod Calũbanus Congelli diſcipulus olim Huenſi in inſula fundauerat) ſeſe in uirtutis exemplũ multis propoſuit imitãdũ. Vir erat in diuinis ſcripturis (Tritemio teſte) plurimũ ſtudioſus & eruditus, nec õnino carebat ſecularium peritia literarũ. Septẽtrionales fere õnes Britãnię perluſtrãs regiones, Scotis, Pictis, & Angloſaxonib⁹ diuina dedit mõita. De memorabilib⁹ paleſtinę, cęterarũq; ꝓmiſſiõis terrę partiũ locis, libẽter audierat ſẽp, ut ea q̃ ſẽtiebat ad puriorẽ Euãgelij

intellectum nonnihil conducere. De quib' plene edoctus per Arnulphum quēdam Gallorum epiſcopum, qui Hieroſolima uenerat, illuc uentorum ui iactatus, in ſcripta tandem omnia redegit, adiuncto operi titulo,

| | |
|---|---|
| *De locis terræ ſanctæ,* | li. 1. |
| *De paſcha legitimo.* | li. 1. |
| *Epiſtolas quoque edidit,* | li. 1. |

Pręter ea quę nondum comparuere. Opuſculum de ſacris locis, Northumbriorum regi Alphredo (qui olim in Scotia exularat) dedicauit ac legendum tranſmiſit. Sunt qui ab hoc libro plura Bedam deſumpſiſſe credant, atque, ſuo eiuſdem tituli interſeruiſſe operi. Claruit anno ſalutis humanę. 690. ſub Eugenio ſexto Scotorum rege.

Benedictus Biſcopius, natalium ſplendore apud Angloſaxones choruſcus, ſpretis Benedictinorū monachorum ſuaſu fortunis cum Oſwij regis obſequijs, Romam peregrinus adijt. Vbi deguſtatis paululū pullulantis Antichriſti pręſtigijs, tonſuram monachalem in Lirinenſi Italorum cœnobio eodem āno ſuſcepit, quo Theodorus ſuam in Angloſaxones authoritatem. In patriam poſt biennium cum eodem Theodoro & Adriano reuerſus, Wiremuthę & Girwini monaſteria duo, ſuper Wirę & Tynę fluuijs condidit, ſexcentoſque monachos ſub Benedicti Nurſini inſtituto in eiſdem fouit. Ex Roma quīcque uicibus, reliquijs, ritualib' libris, & priuilegijs onuſtus redijt. Vitriarios, architectores, pictores, & id genus alios ad uoluptatem artifices, in Angliam omniū primus ex alienis aduexit prouincijs Quibus uidere licet quam curioſi petulanteſque fuerint hi patres a prima ſtatim origine. Omnes monachorum ueterum, uitę pręter Euangelium regulas, ad Benedicti ſui methodum

hic re

hic referens, elicuit inde quaſi in conſonantiam hermoniacā, opus ad ſuorum cœnobitarum uſum, quod prenotauit,

*Concordiam regularum,* *li.1.*
*Exhortationes ad eandem,* *li.1.*
*De ſuo priuilegio,* *epi.1.*

Ceterorum nihil hucuſque uidi, Huius admirantur hiſtoriarū ſcriptores, & patientiā quod in Dorobernenſis cœnobij regimine Predicto Adriano ceſſerit, & induſtriam quod monaſteriorum ſuorum ornamento tanta & tam uaria procurauerit, Apoplexia tandem ſeu paralyſi percuſſus, interijt etatis ſue anno, lxviij. & chriſtiane pietatis, 703, pridie idus Ianuarij ſub Alphredo Northumbriorum rege.

MAildulphus Scotus, uir ſingularis eruditionis & ingenij, Latine & Grece īſtitutus, ex lōga cū Italis & Gallis cohabitatione feruebat, Romanarum ſuperſtitionum acerrimus defenſor, Cum frequens eſſet de paſche obſeruatiōe, tōſura, & cœlibatu apud Anglo-ſaxones queſtio, cum pluribus & Finnano conflictauit iſte, ac ſophiſticis elenchis uictor non raro abiuit, Nam paſche legitimationem probabat ab equinoctio uernali, integro plenilunio, ac die dominico, nihil eſtimans que Paulus Galathis obijciebat, quod ſuperſtitioſe obſeruaſſent dies, menſes. & annos, Habebant in monaſterijs celebrioribus prelati pro ſuo futuro commodo ſcholas, dū non eſſent adhuc apud Anglos, Britānorum & Scotorum monachorum timore, gymnaſia plura. Viſum igitur illis erat, loricatum iſtum ſatellitem ad Cairbladon Viſiſaxonū urbem locare, ut eis illic occluderet os, quoniam ipſam precipue ut ſibi uiciniorem frequētabāt regionē. Cœnobiumque anno Chriſti, 685. edificabant in eadem, ut illic artes prelegeret, quod ab eo deinceps una cum urbe cognomē

nomentum accepit, Maildulpheſbery, uulgo nunc Malmeſbery, in rei geſtę memoriam. Quia primus inibi cum literis Latinis & Gręcis eam docebat fidem. Hic poſt ſe plura ſuę farinę ſcripta reliquit, pręcipue,

*De Paſchæ obſeruatione.* li.1.
*Lectiones & epiſtolas,* li.1.

Atque alia non pauca. Claruit anno a ſalutifero diuę uirginis partu, 690. ſub Yna Viſiſaxonum rege, doctorum uirorũ Catalogo merito aſcribendus, ſi ea non ſorduiſſet papiſticarum impoſturarum labe. Et in eodem (ut fertur) cœnobio poſt fata tandem neceſſaria quieuit.

ALdelmus Bladunius, Ynę Viſiſaxonum ſeu Occidentalium Anglorum regis ex patre nepos, in Italia & Gallia liberalibus ſtudijs non minimã impẽdit operam. In Bladunenſi enim famato cœnobio poſt Maildulphum (quam nunc Malmeſberiam uocãt) monachus, gymnaſiarches, ſacerdos, & abbas effect⁹, adeo literis humanis & diuinis incumbebat, ut omnes ſui temporis theologos longe ſuperarit. Erat enim tã carmine quã proſa Latine & Gręce peritiſſimus, ingenio & ſermone nitidus, ac Cœlio Sedulio uati (ut teſtes ſunt Bedas & Boſtius) in edẽdis poematibus omnino perſimilis. Muſices artem omnibus mundi huius delicijs prętulit, inſtrumentorumque omnium peritiam perappoſite callebat. Sed unũ in hoc uiro ſũmopere deplorandum ſe offert, quod ex Sergij primi Romani põtificis conſuetudine (cuius tamen non ignorabat inceſtum) cauterio peruſtam habuerit conſcientiam. Nempe ſcripſit iubente pontificum & monachorum ſynodo aduerſus Britãnos, ſuę genti propinquos (quos ex eorum odio, Guallos in ſolo natiuo, id eſt, exoticos, alienos, aut extraneos deinceps uocabant)

uocabant) opuſcula quędam, quod nō Romano more feſta, cęlibatū, alioſque ritus nouiter iuĉtos admiſerint, pręſertim,

| | | |
|---|---|---|
| *De celebratione paſchæ,* | *li.1.* | |
| *De uirginum laude contra Brit.* | *li.ij.* | *Omnipotens genitor, mundum,* |
| *De uirginitate ad Ethelburgam,* | *li.1.* | *Reuerēdiſſimis Chriſti uirginib⁹* |
| *De charitate mutua,* | *li.1.* | |
| *De admonitione fraterna,* | *li.1.* | |
| *De pugna uitiorum,* | *li.1.* | |
| *De philoſophorum diſciplinis,* | *li.1.* | |
| *De inſenſibilium natura,* | *li.1.* | |
| *Flores utriuſque teſtamenti,* | *li.ij.* | |
| *Homelias ad populum,* | *li.1* | |
| *Dialogum metricum,* | *li.1.* | |
| *Epiſtolas ad diuerſos,* | *li.1.* | |
| *De Metaplaſmo,* | *li.1.* | |
| *De metrorum generibus,* | *li.1.* | |
| *Hymnos & odas,* | *li.1.* | |
| *Diuerſi generis carmina,* | *li.1.* | |

Et alia ſine certo numero. Shireburnenſis eccleſię (quę nūc Sariſburia dicitur) ordinatus pręſul, poſt quatuor & triginta alterius regiminis ānos, Euangelij prędicationi inſudabat plurimū. Quod uero mulierum conſortia hypocritarū more nunquam ſpreuerit, uituperabile in eo nō eſt. Sed multo minori periculo, ſub ſacroſanctis coniugij legibus (ut Britannorum mos erat) frequentare poterat. Decimo epiſcopatus ſui anno, & octauo calendas Iunij, ad Chriſtum fœliciter migrauit, anno incarnationis eiuſdem. 709. in Malmeſberienſi cœnobio ſummo cum honore ſepultus. ſub Ethelardo occidentalium Anglorum rege.

M Alphredus

ALphredus Nothus, Oſwij regis ex concubina filius, fit inde poſt patris ac fratris obitum Northumbriorum rex, ab Ida nonus. Is regnante Egfredo fratre, exul in quaſdã Scotorũ inſulas, ingenij facilitate, aſſiduaq; opera in literis hęrendo, doctiſſimus euaſit. Adeptus ergo regnum, hoſtium iniurijs deuaſtatum, bonis artibus inſtaurandum, fouendum, atque tuendum miro ſtudio curauit. Et contentus finibus, quos poſt cladem fratris, a Pictis uictoria hoſtiliter cupideque uſis, recipere citra certamen potuerat, paci ac honeſto otio pariter ſtuduit, atque ab externis armis per decem & nouem annos, quibus regnauit, quieuit. Hęc omnia de illo poſt Guilhelmũ Malmeſberienſem & Henricum Hũtingtonenſem, narrat Polydorus Italus li. 4. Anglicę hiſtorię. Compoſuit iſte inter otia literaria, propacandis de Paſchate controuerſijs.

*Ad Colmannum & ſuos,* epi. plu.
*Ad Adamannum Coludium,* epi. 1.

Cętera eius ſcripta non memorantur. Ioannem Beuerlaciũ, diuinarum literarum ſtudijs clarum, depoſito Wilfrido, Haguſtaldenſem antiſtitem primo, & Eboracẽſem archiepiſcopum poſtea ob inſignem eruditionem fecit. Et uita deceſſit tandem Driffeldię ſepultus, anno ſalutis humanę, 705. ut ſupputant Hermannus Contractus ac Ranulphus Ceſtrienſis. Sigebertus uero unum habet minus.

WIlfridus Riponenſis, in Septẽtrionali Angloſaxonum prouincia & natus & educatus, monachorũ Scoticorum in Lindiſfarnenſi cœnobio cauillas, monachus & ipſe licet alterius longe generis, ob

nouitet

nouiter īductas papiſticę eccleſię traditiones nō poterat ferre. Erant illis (ut prefatur) diebus quotidianę conflictationes Angloſaxonum cum Britannis, Scotis, & Pictis circa paſchę obſeruationem, clericorum tonſuram, cęlibatum, & eiuſcemodi alia. Perueniens ergo Romam, ut harū rerum Zeloſus ſub Bonifacio quodā Romano archidiacono, calculationes Mathematicas ex quatuor Euangelijs didicit. Quibus in patriam reuerſus, Romanas conſuetudines contra Quartadecimianos illos (ſic enim pios homines deriſorie tunc uocarant) diſceptationibus in ſynodo publicis defendebat. Gerebatque circa collum, reliquiarū (quas ex Roma tulerat) capſulam quādam, quo fœlicius omnia ſuccederent. Archiepiſcopus denique ob hęc & his ſimilia conſtitutus, edidit aduerſus Colmannū, Ceddam, & Hildam abbatiſſam inſignē,

*De ratione Paſchæ,* li. 1.
*De clericorum tonſura,* li. 1.

Et alia plura. Bis infra ſpatium. xlv. annorum, quibus Haguſtaldi & Eboraci ſedit non ob regum inſolentiā (prout Polydorus immodeſte ſcribit) ſed ob ſuam temeritatem, immo malitiā, atque nequitias plures, archiepiſcoptau pulſus eſt. Nam Etheldredam inuito rege marito Egfredo, homine ſatis pio, ob id tamen alias occupante mulieres, ſtultum emittere uotum, diuortium querere, & in monaſterio quāotioſe deliteſcere, pręter id quod latet, impia perſuaſione fecit. Longo confectus ſenio tandem perijt, anno Chriſti ſeruatoris. 710. uitę ſuę. 75. & octauo calendas Maij, in Riponenſi collegio humo coopertus, ſub Oſredo Northumbriorum rege.

Accas Haguſtaldenſis epiſcopus, ex Angloſaxonū procreatus genere, & inter eruditos ab adoleſcētia uiros ſub archiepiſcopo Boſa liberaliter educat⁹, ſtudia plęriſque in locis promouebat bonarum,

artium. Wilfridi exiſtens preſbyter, ſuſcepit eo mortuo, Haguſtaldenſis eccleſię pręſulatum, uir & ipſe ſtrennuiſſimus (inquit Bedas) atque coram Deo & hominib' magnificus, qui & ſuā eccleſiā multifario decore, ac mirificis ampliauit operibus. Cantor peritiſſimus erat, & in literis ſanctis doctiſſimus, Romanarūque inſtitutionum (quas illic cum Wilfrido didicerat) ſolertiſſimus obſeruator. Congregatis tandē ſumma induſtria eruditorum ſcriptorum uoluminibus, ampliſſimam ac nobiliſſimam Haguſtaldi Bibliothecam fecit. Et ne ſua uirtus, aut ingenij exercitatio deeſſe uideretur ōnino, de proprijs laboribus addidit eidem,

*Paſſiones Sanctorum,* li.1.
*Officiarium eccleſiæ,* li.1.
*Ad Bedam pilluſtrandis ſcrip⁊* epi.1.

Atque alia nonnulla. Claruit Accas anno a Chriſti natiuitate, 714. ſub Oſredo Northumbriorū rege. In ſenectute uero apud Candidam caſam, Niniani Britāni ueterem olim apud Pictos ſedem, geſſiſſe epiſcopatū ab Hectore Boethio li, 9. Fertur. Eius tamen oſſa Dunelmi a monachis uenerabant.

EGwinus Wiccius, nobili apud Angloſaxones Merciorum regum genere ſatus, percepto Benedictini inſtituti monachiſmo, Eueſhamenſe cœnobium kenredi ſeu Conradi regis beneficio a fundamentis erexit. Mox ut fuerat epiſcopus Wicciorum, ſiue (ut nunc uocant) Wigornienſium, homo nouarū rerum ſtudioſus, & ad ſuperſtitiones quodāmodo natus, ueuſtę gentilitatis ſordes, deceptorie adhibito pietatis fuco, reuocare conabatur. Cum laboratū eſſet Romę ac alibi terrarum, ut ſtatuę in Chriſtianorum templis uenerarentur, nō defuit hic Megus quoque ſuis impoſturis rem promouere

tam

tam impiam. Habebat reuelationes quaſdam, immo (ut cũ iuramentis corã Conſtantino Romano pontifice fatebatur) apertas oſtentiones, ut Deiparę Marię imaginẽ in ſua eccleſia colendam uulgo exhiberet. Ecce quam potenter tũc operabat in ſuis inſtrumentis Sathan, conſyderate horum hypocritarum initia ac progreſſus. Nec diſtulit Egwinus rei tam iniquę ſeriem latinis characteribus paulatim committere. Compoſuit enim,

*Primordia ſui cœnobij*, li. 1.
*De ſuis apparitionibus*, li. 1. *Ego Egwinus Wicciorum hu*
*Vitam Aldelmi epiſcopi*, li. 1.

Et alia quędam. Portentoſa hęc fanatici hominis deliramenta (de uiſionibus loquor) ſcriptis diplomatibus comprobabat pontifex, Brithwaldo primati diſtricte pręcipiẽs, ut collecta totius cleri ſynodo, ſua etiam autoritate populis cõmẽdaret, regibus adeſſe iuſſis. Vitam morte commutauit Egwinus, tertio calendas Ianuarij, anno dominicę incarnationis. 716. & in Eueſhamenſi monaſterio ſepulturam accepit cum deitate papiſtica, ſub Colredo Merciorum rege.

CEolfridus Bernicius, ex honeſtis parentibus ad Septẽtrionẽ Angloſaxonicę regionis indigena, Wiremuthę & Girwini monaſterijs poſt pręfatum Benedictũ. xxxv. annis pręfuit. In hoc pręcipua laude cenſetur dignus, quod uenerabilis Bedę iuuentutem tam ornate ac ſplendide inſtituerit. Diſciplinis omnibus, tam ſacris quam profanis eruditus uir erat, & alijs impertiri paratiſſimus. Ex Roma ſemel rediens, non mortuorum hominum reliquias aut oſſa putrida, ſed Hieronymi Pandectã ex Gręco fonte manantẽ, & in Latinũ idioma uerſam, ad monachos ſuos literatus homo tranſmiſit. Nouis

tamen Romanę ſuperſtitionis legibus, ad lunę inconſtantiā
coactus eſt cum ſuis mobilia anni feſta pertrahere , ut ſit cō
tra Pauli doctrinam, temporis & ipſe obſeruator . Ex quo il
lud omne produxit, quod rogatus, ad Naitanum Pictorum
regē ( Athonē Waldenꝰ uocat ) īter alias editiōes deſtinabat,

*De obſeruatione paſchæ,* *li.1.*
*Homelias quoque ſcripſit,* *li.1*

Cętera eius ſcripta autores non cōmemorant. Ex Bedę ope
ribus reliqua eius facta pie interpretari licet, quamuis tēpo
ra tunc fuerint ad malum inclinata. Tandē in itinere ſecūdo
uerſus Romam, Lingonas in Narbonenſi Gallia perueniēs,
ſeptimo calendas Octobris eſt defunctus, & in templo gemi
norum martyrum ſepultus, ętatis ſuę anno. 84. & chriſtianę
ſalutis. 716. regnante kenredo Northumbriorum rege.

IOannes Beuerlacius, in ea Angloſaxonū regio
ne natus erat, quę ad Aquilonem uergit, & ſub
Hilda muliere ſanctiſſima chriſtianis moribus
educatus. Adoleſcēs adhuc, Theodoro Gręco
ad Dorobernam ſeu Cantuariam archipręſuli
a probis parentibꝰ traditur, literis Gręcis & Latinis imbuē
dus. Scientijs igitur tam diuinis quā humanis multipliciter
inſtructus, non in prętorio declamare, aut in theatralibus co
mitijs arguere, ſed Chriſti ſacroſanctum Euāgelium e ſug
geſto ſimpliciter ad animę profectum inſinuare dulciſſimum
duxit. Habebatque ad id, ingenium mite cum modeſtiſſima
facundia coniunctum, quibus ōniū commodo eam peregit
functionē. Vnde ab Alphredo rege doctiſſimo ( qui literis
& moribus regnum tunc ſuū inſtaurare curauerat ) Hagu
ſtaldenſis primū epiſcopus anno domini. 686. conſtitutus, &
poſtea archiepiſcopus Eboracēſis Wilfrido depoſito, īter tot

cęremoniarum controuerſias, Bedę, Accę, Alcuino, & alijs quibuſdam Angloſaxonum doctoribus, enucleãdarũ ſcripturarum calcar & animum addidit, Super quo ad eundem Bedam uenerabilem poſtea ſcripſit,

*Pro Luca exponendo,* *li.1.* *Sæpe quidem tuæ, ſancte frater,*
*Homelias Euangeliorum,* *li.1.*
*Ad Hildam Abbatiſſam,* *epi. plu.*

Reliqua eius opuſcula, non ſunt ab hiſtoriographis propalata. Tędio tumultuãtium in eccleſia rerum tandẽ affectus, adminiſtrationis ſuę. xxxiiij. anno, archipręſulatu dimiſſo, ſe contulit Beuerlacum. Vbi uir chriſtianę pacis amans, in collegio (quod non monachis ſed uerbi Dei miniſtris cõdiderat (poſt quatuor annos, uitam in magna Euãgelici ſpiritus cõſtãtia finiuit nonis Maij, ãno a Chriſti ſeruatoris natiuitate 721, ĩ porticu tẽpli ſepultus, Oſricho Northũbrijs imparãte.

VVicbertus Deirus, Angloſaxonũ genere procreatus, ab adoleſcentia literis ac ſolitudine iuuenilem applicuit animum, Qui mox grandeſcens, monaſticę diſciplinę inſtitutorum tam rigidus extitit aſſeruator, ut qui monaſteriorum curam gereret, pręcipuꝰ haberetur. Cumque ultimam peregrinationem Ceolfridus abbas uerſus Romã ſuſciperet, hic omnium applauſu in eius delegebatur locum. Abbas igitur effectus, nihil amiſit quod ad monachiſmi decorem attinere putabat, ſed & cuique loco ac tempori proprias dedit cęremonias, acſi illis cõſummata ineſſet iuſticia. Veteris amicitię memor, quaſdam a ſe editas commendationes, Gregorio ſecundo Romanę ſedis antiſtiti tranſmiſit,

*De uita Ceolfridi,* *li.1.* *Ter beatiſſimo papæ Grego.*
*Epiſtolas quoque fecit,* *li.1.*

Ex reli

Ex reliquis eius ſcriptis nihil uidi. Claruit anno a chriſtianę ſalutis origine. 724. ſub Oſricho rege prędicto. Hunc demũ in Germaniam Wenefridi Magũtinenſis archiepiſcopi fama attraxit. A quo ſtatim in mãdatis accepit, ut Friteſlarię & Ordorfię degenerantes cœnobitas, ad primum reduceret inſtitutũ. Cuius nũc cadauer ĩ Hereſſeldẽſi monaſterio ſeruatur.

THobias Cantianus, illuſtri Angloſaxonum ortus familia, ab ineunte ętate politioribus addictus ſtudijs, omnem curam atque laborem ad literas capeſſendas cõtulit. Adeoque in Dorobernẽſi gymnaſio ſub Theodori Gręci & Adriani Aphri lectionibus profecit, ut Gręcam & Latinã ita nouerit, atque natiuam ſeu propriam ſuę patrię linguam. Vir erat ingenij dexteritate conſpicuus, eloquentiam habẽs orationibus formandis aptiſſimam. Ordinatus poſt Ythamari dormitionem Roffenſis epiſcopus, per omnem Cãtuarię prouinciam, Dei uerbum cum fructu ſeminabat. Perpauca habẽtur eius ſcripta, ſed Demoſthenico (ut fertur) lepore exculta. Edidit enim,

*Epiſtolas elegantes,* li. 1.

Reliquorum eius opuſculorũ non ſuperfuit quicquã. Quod ſolum ſequentis temporis negligentię aſcribendũ puto, qui illuſtrium uirorum bene facta tam citò perire permiſerint. Moritur tandem anno poſt natum ſeruatorem, 726. eodem quo & obijt anno Withredus Cantuariorum rex, Edberto ſuccedente, atque in ſua ſepelitur eccleſia.

YNas Occidentalium ſeu Viſiſaxonum rex, kenredi regis filius, magni conſilij ac fortunę homo, uictis Cãtianorum atque Auſtralium Saxonum regib*9*, conſtituit bellis conquieſcere. Cum ubiq; clareret

eius

eius fama, bonis artibus intendere cœpit, & Wellię ſacerdotū collegium magnifico parare ſumptu. Extruxit quoque idem princeps, ob Ioſephi Arimathienſis (ut fertur) memoriā, Glaſconienſe templum inſigne, quod poſtea monachis in cœnobium Dūſtani incantationib⁹ obuenit. Facta huius regis multa & magna referuntur a ſcriptoribus, & pręcipue quod ad bene beateque uiuendum, de matrimonio, baptiſmo, dierum diſcrimine, atque cōſimilib⁹ aliis, proq; puniēdis homicidiis, furtis, rapinis, ſacrilegiis, ueneficiis, & huiuſmodi cōſtituerit. *Religioſas leges, li.1.*

Has tamen paulatim antiquauit improba poſteritas. Sacerdotum & monachorum impoſtrice doctrina deluſus, Romano Antichriſto uectigal (Petri denarios uocant) ex ſingulis regni ſui domib⁹ ad perpetuam ſeruitutē primus perſoluit. Nouiſſime ab Ethelburga uxore perſuaſus (fortaſſis quia ſenex) Romam ſe cōtulit, 37. regni ſui anno. Vbi monachus effectus, anno incarnati uerbi, 728. uita tandem exceſſit.

EGbertus Monachus, Auſtralium ſeu Sudoſaxonū proles, ex genere non ignobili, ad Septentrionem iuuenis uenit, ac in monaſterio Lindiſfarnenſi literas cum ſuperſtitioſę uitę inſtituto hauſit. Graſſans per uniuerſas Angloſaxonum regiones letifera peſtis, hunc patria terra pepulit in Hiberniam, & turbida tempeſtas in Scotiam poſtea, cum Germaniam adire tētaret. Vbi quamplures illius gentis prouincias ad Paſchalis temporis obſeruantiam, ac radendi capitis ritum, aliaſque inſtitutiones Romanas, ſuperſtitioſa prędicatione āno domini, 716. perduxit. Quę centum & uiginti annis, ſub quotidianis, moleſtis, & eiſdem rabioſis litibus fere durauerant, ab Auguſtini aduentu ad hęc tēpora. Cōpoſuit iſte ad cōſodales, Huēſes monachos,

quo ſuis impoſturis firmacula ferat, opuſculũ cui titulũ fecit,

*De ritibus Catholicorum,* li. 1.

*Conciones quoque uarias,* li. 1.

De alijs chronographi tacent. Manſit autem tredecim annis cum monachis antedictis in Huenſi inſula, quę Scotico mari circum alluitur. Et tandem anno a ſeruatoris aduentu in carnẽ 729. fatali neceſſitati conceſſit octauo calendas Aprilis, & ipſo Paſchatis die, etatiſque ſuę anno. xc. in eodem cœnobio ſepultus, Mordaco Scotis imperante.

FElix Crolandienſis, ex prouincia Merciorum ſeu mediterraneorum Anglorum, poſt utcumque guſtata ſecularium artiũ in ipſo iuuentutis flore rudimenta ſub pręceptoribus eruditis, Benedictinẽſium monachorũ perpetuo ſe mancipauit inſtitutis. Crolandia locus admodum paluſtris eſt, inter Eligenſem inſulam & fluuium Nynam, qui primum celebris eſſe cœpit, ſolitarij cuiuſdã Guthlaci incolatu & ſepultura, poſtmodum a cœnobij ſplendore, quod tandem ab hoſpitalitate ciuili, facetę urbanitatis cognomen acceperat. Profecit apud eos in diuerſis ſcientijs Felix, atque magis profeciſſet, ſi Chriſti ueritatem omniũ earum agnouiſſet magiſtram. Non enim tot anilibus tunc fabulis, ita procuraſſet ad monachorum ſuorum quęſtum, idololatriam, abrogato uero Dei cultu. Porro non ſine erroribus multis Latina proſa congeſſit, & Ealfwaldo (Eluoldum Polydorus habet) orientalium Anglorum regi dedicauit,

*De uita diui Guthlaci,* li. 1.

Aliorum eius operum titulos non uidi, quamuis adhuc exarauerit plura. Claruit ãno ab aduentu in carnem filij Dei. 730.

ſub

ſub Ethelbaldo Merciorum rege. Et fictis narratiunculis, im
mo manifeſtiſſimis mendacijs, prędicti Guthlaci hiſtoriam,
monachico more impleuit. + a barbarous worde deuised dispitefullie by Bal[e]
+ monastico

BEdas Girwinus, ob uitę modeſtiam uene
rabilis nuncupatus, ex infimo Angloſaxo
num genere, humilique pago Girwini oriũ
dus, in Wiremuthẽſi ac Girwinẽſi ſub uno
abbate monaſterijs, uix quinque millearijs
inuicem diſtantibꝰ, omnem ętatem peregit.
Inter ſexcentos monachicę profeſſionis de
gens commilitones, totum perdidicit ſpiritualium chariſma
tum quod quiuis eorum habebat. Nihil uſpiam apud illos ſo
lidę eruditionis erat, in quo nõ ſumma cum laude uerſaretur.
Fuit in gentilium libris tam probe exercitatus, ut parem ſibi
eo ſęculo habuerit nullum. Phyſicen enim & mathẽmata, nõ
a riuulis ſordidis, ſed ex fontibus puriſſimis, hoc eſt Gręcis &
Latinis authoribꝰ hauſit. In profeſſionis autem chriſtianę my
ſterijs tam exacte tritus, ut ob linguarum tum Gręcę tum La
tinę cognitionem, magno a multis Gregorio pręferatur. Nec
iniuria. Nam & ſtyli ſuauitate & dicendi copia, illum in ple
riſque ſuperat. Nihil fere lectu dignum in omni reperitur ue
tuſtate, quod non ſuo loco legatur in Beda, nunquam tamen
Britãnię limites egrediebatur. Si Auguſtini, Hieronymi, aut
Ioannis Chryſoſtomi ętate claruiſſet, cum literę adhuc purio
res, ac doctrinę ſynceriores extitiſſent, non dubito quin iure
potuiſſet de paritate cum eis contendere. Quod inter tot ſu
perſtitionum monſtra tam caſtos ediderit fructus, conſydera
Lothum inter Sodomos iuſtũ, tres pueros in fornacis flamma
non lęſos, atque Philippios in medio nationis prauę, fideles.
Illum tamẽ ex tẽporis indignitate, non poſſũ omni impoſtricis

doctrinę inquinamento leuare, quum eius ubique Chronica monachorum portentis, ex nimia referentium credulitate, ſcateant. Preſbyteratum a Ioanne Beuerlacio pręſule ſãctiſſimo (cui & familiariſſimus erat) ſuſcepit. Opuſcula uero ędidit omni pietatis ac doctrinę genere refertiſſima ſcilicet,

| | | |
|---|---|---|
| *In Geneſim uſque ad Iſaac,* | *li.1.* | |
| *In Geneſim ad literam,* | *li.1.* | *Vtique non in principio temporis,* |
| *In Exodum,* | *li.1.* | *Hæc ſententia Eſdræ prophetæ,* |
| *In Leuiticum,* | *li.1.* | *Ab aliquibus interrogari ſolet,* |
| *In Numeros,* | *li.1.* | *In exordio Numeri, dominus,* |
| *In Deuteronomion,* | *li.1.* | *Sciendum ſane eſt, quod in,* |
| *Explanationes in Ioſuæ,* | *li.1.* | |
| *In Iudicum quoque,* | *li.1.* | |
| *De tabernaculo Moſi,* | *li.iij.* | *Locuturi iuuante Deo de figur,* |
| *De uaſis & ueſtibus,* | *li.1.* | |
| *In Samuelem,* | *li.iiij.* | *Quæcumque enim ſcripta ſunt, ad* |
| *Super principio Regum,* | *li.ij.* | |
| *In Regum .xxx. queſtiones,* | *li.1.* | *Dilectiſſimo fratri Nothelmo,* |
| *De ædificatione templi,* | *li.ij.* | *Hortatur nos uas electionis,* |
| *In paralipomenon,* | *li.ij.* | |
| *In pſalterium,* | *li.1.* | |
| *In prouerbia Salomonis,* | *li.iij.* | *Parabolæ Græce Latine ſunt,* |
| *In Eccleſiaſten,* | *li.1.* | |
| *In Cantica canticorum,* | *li.vij.* | *Scripturus iuuante gratia,* |
| *In Eſdram, ad Accam,* | *li.iij.* | *Eximius ſacræ interpres,* |
| *In Nehemiam ad eundem,* | *li.1.* | *Nehemias interpretatur Latine,* |
| *In quædam capita Eſdræ,* | *li.1.* | |
| *In Tobiam,* | *li.1.* | *Liber ſancti patris Tobiæ,* |
| *In Iobum,* | *li.ij.* | |
| *In Canticum Abacuch,* | *li.1.* | |
| *In Eſaiam prophetam,* | *li.ij.* | |

*In hierē*

In Hieremiam, li.ij.
In Ezechielem, li.1.
In Danielem, li.1.
In minores Prophetas, li.xij.
In parabolas Euangeliorum, li.1.
In Euangelium Marci, li.iiij. Expoſitionem Euangelij ſecundum
In Euangelium Lucæ, li.vi. Beatus Euangeliſta Lucas.
In Euangelium Ioannis, li.1. Hic eſt Ioannes Euangeliſta,
Homelias Euangeliorum, li.ij. Exordium noſtræ redemptionis,
Homelias adhuc.xlix. li.1.
In Paulum ad Romanos, li.1. Paulus Apoſtolus quicum Saulus,
Ad Corinthios, li.ij. Paulus primo Saulus, hoc eſt,
Ad Galathas, li.1. Priores ſunt cæteri Apoſtoli,
Ad Epheſios, li.1. Elegit Deus in Chriſto &c,
Ad Philippenſes, li.1. Sicut ſunt duo timores,
Ad Coloſſenſes, li.1. Tunica illa domini deſuper,
Ad Theſſalonicenſes, li.ij. Hoc dicit, ne forte de tanti,
Ad Timotheum, li.ij. Quod iſte prophanas & aniles,
Ad Titum, li.1. Dicit Apoſtolus tempora æterna,
Ad Philemonem, li.1. Ad Philemonem ſcripſit Apoſt.
Ad Hebræos, li.1. Erat ille dominus prophetarum,
In multa Apoſtoli capita, li.1.
In Acta Apoſtolorum, li.ij. Actus uero Apoſtolorũ, & præcĩ
In Epiſtolam Iacobi, li.1. Dixit de hoc Iacobo, Apoſtolus,
In Epiſtolas Petri, li.ij. Aduenæ Latine, Græce dicuntur,
In Epiſtolas Ioannis, li.iij. Hanc epiſtolam beatus Apoſtolus.
In Epiſtolam Iudæ, li.1. Iudas Apoſtolus, quem in Euãgelio,
In Apocalipſim Ioannis, li.iii. Fundata per Apoſtolos eccleſia,
De gratia Dei, li.1.
De laude charitatis. li.1.
De paſche celebratione, li.1.

| | | |
|---|---|---|
| De ordine feriarum paſchalium, | li.1, | |
| Canones ad hæc inuenienda, | li.1. | |
| Nomina ſacrorum locorum, | li.1. | Acheldemach, hoc eſt ager, |
| Aetates ſex mundi, | li.1. | De ſex mundi huius ætatibus, |
| De natura rerum, | li.1. | Operatio diuina quæ ſæcula, |
| De temporum ratione, | li.1. | Tempora momentis, horis, |
| Maius de eiſdem uolumen, | li.ij. | De natura rerum & ratione, |
| Lectiones in uetus teſtamentum, | li.1. | |
| Lectiones noui teſtamenti, | li.1. | |
| Diſtinctiones in hieremiam, | li.1. | |
| Diſtinctiones in Iobum, | li.1. | |
| De Chriſto & eccleſia, | li.ij. | |
| Manſiones filiorum Iſrael, | li.ix. | |
| Flores Gregorij in Cantica. | li.ij. | In expoſitione Cantici canti. |
| Scintillarium ex patrum ſentẽt. | li.1. | Dominus dicit ĩ Euãgelio Math. |
| Angloſaxonũ hiſtoriam eccleſ: | li.v. | Glorioſiſſimo regi Ceoluulpho, |
| De hiſtorijs ſanctorum, | li.1. | |
| De paſſione felicis, | li.1. | |
| Vitam Alberti epiſcopi, | li.ij. | |
| Vitam Cuthberti uerſibus, | li.1. | |
| Chronicon ſui cœnobij, | li.ij. | |
| Ad amicos principes, | li.1. | |
| Vitam Anaſtaſij ex Græco, | li.1. | |
| Martyrilogium de ſanctis, | li.1. | Feſtiuitates ſãctorũ Apoſtolorũ, |
| De uerſibus componendis, | li.1. | Qui noticiam metricæ artis, |
| De ſchematibus & tropis, | li.1. | Solet aliquoties in ſcriptura, |
| Hymnorũ diuerſo carmine, | li.1. | Primo Deus globum cœli, |
| Pro Etheldreda carmen, | li.1. | Alma Deꝰ trinitas, quæ ſæcula, |
| Epigrammata heroico metro, | li.1. | |
| De ſyllabarum quantitate, | li.1. | |
| De orthographia, | li.1. | |

De arte

*De arte muſices,* li.1.
*Abacum numerandi,* li.1.
*De computatione per digitos,* li.1.
*De ratione biſextili,* li.1.
*De æquinoctio nouennali,* li.1.
*De ſaltu lunæ,* li.1.
*De myſterijs ſacrorum,* li.1.
*Epiſtolarum ad diuerſos,* li.1.

Atque ſine certo numero adhuc alia,ut tradūt Honorius,Ranulphus, Tritemius,& Bergomas. Euangeliū Ioannis pro ineruditi uulgi notitia,in patriam tranſtulit linguam. Nuſquam fuerat hic Rome, licet plures id dicant,& quamuis eſſet a pōtifice ad id rogatus,Sed diuino afflatus ſpiritu, prędixiſſe fertur futurum, ad amicos principes,ut breui res chriſtiana incredibili afficeretur detrimento,niſi pullulanti tunc incēdio maturius occurreretur, Ita concludens, Regna ruent Rome, ferro,flāmaque.fameque. Senio confectus tandem, in medijs diſcipulorum amplexibus. vij. calendas Iunij, fœliciſſimum ſortitus eſt exitum.āno ſalutis humanę.734.& ętatis ſuę.lxxij. Girwini ſepultus,ſub Egberto Northumbriorum rege. Inde poſt longa temporum curricula, Dunelmum eſt corpus ſine canonizatione tranſlatum. Durham.

Willibrordus Clemens,in Riponenſi territorio, Sep tētrionalium Anglofaxonum genere procreatus, atque ſub Wicberto & Egberto monachicis prę ceptiunculis inſtructus, cum duodecim ſocijs in Gallias tandem non miſſus uenit, Inde Romam a Pipino Francorum principe cum epiſtolis commendaticijs directus, anno domini.696.per Sergium papam in Clementis feſto (a

quo &

quo & cognomentum tunc accepit ) ad Friſones , Schlauos, & Batauos archiepiſcopus ordinatur. Nã & ipſe fatetur Platina, ſub hoc pontifice Saxones Romanę fidei characterẽ induiſſe primum. Qui mox reuerſus, memorati principis dono ( quo citius Rathbodum imperio ſpoliaret ) Traiecti ſedem epiſcopalem conſtituit. Hic inter cętera cudiſſe tũc memorat,

*De ſua peregrinatione,* *li. 1.*

Homelias quoque & epiſtolas plures. Inter pontifices Romanos ac Francorum principes, tunc mutuo laboratum eſt, pro ampliandis eorũ imperijs, populis per huiuſcemodi monachos Romiſticã religionem ſuſcipere coactis. Obijt Willibrordꝰ ſeptimo idus Nouẽbris, ãno uerbi ĩcarnati, 736. epiſcopatꝰ ſui. xl. & ętatis, lxxvi. Epthernaci ſeu Aſternaci ſepultꝰ.

Cymbertus Lindeſeius, ex illuſtri quadam ortꝰ Angloſaxonum familia, & uirtutum ornamẽtis, prudentia uidelicet ac ſcientia multipliciter decoratus, nobile apud ſuos ex probabilibus factis acquiſiuit nomen. Apud Lindeſeiã regni Merciorum urbem conſtitutus demũ epiſcopus, Romanas conſuetudines cõſodalium more, per eam prouinciam inter concionandum docuit, diuina per illas corrũpens dogmata. Huius eſſe ſe adiutum laboribus, in Angloſaxonicę hiſtorię conſarcinatione, cãdide fatet̃ Bedas in epiſtola ad Ceolwulphum regem, eidem operi pręfixa. In prouincia (inquit) Lindiſſi. quę ſint geſta erga Chriſti fidem, quę uel ſucceſſio ſacerdotalis extiterit, uel literis reuerendiſſimi antiſtitis Cymberti uel aliorum fidelium uiua uoce didicimus. Porro collegerat antea Cymbertus,

*Suæ gentis annales,* *li. 1.*

*Ad Bedamque compoſuit,* *epi. plu.*

Et

Et alia nōnulla, Claruit anno a Chriſti ſeruatoris ortu, 730, ſub Ethelbaldo Merciorum rege, Fuitque ea epiſcopalis ſedes, ad Lincolniam poſt. ccc. & lx. annos per Anglorum regem Guilhelmum cognomento Rufum tranſlata, ut in ſui Polychronici li. 1. ca. 55. Ranulphus tradit.

NOthelmus Londinenſis, uir certe eruditiſſim⁹ atque grauiſſimus, primum erat ſuę ciuitatis preſbyter, poſtea epiſcopus, & multa reliquit ętate ſua diuinarū humanarūque ſcripturarū documenta. Is ab Alcuino uiro doctiſſimo prouocatus, diſcipulorū Gregorij geſta, a primo eorum in Britanniam aduentu, per prouincias Cantuariorum & Londinenſium, atque contiguas eiſdem regiones collegit. Immo Romam ea ratione ueniens, Gregorij ſecundi pontificis permiſſu, nonnullas inuenit, perſcrutatis illius eccleſię ſcrinijs, ſchedulas & chartas ad ea pertinentes. Iſtis omnibus ſuas addidit idem Alcuinus quoque, per Northumbriam & Cantiam collectiones, quas etiam cum alijs ſcriptis ad Bedam miſit, per iſtum procurans ab eo fieri plenam Angloſaxonicę eccleſię hiſtoriam. Monumentis ergo literarum tradidit Nothelmus,

*Acta ſeniorum eccleſiæ,* li. 1.

Cętera eius ſcripta non uidimus. Huic uiciſſim triginta quęſtiones, quas fecit in Regum libros, dedicauit Bedas. Poſt mortem Tadwini, Cantuarienſis eccleſię archiprę ſul conſtitutus, quinque durauit annis, in eadem demum poſt fata quoque ſepultus, anno Chriſti domini noſtri, 739. Alrico in Cantia regnante.

O Daniel

DAniel Wentanus, in occidentalium Anglorum terris natalium ſplēdore coruſcus, poſt literarios in diuerſis regionibꝰ labores, Aldelmo Bladunio (cui Achates atque conterraneus erat) in omni bonarum diſciplinarum genere, habebatur ſemper equalis. Vnde Hedda illius gentis epiſcopo, anno domini. 704. defūcto, Brithwaldus Cantuariorum archiepiſcopus & primas, in duas ſtatim parœcias ſeu diocœſes prouinciā illā diuiſit, Aldelmo Shireburnam tribuens, ac Danieli Wentā, quę nūc appellatur Wintonia. Ambo (inquit Bedas) in rebus eccleſiaſticis, & in ſcientia ſcripturarum eleganter inſtructi, ſtrenuiſſime ipſis pręfuerunt eccleſijs. Coaceruauit hic Daniel, homo undecūque doctiſſimus, quamplura, quibus Bedas in ſuorū cōcinnatiōe chronicorū creberrime utebat, pręſertim,

*Hiſtoriam ſuæ prouinciæ,* li. 1.<br>
*Auſtralium Saxonum geſta,* li. 1.<br>
*De rebus Vectæ inſulæ* li. 1.<br>
*Vitam Ceddæ epiſcopi,* li. 1.<br>
*Pro Wenefrido ad Grego.* epi. 1.

Et alia, quę ex ſcriptorum ignauia nos latent. Ex uita migrauit anno ab incarnato Meſſia. 746. & epiſcopatus ſui. 42. ſub Sigeberto Viſiſaxonum ſeu occidentalium Anglorū rege. Iſtum ad ducentos annos pręceſſit alius Daniel Britannus, ei doctrina non inferior, epiſcopus Bangorenſis.

WEnefridus Bonifacius, claro Anglorum ſanguine Londini natus, in Cirenceſtrenſi monaſterio (Ciceſtriam uocāt modo) ſub Wolfhardo abbate monachus, aſſiduam dabat literarum ſtudijs operam. Poſt nationale illud cōciliū, quod Brithwaldus Cātuarięſis archipręſul Lōdini celebrabat, Danielis Witoniarū epiſcopi

literis

literis bene armatus, Romam adiuit. Vbi pontifex Gregoriꝰ ſecundus,probata hominis fide,perſpectaque eius animi magnificentia,ſeu potius inuerecundo ſupercilio, uidit eũ ſuis rebus idoneũ.Et extemplo cum plena illũ authoritate mitteread Germanos,populum (ſicut eos tunc nominabat) immaniſſimum, ut & illos in ſuam coerceat fidem. Nec fuit a Chriſto incarnato quiſquam,qui propius expreſſerit alterã illam in Apocalypſi Beſtiam.quę de terra aſcendens, duo gerebat cornua agni ſimilia. Nam papę, Antichriſto magno ſecundus erat,aperto etiam ipſius teſtimonio,dum ſũma legatione fũgens ad Bauaros,Turingos,Heſſos,Saxones,Dacos Phriſios,ac alios Germanię populos Magũtinenſis archiantiſtes atq; Colonienſis eccleſię prefectus ordinatus,proficiſceretur.Centum hominum millia ſignauit charactere pontificio in Bauaria,& terrore magis quam pia doctrina Antichriſti regno adiunxit,pręter id quod in Gallijs ſacerdotũ princeps fecerit.Celebrauit ſynodos,ordinauit epiſcopos,monaſteria condidit,coniugia damnauit,peregrinationes inſtituit,mortuorũ oſſa uenerari pręcepit,ueſtales ſermocinatrices cõtra Pauli doctrinam admiſit,effecitque ut multi cũ oblationibꝰ Romam peterent. Hildericum legitimũ Francorum regem depoſuit,Pipinum eius loco ſubſtituit,ac populum omnẽ ab eius fidelitate abſoluit,& hęc omnia per Romanorum pontificum canones egit.Longobardorum regnum in Petri patrimoniũ uertit,ac Romanum imperium mirabili artificio tandem (nam & id ſtatim poſtea ſequebatur) a Gręcis tranſtulit ad Germanos,eadem fretus authoritate. Atque hęc omnia fecit Bonifacius iſte,ut terram inhabitantes, primã adorarẽt Beſtiam, Apocal.13. Quãplura etiam ſcripſit,quibus hęc & conſimilia perpetuaret,ſpeciatim iſta.

*De ſua fide & doctrina,* li.1.

| | | |
|---|---|---|
| *De religione ſanctitatis,* | li. 1. | |
| *Pro rebus eccleſiæ,* | li 1. | |
| *Inſtituta ſynodalia,* | li. 1. | |
| *De ſuis in Germania laboribus,* | li. 1. | *Per Dei gratiam Germaniæ pop.* |
| *Ad quatuor papas epiſt.* | li. 1. | *Domino excellētiſsimo Gregorio,* |
| *Ad Ethelbaldum regem,* | li. 1. | *Domino chariſſimo Ethelbaldo,* |
| *Vitam Liuini martyris,* | li. 1. | *Tempore quo Colmannus inclytus,* |
| *Vitas aliorum ſanctorum,* | li. 1. | |
| *De fidei unitate,* | li. 1. | |
| *Contra hæreticos,* | li. 1. | |
| *Epiſtolarum ad diuerſos,* | li. 1. | |

Et adhuc alia nōnulla. Contra iſtum papę Apoſtolū magnū & eius pſeudodoctrinam, inſurgebant duo uiri docti, Adalbertus Gallus & Clemens Scotus, qui ſtatim propterea ad iudicabantur hęretici, quod eum nominaſſet adulatorem & mollem martyrem, ſimulque cum doctrina uitam incuſaſſet. Conferebant enim eius curſum atque uitę genus ad Apoſtolorum Chriſti exempla, quod illi odioſiſſimum erat. Scripſit igitur ſuper his ad pontificem, grauiter hęreticos accuſans, quos & ille cum obaudientibus uiciſſim excōmunicat ac interdicit ſacris, Adalberto diu in Fuldēſis monaſterij carcere poſtea grauato, ut poſt Wilibaldum Wicelius teſtatur. Fuldēſe enim monaſteriū cōdidit, quo nulli mulieri patebat ingreſſ', niſi ſoli Liebę Anglicę, ueſtali ſibi deditiſſimę, cuius corpus in eodem ei monumento conſepeliri iuſſit adhuc uiuens. Ad Borneripam a Friſijs tandem cęſus, cum. liiij. familiaribus occubuit, nonis Iunij, dum neophytos confirmaret anno ſalutis humanę. 755. & ętatis ſuę. lx. cum. xxxvi. annis. vi. menſibus, & vi. diebus legatione functus fuiſſet. Sepultuſque eſt primo Traiecti, inde Maguntię, poſtremo Fuldę in monaſterio, regnante Offa Merciorum rege in Anglia.

Egbertus

buried verie often, a needles busines.

EGbertus Archiepiſcopus Eboracenſis, a Paulino ſeptimus, Egberti Northumbriorũ regis frater, literatorum uirorum fautor ac Mecœnas habebatur ętate ſua maximus. eruditiſſimus & ipſe. A duobus eum ad aſtra commendat Guilhelm⁹ Malmeſburienſis li.4. de pontificibus. Ab induſtria primũ, quod res ſuas tam ſtudioſe curauerit, archipręſulatum priſtinę ſuperbię per recuperatum pallium reſtaurans. Deinde ab amore literarum, quo nobiliſſimã librorum Bibliothecã Eboraci olim in ſtudioſorum gratiam inſtituit. De hac enim Bibliotheca inſignem facit mentionẽ Flaccus Albinus (quẽ & autores Alcuinũ cognominãt) Caroli magni pręceptor, in epiſtola quadam ad Anglorum eccleſiam, his uerbis, Date mihi (inquit) eruditionis libellos, quales in patria mea Anglia per induſtriam magiſtri mei Egberti habui, & remittã uobis aliquos ex pueris noſtris, ut excipiant inde neceſſaria & reuehant in Franciam flores Britannię. Et non ſit tantum in Eboraco hortus cõcluſus, ſed etiam in Turonia emiſſiones paradiſi. Congeſſit inter alia Egbertus.

*Pro diſcipulorum eruditione,* li, 1,
*Homelias & lectiones,* li, 1,
*Ad ſuæ prouintiæ ſacerdotes,* li, 1,
*Ad Zachariam pro pallio,* epi, 1,
*Ad Egbertum fratrem regem,* epi, 1,
*Ad Alcuinum Diaconum,* epi, 1,

Et alias ad diuerſos epiſtolas. Nullus eorum (quos uidi) hiſtoricorum, cętera huius commemorat ſcripta. Claruit anno ab apparente in carne Dei filio. 760. Ethelwoldo Northũbrijs dominante, ac poſt. xxxvi. adminiſtrationis ãnos, ex rebus humanis ademptus, Eboraci ſepelitur. Circa hęc tẽpora, Merciorum rex Offa Romę collegiũ pro ſua gente fũdauit,

ac pontifici uolens, annuū Pendit tributū. ☞ Iſtum te cuperem (candide lector) in prefatione fo.3. Pag.2. li.13. Wilfridi Iunioris loco ponere, ſub nomine Egberti ſeptimi.

VVilibaldus Epiſcopus, illuſtri orietaliū ortus familia, prefati Wenefridi diſcipulus & nepos, acerrimo ſub eo labore, ad artium humanarū ſtudia ſe totum conferebat. Ingenium habebat hiſtoricorum teſtimonio, ad omnē muſarū redolentiā apertum, memoriāque non infœlicem. Angliam cum fratre Winebaldo & ſorore Walburga relinquēs, longā peregrinationē poſt auūculū in Gemaniā cepit. A quo tandē āno domini.747. primus Eyſtetenſis antiſtes, atque ſummus ſub eo cācellarius ordinatus, cū Burchardo etiā Anglo & Herbipolēſi preſule, Romanā ſynagogā nōnullis auxit ſuperſtitionibus. Protulit iſte inter cetera ſua ſcripta, ad Lulli tunc Maguntinenſis archiepiſcopi petitionem, aſſiduam,

*Vitam præfati Bonifacij*, *li.1.* *Illuſtrem ac uere beatam*,
*Vitam Walburgæ ſororis*, *li.1.*
*Epiſtolas ad amicos*, *li.1.*

Ferūtur & alia, ſed nondū publicata. Poſt Bonifacij cedem, ad ſeniū uſque laborabat in edificādis monachorū cœnobijs licet ſūptibus alienis. De animab⁹ uero, pauciſſima aut nulla fit mētio. Claruit anno poſt ſeruatorē natū .760. imperante orietalib⁹ Anglis Ethelberto rege. Mortu⁹ demū nonis Iulij, Eyſtete in ſua eccleſia ſepelitur. Cuius tamen reliquie nunc ſeruantur Furnis.

FLaccus Albinus, qui & Alcuinus Diaconus cognominabatur, Anglus natione, a nonnullis Eboracēſis putatur, ab alijs uero non procul a Londino fertur oriundus. Hic Bede primum, Egberti Archiepiſcopi poſtea diligentiſſimus olim diſcipulus, theologorū

theologorum ſuę ętatis, immo omniũ Anglorũ poſt Bedã & Aldelmũ longe eruditiſſimus habebatur, maxime quod eſſet Caroli Magni pręceptor, & academię Pariſiorũ inſtitutor. Cantabrigię (ut eorũ annales produnt) liberales artes omnes publice poſt Bedam docuit, ac tandem Eboraci ſub Egberto pręlegit, philoſophorum ſui temporis anteſignanus, Latine, Gręce, & Hebraice peritus. Ab Offa potẽtiſſimo Merciorum rege, ad Carolum prędictũ pro pacis fœdere atque alijs regnorum negotijs miſſus, perſpecta eius eruditione, fit ex legato hoſpes, & ex hoſpite magiſter delicioſus, non aliter quam apud Athenienſes olim Gorgias. Vnde illũ ſolum inſtructorem habebat Carolus in rhetoricis, dialecticis, mathematicis, ac theologia. Simul & computandi artem, atque uarios ſyderum curſus, copioſiſſime ſub eo didicit. De quo Bebelius in quadam prefatione inquit. Albinus author ubique pius, ubiq; doctus, ſuccinctus, maturus, grauis, & ante multos alios pręcipue dignus, qui in manibus hominũ habeatur &c. ſtilus eius ſimplex eſt & purus. Abbas erat primo Cantuarię in monaſterio Auguſtini, ac demum Turonię in diui Martini cœnobio, Caroli Cęſaris dono. Gymnaſium ex Roma circiter annũ ſalutis .792. Lutetiam Pariſiorum tranſtulit (quod illuc prius ab Athenis perſimili cura uenerat) & coniectis primum ſtudij fundamentis per Ioannẽ & Claudium. mirifice illud lecturis publicis colluſtrabat. Huius celeberrimi hominis hęc ad poſteros manarunt, tam pie quam eloquenter elucubrata opuſcula,

| | | |
|---|---|---|
| *De trinitate & fide,* | *li.iij.* | *Domino glorioſo Carolo imper.* |
| *Ad quæſtiones Fredigiſi,* | *li.1.* | *Deſyderatiſſimo filio Fredigiſo,* |
| *Ad Eulaliã de ratione animæ,* | *li.1.* | *Chariſſimæ in Chriſti charitate,* |

Ad

Ad Guidonem de uirtutibus, li,1, Dilectiſſimo filio Guidoni,
De uirtutibus ad Carolum, li,1,
Sententiæ ſcripturarum, li,1,
In Cantica canticorum, li,1,
In Eccleſiaſten, li,1, Dilectiſſimis in Chriſto filijs,
Enchiridion Pſalmorum, li,1,
In Euangelium Ioannis, li,1,vij,
In Epiſtolas Pauli, li,1,xiiij,
In Apocalipſim Ioannis, li,1,
Quæſtiones in Geneſim, li,1, Dilectiſſimo in Chriſto Siguulfo,
De adoptione Filiorum Dei, li,1, Venerabili & in Chriſti charit.
De eccleſiaſticis dogmatibus, li,1, Credimus unum Deum eſſe,
Ad Anglorum eccleſiam, li,1,
Officia per ferias, li,1,
Correctiones diuinorum, li,1,
Homeliæ doctorum, li,1,
Ad Athelardū Cantuarienſē, li,1,
Speculum paruulorum, li,1, In ſcriptura diuina legimus,
De proprietate nominum Dei, li,1, Domino Deo rectori optimo,
Ad diſcipulos dialogus, li.1.
Acta diſcipulorū Gregorij, li.1.
Vedaſti epiſcopi uita, li.1.
De Rhetorica ad Carolū, li.1.
De liberalibus artibus, li.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, li.1.
Geſta Caroli magni, li.1.
Sermones elegantes, li.1.
Commentarij plures, li.1.

Sunt & alia nōnulla, quibus excellentis ingenij patefecit ui res. Eius in Gallijs doctrina multiplici, cœperunt homines ęquare antiquos pene Romanos, ipſoſq; Athenarū ſapiētes.

Claruit

Claruit anno reſtaurationis humanę, 780, uaria componens. Et tandem in Cormaricenſi cœnobio (quod ad Turonenſe ſpectat, & ad ſāctum Paulum dicitur) in humanis eſſe deſijt, honore non infimo inibi ſepultus, Anglis fere omnibus imperante Egberto rege illuſtriſſimo. His conſtat Anglos & Scotos Lutetię bonas artes publicaſſe primum.

IOannes Mailroſi⁹, cognomine & natione Scotus, Alcuini collega, & uenerabilis Bedę cum eo quōdam diſcipulus, atque dū Cantabrigię bonas literas profiteretur, frequens auditor extitit. Is cum eſſet utriuſq; linguę Latinę & Gręcę peritiſſimus (quod de ipſo hiſtorici fere ōnes unanimi teſtimonio referunt) adiuncto ſibi Claudio Clemēte pari doctrina prędito, cum mercatoribus Anglis Oceanū mare traiecit, Pariſiūque peruenit. Vbi cum inter cęteros in publicū prodijſſet forum, nec quicquam patria pręter bonas diſciplinas exportaſſet, ſe ſapientiam profiteri, eamque habere uenalē cum ſocio conclamabat. Quod audiens rex Carolus cognomento Magnus, prouiſis neceſſarijs, eos illico retinuit, ut cōfluentes ad ipſos undique nobilium Francorum adoleſcētes liberaliter erudirent. Frequens inde aduenientium illuc conuētus effecit, ut Pariſij ſtatim percelebre eſſet auditorium. Sanxit Carolus prouocante Alcuino, ut deinceps illic eſſet generale bonarum artium ſtudiū, & ut Claudius in eo prępoſituram gereret, Ioannes uero Papiam concederet, ut & illic quoq; Gymnaſio initia poneret. Compoſuit iſte elegāti ſermone rogātib⁹ diſcipulis clariſſima opuſcula, pcipue hęc,

*In Euangelium Mathei,* *li. iij.*
*De officijs humanis,* *li. 1.*
*De officijs diuinis,* *li. 1.*

*De diuiſione naturæ,* li.1.
*De Germanis, iuxta Irenicum,* li.1.
*Commentarios ſcripturarum,* li.1.
*Homelias eruditas,* li.1.

Nec dubito, quin his longe plura condiderit. In libro ſuo de naturę diuiſione, ſoluendis quęſtionib⁹ eſt utilis. Sed papiſtis plurimũ (Antonino teſte) diſplicuit, quod Gręcis aduerſus eorum inſyncera dogmata in plęriſque conſentiat. Diui Auguſtini monaſterio, Carolus hunc Ticini ſeu Papię pręfecit, anno noſtrę redemptionis. 792. in quo & ſenem obijſſe tandē nõnulli credũt, Scotis dominante Soluathio rege. Satis claret ex dictis, Alcuinũ & Ioãnē ĩter Anglos ita fuiſſe doctiſſimos.

CLaudius Clemens, natione Scotus, Alcuino & Ioãni condiſcipulus, Bedę ſaluberrimas frequētabat Cantabrigię & alibi lecturas, literarũ auidus. Erat ab ineũte ętate in diuinis ſcripturis ſtudioſus, Philoſophus, rhetor, & poeta non uulgaris. Multa in Gallijs & in Germania ſub Maguntinenſi Bonifacio pertulit, cum Adelberto quodam Gallo, uiro chriſtiane docto. Obnixe tamen in Chriſti ſpiritu reſtitit, ſuperſtitioſis eius conatibus circa cęlibatum, reliquias, imagines, pontificis primatum, regum depoſitiones, uiolata iuramēta, & alias adhuc impoſturas. Vide quam potēter tunc operabatur Satan. Tranſlatum per eũdem Bonifacium erat florentiſſimum Frãcorum regnũ, ab antiqua Merouei legitima ſtirpe (qui prim⁹ & pure Chriſtum, Sabellico teſte, ſuſceperat) in adulterinã Pipini progeniem, abſoluto etiam populo ab omni fidelitatis iure. Hocque ideo tunc fiebat, ut Synagoga meretrix poſt plenam ętatem Beſtię, ſuas exerceret ſpurcitias ac tyrãnides. Iſte Claudius alter erat cũ Ioãne Scoto, qui Pariſijs inter Anglos

mercatores,

mercatores,ſapiētiam habere ſe uenalem teſtabatur,nihilque petere mercedis loco,prçter uictum & ueſtes. Ediditque inter alia doctrinę monumēta,dū eſſet pariſijs gymnaſiarches,&āte,

*Sūmam quamdam*, li.1.
*In Pentateuchum*, li.v.
*In capita Iudicum*, li.1.
*Enarrationes in Ruth*, li.1.
*In Pſalterium*, li.1.
*In Euangelium Mathei*, li.1.
*In Paulum ad Galathas*, li.1. *Cauſa propter quam ſcribit.*
*De Euangeliſtarum concordia*, li.1.
*Contra Bonifaciū Anglum*, li.1.

Atque alia non pauca, ad Chriſtianā pertinētia religionem. Conſtitutus tandem epiſcopus Altiſſiodorenſis ſub Carolo magno, ſenex claruit anno poſt natum dominum .810. apud Scotos Achaio regnante,ī eccleſia ſua poſt fata ſepultus. Alphōſus de Caſtro Minorita,in opere aduerſus hereſes, aliquibus in locis taxat Bernardum Lutzenburgum Dominicanū, quod in ſuo Catalogo hunc & conſimiles alios in hęreticorū retulerit numerum,non citatis eorum hęreſibus.

HAymo Fuldenſis monachus,Angloſaxonū genere oriundus,Bedę uenerabilis non frater (ut plerique ſcriptores tradunt, prçſertim Sabellicus, Nauclerus,& Platina) ſed conſanguineus, optimaſque deſciplinas in Anglia ſub Alcuino prçceptore didicit. Fulde monaſteriū erat, a Bonifacio Anglo conditum in Buconia ſylua non procul Maguntia,ab Anglis ob Dacorum in Angliam inuaſiones & crudelitates,tunc maxime frequentatum, Illuc acceſſit Haymo uir undecunque

doctiſſimus, ac Bibliorũ interpres candidiſſimus, qui magnopere laborabat in factis Bedam exprimere. Quod & non infœliciter in multis præſtitit. Nã in declamandis ad plebẽ concionibus magnam habebat gratiam, & in lectionibus publicis ingenium excellens. Rabano fuit Achates fideliſſimus, dũ Fuldę, atque in Anglia prius, cum eo pariter cohabitaret. Abbas Hirſfeldenſis deinceps ordinatus, & poſtremo Halberſtatenſis epiſcopus, utrobique tertius, utrũque gregem iuxta Dei uerba, non hominum cõmenta (quę tunc maxime regnauerant in clero) fideliter gubernauit. Scripſit corruptiſſimo illo ſęculo, opuſcula pene infinita, non in papiſmum, ſed in rem chriſtianam conducibilia,

| | | |
|---|---|---|
| *Commentarios in Geneſim,* | li.1. | |
| *In Exodum,* | li.1. | |
| *In Leuiticum,* | li.1. | |
| *In Numeros,* | li.1. | |
| *In Deuteronomion,* | li.1. | |
| *In Ioſue,* | li.1. | |
| *In Iudicum,* | li.1. | |
| *In Ruth,* | li.1. | |
| *In Regum,* | li.iiij. | |
| *In Paralipomenon,* | li.ij. | |
| *In Tobiam,* | li.1. | |
| *In Eſdram & Nehemiam,* | li.iiij. | |
| *In Iudith,* | li.1. | |
| *In Iobum,* | li.1. | |
| *In Pſalterium,* | li.1. | *Hymni uocantur ſinguli pſalmi,* |
| *In Cantica canticorum,* | li.1. | |
| *In Heſter,* | li.1. | |
| *In Eſaiam prophetam,* | li.iij. | *Eſaias propheta nobili proſapie* |
| *In Hieremiam,* | li.1. | |

| | | |
|---|---|---|
| In Ezechielem, | li.1. | Et factum e Dicit beatus hiero. |
| In Danielem, | li.1. | |
| In Oſeam prophetam, | li.1. | Verbum quod factū eſt ad, |
| In Iohelem, | li.1. | |
| In Amos, | li.1. | |
| In Abdiam, | li.1. | |
| In Ionam, | li.1. | |
| In Micheam, | li.1. | |
| In Nahum, | li.1. | |
| In Abacuch, | li.1. | |
| In Sophoniam, | li.1. | |
| In Aggeum, | li.1. | |
| In Zachariam, | li.1. | |
| In Malachiam, | li.1. | |
| Homelias in Euangelia, | li.1. | Conſulens dominus humanæ, |
| Homelias hyemales, | li.1. | Non ſolum opera & uirtutes, |
| Homelias Aeſtiuales, | li.1. | Commendat nobis hæc ſacratiſ. |
| In Matheum, | li.1. | |
| In Marcum, | li.1. | |
| In Lucam, | li.1. | |
| In Ioannem, | li.1. | |
| In Paulum ad Romanos, | li.1. | A Corintho metropoli Achaiæ. |
| Ad Corinthios, | li.ij. | De nomine Pauli in epiſtola, |
| Ad Galathas, | li.1. | Quod nomen ſuum in omnibus, |
| Ad Epheſios, | li.1. | Multi quærunt quare Apoſtolus. |
| Ad Philippenſes, | li.1. | Quare poſuit nomen ſuum, |
| Ad Coloſſenſes, | li.1. | Myſterium quod abſconditum fuit. |
| Ad Theſſalonicenſes, | li.ij. | Nomen ſuum, ſuorumque ponit, |
| Ad Timotheum, | li.ij. | Paulus Apoſtolus Chriſti Ieſu, |
| Ad Titum, | li.1. | Cum dominus ac redemptor noſter. |
| Ad Philemonem, | li.1. | De nomine Apoſtoli ſæpius in, |

hoc opus Haymonis habeo

| | | |
|---|---|---|
| *Ad Hebræos,* | *li,1,* | *Omnis intentio beati Apoſtoli,* |
| *In Epiſtolas Petri,* | *li.ij.* | |
| *In Epiſtolam Iacobi,* | *li.1* | |
| *In Epiſtolas Ioannis,* | *li.iij.* | |
| *In Epiſtolam Iudæ,* | *li.1.* | |
| *In Acta Apoſtolorum,* | *li.1.* | |
| *In Apocalypſim Ioannis,* | *li.vij.* | *Legimus in eccleſiaſtica hiſtoria,* |
| *De uarietate librorum,* | *li.iii.* | *Cum ſis unicum & ſanctiſſimum,* |
| *De ſancta trinitatè,* | *li.1.* | |
| *De mundi uoluptate,* | *li.1.* | |
| *Enchiridion rerum chriſtianarũ,* | *li.1.* | |

Alioſque tractatus, & epiſtolas ſine certo numero. Epiſcopatui, non ad faſtum & pompam, ſed pium animarum lucrum (ut ex operibus liquet) tredecim annis pręfuit. Sęculo uale dixit tandem ſenio grauatus, incarnati uerbi anno. 854, indictione. xij. in diui Stephani templo Halberſtati ſepultus, Anglis imperante Ethelwolpho, & Alemanis Ludouico pio.

STrab⁹ Monach⁹, Fuldẽſis cœnobij in inferiori Alemania prope Maguntiam, ex Angloſaxonũ genere natus, Bedę ſanctiſſimi ſacerdotis licet nõ german⁹ (ut authores probati, Volateranus, Bergomas, & Textor commemorant) conſanguineus tamen iudicatur, & Alcuini quõdam diſcipulus. Dacis depopulatione crebra Britanniam infeſtantibus, Fuldam iuuenis acceſſit, iure cohabitationẽ exigens eo in cœnobio, quod Anglus Wenefridus Anglis monachis olim ad cõmanẽdũ conſtruxerat. Eo tunc in collegio rẽ omnem moderabatur Rabanus Scotus literarũ fere omniũ peritiſſimus, cui ex cõdiſcipulo diligens auditor ac notarius obuenit. Erat Strabus in ſcripturis tam diuinis quã humanis nobiliter doctus, ingenio & eloquio clarus, cõmẽta

torque ſacrorum eloquiorũ ſtudioſiſſimus. Vnde quod apud alios authores ſpacioſum reperit, in compẽdia ſeu Epitomen redigere commodum duxit. Et ubi illi copioſe ac large, ſuccincte magis ipſe rem omnem tractare curabat. Compoſuit uero ad poſterorum commoditatem Chriſtianam,

| | | |
|---|---|---|
| *Explanationes in Geneſim,* | *li.1.* | |
| *In Exodum,* | *li.1.* | |
| *In Leuiticum,* | *li.1.* | *Libri leuitici breuiſſimam,* |
| *In Numeros,* | *li.i.* | |
| *In Regum,* | *li.iiij.* | |
| *In Iudith,* | *li.1.* | |
| *In Heſter,* | *li.1.* | |
| *In Sapientiam,* | *li.iij.* | |
| *In Eccleſiaſticum,* | *li.x.* | |
| *In Hieremiam,* | *li.1.* | |
| *In Machabeos,* | *li.iij.* | |
| *In Acta Apoſtolorum,* | *li.1.* | |
| *In Apocalypſim,* | *li.1.* | *Sicut in ſecularibus literis,* |
| *Ad Ludouicum Cæſarem,* | *li.1.* | |
| *De officijs Eccleſiæ,* | *li.1.* | |
| *Homelias elegantes,* | *li.1.* | |

Et alia multa. Iſte gloſſam, quam uocant ordinariam, ex patrum ſententijs pie collectam, primus adiunxit Biblijs, quam alij poſtmodũ corrupte magis ampliarũt. Claruit Strab⁹ ãno poſt uirginis partum. 840. Bedam, Haymonem, & Rabanum fideliter imitatus, niſi quod breuius omnia tractarit, ſub Ethelwolpho Anglorum & Ludouico Germanorum principib⁹.

MAgnẽtius Raban⁹ Maurus, natione Scot⁹, Alcuini Angli theologi ꝑclariſſimi quodã auditor diſcipuluſq; coniũctiſſim⁹, õni ſub eo ĩ Anglia *bonaꝝ literaꝝ* genere

genere mirabiliter ꝓfecit, Ricobaldus Ferrariẽſis, Ptoleme⁹, Volateranus, & adhuc alij, hunc Anglum fuiſſe affirmant, credẽtes (ut apparet) ex Geographorum lectione, utramq; gentem eſſe unam. Quod tamen in Britannorum uocabulo magis quadraret. Ab Achaio Scotorum rege ad Carolum Magnũ, Rabanus cõ aliquot theologis ac regis Fratre Guilhelmo, mittebatur nũcius pro perpetuo illo inter Scotos & Gallos firmãdo aduerſus Anglos fœdere, Quod in hodiernum uſque diem (licet eorꝫ ſemper malo) in cauſis etiã iniuſtiſſimis perdurat raro uiolatum. Iuuenis adhuc, atque õnibus dicendi generibus peritus, Pariſienſem ſcholã tunc primum inchoatam, ſua doctrina celebriorẽ reddidit. Nam ſũmus theologus erat, philoſoph⁹ & aſtronomus, carmine proſaque per ea tempora diſertus, ac multa in Bibliorum libros luculenter & accurate cõſcripſit. Ex monacho demũ & abbate Fuldenſi, conſtituitur archiepiſcopus Maguntinenſis poſt Otgarium. Vbi congregata ſynodo aduerſus Godeſcalcum ſacerdotem anno domini. 848. (qui uiſis eorꝫ inceptis ac practicis, ex. 24. Mathei, prędicabat inſtare iudicij diem) multa conſtituit incõmodum cleri. Reliquit Rabanus ex opulẽto ingenio monumenta quamplurima, pręcipue ad Freculphũ Luxouienſem epiſcopum,

| | | |
|---|---|---|
| *In Geneſim,* | *li, iiij,* | *In princi. c Plurima ſuper re.* |
| *In Exodum,* | *li, iiij,* | *Exodus exitus dici poteſt,* |
| *In Numeros,* | *li, iiij,* | *Numerorum librum multipli.* |
| *In Leuiticum,* | *li, iiij,* | *Sequentis libri, id eſt Leuit.* |
| *In Deuteronomion,* | *li, iiij,* | *Filij Iſrael caſtra mouerunt,* |
| *In Ioſue,* | *li, ii,* | *Domino beatiſſimo, uereque ca.* |
| *In Iudicum,* | *li, ij,* | *Poſt mortem Ioſuæ conſuluerunt,* |
| *In Ruth,* | *li, 1,* | *Scrutantibus ergo hiſtoriam,* |
| *In Regum ad Hilduinum,* | *li, iiij,* | *Fuit uir & c. Dicamus primum,* |

In

| | | |
|---|---|---|
| In Paralipomenon, | li.iiij. | Adam & c. Decimus ab Adam, |
| In Eſdram & Nehemiam, | li.iiij. | |
| In Tobiam, | li.i. | |
| In Iudith, | li.vii | Domine electe, & merito, |
| In Heſter, | li.i: | Liber Heſter, quem Hebræi, |
| In Iobum, | li.i. | |
| In Pſalmos, | li.i. | |
| In Prouerbia Salomonis, | li.i. | |
| In Eccleſiaſten, | li.i: | |
| In Cantica canticorum, | li.i. | |
| In Sapientiam, | li.iij. | Diligite & c. Admonet ſapiens, |
| In Eccleſiaſticum, | li.x: | Oĩs ſapientia & c, Principiũ ergo |
| In Eſaiam propheram, | li.viij. | Domino reuerendiſſimo & in, |
| In Hieremiam, | li.xx. | |
| In Ezechielem, | li.xx. | Et factum eſt & c. uſus prophecię |
| In Danielem, | li.iij. | |
| In Prophetas minores, | li.xij. | |
| In Machabeos, | li.iij. | Et factum eſt poſtquam percuſſit, |
| In Euangelium Mathei, | li.viij: | Expectationem itaque, |
| In Euangelium Marci, | li.iiij. | |
| In Euangelium Lucæ, | li.iij. | |
| In Euangelium Ioannis, | li.i. | Inter omnia diuinæ hiſtoriæ, |
| In omnes epiſtolas Pauli, | li.xxiii. | Venerando fratri Lupo, |
| In Epiſtolas canonicas, | li.vii. | |
| In Acta Apoſtolorum, | li.i. | |
| In Apocalypſim Ioannis, | li.i. | |
| De laude crucis, | li.ii. | Rex regum dominus mundum di, |
| Ad Haymonem de uniuerſo, | li.xxii. | Primum aqud Hebræos dei, |
| De uniuerſali natura, | li.i. | Vniuerſitatis diſputatio, |
| De diuinis officiis, | li.i. | |
| Ad Ludouicum regem, | li.i. | |

Q Ad Here-

# ILLVSTRIVM BRITANNIAE Scriptorum, Centuria ſecunda, Authore Ioanne Balęo Anglo.

IOannes Anglicus, põtifex Romanus, qui eius nominis a Sabellico ſeptimus, a Platina uero atque Boccatio octauus numeratur, mulier erat, & eccleſiam illam meretricis magnę eſſe ſedem ac omnium fornicationũ matrem, uiuidius quam ullus unquã Apelles, poſt plenã ętatem Beſtię patefecit. Hęc in Maguntia Germanorum ciuitate oriunda, ac Gilberta a parentibus nuncupata, dum Fuldę monaſterium Angli adhuc frequentarent, uni eorũ impenſe erudito monacho, cuius tenebatur conſuetudine, adhęrebat, & cum comutatis cũ nomine ueſtibus, uirilẽ mentita ſexum, Athenas proficiſcebatur. Vnde inter ueneres, tantũ in literis ingenij facilitate aſſiduaque opera ſub eo profecit, ut illo tandem mortuo, Romam reuerſa, ac pro iuuene Anglo ſuſcepta, interpretando & diſputando, etiam in ſcripturis ſacris, omnium longe princeps haberetur. Fuitq; ex ea re tantus illi conciliatus Romę fauor, ut ex Leonis quarti pontificis deceſſu, Papatus monarchiam ſub Ioannis octaui nomine, facile ſit adepta. Ceterum domeſtici Cardinalis concubitu (o ſancte cęlibatus) pregnans facta, uterũ ad maternos menſes mira celauit arte. Tum uero ex Vaticano quum in proceſſione ſolenni, Lateranenſem Baſilicam inuiſeret, inter amphitheatrum Domitiani & Clementis ędem, doloribꝰ partus ſubito obortis, enixa repente eſt, atque eo loci extincta. Statuiturque deinceps, ut creandorum pontificum genitalia ab ultimo Cardinale diacono, ex ꝑforata ſede attrectent, hac emiſſa uoce, Teſticulos

habet, ne amplius eo mulierum aſtu decipiantur patres. Sed fruſtra id fit, quum eos eſſe mares, teſtentur tam concubinę quã nothi. Scriptis reliquiſſe perhibetur hęc ingenioſa mulier, *Necromantica quædam,* li. 1.
Nam & ea arte, a ſoluendo ſtatim Satana, Papatum obtinuit Syluester ſecundus, & alij multi poſt illũ, perduratq; apud eos in hunc uſque diem. Obijt hęc Papa fœminea, anno poſt ſeruatorem natum. 856. tertio ſui pontificatus anno, Romę ſine pompa papali ſepulta. Potuiſſet hoc exemplũ inter Bonifacij magni Germanorum Apoſtoli potiora computari miracula, ob conditum ab eo Fuldę cœnobium, ſi non occuluiſſent Chronicorum ſcriptores monachi, quod monachus fuiſſet primus eius amaſius & alter cardinalis. Sors nõ omnino incõgrue, iſtam in ſubſequẽtis centurię frõtiſpitio locat, quũ maior eorum pars qui poſthac ueniunt, Babylonicę proſtitutricis libidini doctrinis ac ſtudijs inſeruiat.

REnnethus Scotorum rex, Alpini regis filius, in Argadia ut imperio maturus, in demortui genitoris loco a ſuis conſtituebatur. Ob patris necẽ in bello Pictorum, Pictos frequentibus prętijs ſuperatos, prorſus deleuit, Camelõdunũ regiã eorum ciuitatem ſolo ęquauit, & Scotorum regnũ ad Northumbriam protendit. Pictorum ſic regnum, cęſa pœne uniuerſa gente, in Albione eſſe deſijt, quum annos mille, centũ, & ſeptuaginta fuiſſet illic (Boethio teſte) ab illis regnatum. Erat tunc annus a Chriſti aduentu in carnem. Dccc. xxxix. Alia quędam geſſit, quibus ingenij fœlicitatem ad urbana ac religioſa perinde atque ad militiam oſtendit accõmodatam. Scoticarum etenim legum immenſam congeriem, ad cõmunem plebis utilitatem, ſuperuacanea reſecans, in breuem re-

degit formam,eam uocans,

*Breuiarium antiquarum legum,* li.1.

*Nouaſque eiſdem addidit,* li.1.

Et his in Foris publicis utuntur iuriſcõſulti. Moritur tandẽ rex omni uita illuſtris,pituitę exundantia apud Forteuiotũ, anno ſui regni.xx.Chriſti autẽ domini noſtri.855. Eius funꝰ celeberrima pompa in Ionam eſt elatum. Nõdum erat Scotiꝭ cũ regnũ in diocœſes diuiſũ,uſq; ad Malcolmi tertij tẽpora.

BVrchardus Dorceſtrius, ut ex eo Anglorũ comitatu oriundus,clericus,poſt diuerſa literarum ſtudia,mirificam (ut uidebatur) uirtutũ ſpirans fragrantiam,deſerta petiuit ſolitudinum loca, mundi huius incommoda pertęſus. Cuius uolatili ſtatim fucatę ſanctitatis fama,pertractus Fremũdus quidam, occidentalium Anglorũ regulus,uirente adhuc ętate iuuenis florẽtiſſimus, chriſtianę plebis regimen,quod a decrepitis parentibus unicus acceperat filius,poſt annum & dimidium nulla compulſus neceſſitate reliquit,ut eius otioſa ſequeretẽ ueſtigia. Non ita fecit rex Dauid in diebus Gad & Nathan prophetarum, neq; piiſſimus ille Ioſias qui abhominationes abſtulit a Iuda. Iſtam a torpenti monachorum otio generatam hypocriſim, horribilibus flagellis plagauit tũc dominus per Dacos ferociſſimos,ſublatis Eadmundo,Fremundo,& alijs adhuc cum innumera plebis multitudine prouinciarum regulis. Latino ſermone compoſuit Burchardus,ut quam pręſens uiderat,

*Fremundi prædicti uitam,* li.1.

Cętera eius ſcripta non uidi. Claruit ſenex anno a Chriſto redemptore nato.870.ſub Ethelredo Anglorum rege,Dacis Britanniam ubique uaſtantibus. Hunc ad centũ annos pręceſſit (ut in Wilibaldo pręnũciatur) alius Burchardus etiã

Neoti nũc dicitur) a Barrio diſcipulo ſepultus, ſub Alphredi regimine. Demum ſunt eius oſſa in Crolandienſi monaſterio, anno domini. 1213. tempore regis Ioannis, per abbatẽ Henricum collocata.

IOannes Patricius, alias Erigena, Britannus natione ſeu Guallus Anglicus, in Meneuia Demetarum urbe ſiue ad ſanctum Dauidem ex Patricio genitore natus, a pleriſque ſcriptoribꝰ Philoſophus, ab alijs uero, ſed perperam, Scotus cognominatur. Dũ Anglos Daci rapinis & bellis infeſtarent, ac omnia illic tumultubus eſſent plena, longam pergrinationẽ Athenas uſque ſuſcipiens, quamplures annos literis Gręcis, Chaldaicis, & Arabicis inſudauit. Omnia enim uiſitauit philoſophorum loca & ſtudia, immo & ipſum oraculum ſolis quod Aeſculapius ſibi conſtruxerat, In quo abſtinentiſſimo cuidam humilimus ſeruiuit, ut ſub eo omnis philoſophię inueſtigaret ſecreta. Inueniens tandem quod tam longiſſimo labore quęſiuerat, in Italiam & Galliam eſt reuerſus. Vbi ob incredibilem eruditionẽ, Carolo Caluo, & poſt eũ Ludouico Balbo acceptus, Dionyſij Ariopogitę libros de cęleſti hierarchia, ex Conſtantinopoli tũc miſſos, Latinos fecit ãno domini. 858. Profectus aliquanto poſt in Britanniã, Meneuienſi in monaſterio (quod ad Dauidis fanũ dicitur) ſe monachum fecit in ultimis Guallię finibꝰ. Nec poterat in eo diu latere. Sed inde uocatus ab Alphredo Anglorum rege, tam ſibi quãſuis liberis adhibitus eſt pręceptor. Vnde & ipſo adhortante, pręter alia ſtudiorum ſuorũ monumenta, e Gręco tranſtulit in tres linguas, Chaldaicam, Arabicam, & Latinã, Ariſtotelis Moralia de ſecretis ſecretorũ, ſeu recto regimine principum, opus exquiſitiſſimum. Hoc uiro eximio ceu

geniali

genialí quodam ſydere,adornabat Alphredus academiã ſuã Oxoniȩ tunc inchoatam. Erat ille primus,qui illic publice bonas artes profitebatur. Ioãnes iſte ſubtilitate ingenij per-acutus, quȩdam noſtrȩ religionis accuratiſſimȩ diſputata conſcripſit,prȩſertim,

*De immaculatis myſterijs,* li.1.
*De fide contra barbaros,* li.1.
*De corpore & ſanguine domini,* li.1.
*Pro inſtituendis nobilium filijs,* li.1.
*Verſiones Dyoniſij,* li.1.
*Moralia Ariſtotelis,* li.ix. *Non reliqui locum nec templum,*
*In Hierarchiam commentarios,* li.iiij.
*In theologiam myſticam,* li.1.
*Paraphraſticos tomos,* li.1.
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1.
*Dogmata philoſophorum,* li.1.

Et adhuc alia. In libro de Euchariſtia,fidem ſuam ex ſcripturis fatebatur,hoc ipſum ſentiens & docens,quod ex Biblijs & Auguſtino didicerat,&quod ſciuerat in Gallijs Bertramũ preſbyterum tradidiſſe. Qui liber in Vercellenſi ſynodo a Leone.ix.pontifice Romano poſtea dãnatur, quod eorum aduerſetur quȩſtui. In Malmeſberienſi cœnobio tandẽ ( quo recreationis gratia ſe contulerat ) inter legendũ à quibuſdã diſcipulis pugionibus interimebatur,ãno Chriſti.884.fortaſſis non ſine monachorum impulſu,quamuis eum inter eccleſiȩ martyres poſtea numerarint. ☞ Decipiũtur fere omnes hiſtoriarum ſcriptores,qui iſtum cum prȩcedente illo Ioãne Scoto Mailroſio,unũ fuiſſe fatentur, tã uicinitate temporũ, quam nominum ac doctrinarum paritate occȩcati. Videbit uigilans Argus ſeu oculatus lector,nõ ſatis cõuenire, quod audiuerit Bedam,& hucuſque ȩtatem protenderit, niſi ãnos

centũ

centum &. lxx. ad minus ei conceſſerint.

ASſerius Meneuienſis, Scriba, ex Demetarū quoqꝫ genere Britannus, prefati Ioānis conterraneus & (ut apparet) in monaſterio ad ſanū Dauidis, diſcipulus non infimus erat. In ſuis enim annalibus refert, cum affine ſuo eiuſdem ſedis archiepiſcopo (cuius fuerat cācellarius) ſe multa pertuliſſe incōmoda, ſub Hemeido quodam regulo, qui non raro in eius prouincie clerum tyrānizabat. Inde igitur relicta cum officio patria, ad Alphredū Viſiſaxonum, immo omnium fere Anglorum regem uenit, in eius atque filiorum preceptorem ſtatim poſt Ioannis obitū adoptatus. Factus demum epiſcopus Shireburnēſis (Sareſburiam nunc uocant) Oxonienſibus ſcholis adminicula ſua prebuit, & regem ut prouentibus ac ſtipendijs eaſdem augeret, ſedulis adhortationib⁹ prouocauit. Et ne inter ſcriptores uacuus inueniretur omnino, manū appoſuit atque congeſſit Latinis characteribus,

*Hiſtoriam Britannicam,* li. 1.
*Alphredi res geſtas,* li. 1.

Et quedam alia. Claruit anno a leta redemptoris natiuitate. 890. Alphredo in Anglia regnante. Author quidā ueturſtus & doctus, Paralepomena, opus terſum & ſpectabile, huius hiſtoriarum libro poſtea annexuit, ut ſepe Lelandus notat in antiquarum doctionum Syllabo.

ALphredus Magnus, Anglorum rex, in Vanatingo Bercherie oppido natus, quartus, & ultimus Ethelwolphi regis filius, egregie indolis & forme adoleſcens, plus ceteris ab utroque parente diligebatur. Primus iſte

erat (Capgrauio teſte) qui a pontifice Romano unctionem accepit,ideo eſt ei a patribus poſtea permiſſum, ut academiā fundaret.uti illi cui potius ex eo fiderent facto. Nihilominus ad literas & uirtutes natus,ab ętate puerili Saxonica ſeu Anglica edere carmina,at minime laſciua,dulciſſimū duxit. Velut alter Dauid fratrum ſuorum minimus,ad regnum tandem perueniens,accerſebat ſibi in conſiliarios ac pręceptores,uiros optimos atque doctiſſimos, Ioannem Patricium, Wirefrithum,Neotum, Aſſerium, Grimbaldū,& Donwolphū. Scholas bonarum diſciplinarum publicas,ad Oxoniū Neoti pijs monitis primus conſtituit,omnium liberalium artiū ſub ante dictis Ioanne & Aſſerio inueſtigator atque ipſe pręcipuus. Nam octo horas quotidie legendo,ſcribendo, dictitando,& orando tranſigebat,omneſque ad uirtutum & literarū ſtudia, tam nobiles quam uulgares,uiros & fœminas prouocabat. Sūmo ingenio,ſummaque prudentia ſingula gubernabat,& multas ac magnas a Dacis uictorias obtinuit. Ita doctus euaſit demū,ut Grammaticus,Philoſophus,Rhetor,Hiſtoricus,Muſicus,& poeta nō uulgaris haberet,Architector uero ac Geometer perfectiſſimus. Atque ut patriam ſuis ornaret laboribꝰ, quędā opuſcula edidit,quędā ex Latino in uernaculū idoma uertit. Compoſuit enim ex diuerſis legibus,utpote Troianorum,Grecorum,Britannorum, Saxonum, & Dacorum,

*Breuiarium quoddam,* li.1.
*Viſiſaxonum leges,* li.1.
*Regum fortunas uarias,* li.1.
*Dicta ſapientum,* li.1.
*Facetias & ſales,* li.1.
*Collectiones chronicorum,* li.1.
*Acta ſuorum magiſtratuum,* li.1.
*Manuale meditationum,* li.1.

*Tranſtulit*

*Tranſtulit uero in linguam Anglicam,*

*Hormeſtam Pauli Oroſij,* li.vij.
*Gregorij dialogos,* li.iiij.
*Paſtorale eiuſdem Gregorij,* li.ij.
*Molmicinas leges,* li.1.
*Martianes leges,* li.1.
*Geſta Anglorum Bedæ,* li.v.
*Boetium de conſolatione,* li.v.
*Pſalterium Dauidicum,* li.1.

Quod morte preuẽtus nõ perfecit. Multaque alia. Regnauit. xxix. annis, primum de Chriſtiana religione (ut tunc erat) deinde de liberalium artium ſtudijs, poſtremo de republica boniſque hominũ moribus optime meritus. Graui tactus morbo, ſupremũ diem obijt anno ſalutis humanę. 901. Wintonię in ſacerdotũ collegio ſepultus, poſtea in nouo monaſterio. Sed quia uetuerat uiuens quẽquam ad ſacerdotium admitti, cuius non fuerant probati mores aut ſcientię, fingebant impoſtores eius manes reſumpto cadauere per compita & domos diſcurrere. ¶ Huius iunior filius Ethelwardus, utraque ſciẽtia eruditus, quamplura quoque ſcripſit opuſcula.

EThelſtanus Anglorũ rex, Edwardi primi cognomento ſenioris ex Egwina puella forma eleganti primus filius, patri in regno ſucceſſit, ab Athelmo Cantuarienſi archiepiſcopo ad kyngſtonum oppidum ad decẽ milliaria a Londino maiorũ more coronatus. Vnde profligatis Analpho & Gothfredo Sithrici principis Daci filijs, Northumbrios demum in fidem recepit. Atque ita primus Anglorum regum erat, qui totius Anglię imperium obtinuit, quod deinceps centum &

quadraginta circiter annos durauit, quamuis non integrum, Dacis interim ad. xxx. annos intercedentibus. Pari quoque Fortuna Conſtantinum Scotorum regem, & Guallos Britānicos defectionem molientes, compeſcuit, uicit, in poteſtatēque redegit, Conſtantino in eius uerba iurare coacto, quod multis contigiſſe Scotorum regibus, ex chronicis eſt compertiſſimū. Hector Boethius, magnus Scotorū chronographus, Andream Apoſtolum narrat, iſtū confodiſſe lancea, Anglorum hiſtoricis ſimilia, ſed in contrarium referētibus de Ioanne Beuerlacenſi, acſi inter mortuos ſāctos inteſtina pro ſuis clientulis eſſent odia. Sed hęc facta referunt Scotorum annales, centeſimo fere anno ante Ethelſtani mortem, tam oculati ſunt eorum authores in annorū ſupputatione, cū ſuo Veremundo Hiſpano diui Andreę archidiacono, ne depręhendāt in mendacijs. Si dicant, duos eius nominis fuiſſe reges, adhuc improbi ſunt, quum nuſquam extiterit ille alter. Sed ſcribāt quid uelint pro tegendis eorum infortunijs, optimus erat hic princeps, omne ſtudium habens ad religionē & pacem. Nā ſcripturas diuinas uerti fecit in Anglosaxonicum idioma, ex puriſſimis Hebręorū fōtib⁹, per quoſdā Hebręos ad chriſtianiſmū (ut credere par eſt) in ſuo regno cōuerſos. Pręterea,

*Leges antiquas correxit,* li. 1.
*Nouaſque utiles edidit,* li. 1.
*Atque conſtitutiones in clero,* li. 1.

Quę, etſi ſalutares erant (inquit Polydorus) apud poſteriores tamen facile antiquatę ſunt. Et hęc fuerūt opera eius ultima, Quia ſtatim ſine liberis, poſt ſextūdecimū annū quam regnare cœperat, e uita migrauit Gloceſtrię, anno ab incarnato Meſſia. 939. in Malmeſberienſi monaſterio ſepultus, Eadmūdo fratre ſuccedente. Eius uitam Anglicis metris ornate compoſuit Ioānes Lydgate monachus Buriēſis uel ac ſanū

diui

diui Eadmundi apud Sudouolcas, ubi ſacerdotum collegiū poſuerat, anno regni ſui ſecundo.

ODo Seuerus, ex Dacis in orentali Anglorum regione oriūdus, utraque lingua Greca ac Latina tam peritus erat, ut quicquid uellet, ornato ſermone, quocūque etiam carminū genere proferre poſſet. Sub rege Eadmundo primo, cōſtitutus epiſcopus primum Sareſburienſis, deinde Cantuariēſis archipreſul, nolebat illi preſidere ſedi, priuſquā effectus fuerat a Floriacenſi abbate monachus. Audiuerat enim omnes ab Auguſtino in ea ſede monachos extitiſſe, clericoſque tūc uiderat ob eorum coniugia populis hypocriticorū monachorum ſuaſionibus inuiſos. Suſcepto mox pallio ab Agapito ſecundo pontifice Romano, ita deſeuiebat in regis Edwini cōcubinas (at nō in ſuas in cœnobijs) ut ī facie cādēti ferro eas turpiſſime notauerit, ac in Hiberniam exilio detruſerit. Pro magna heresi habebat chriſtianas ſacerdotū nuptias, ut monachiſmū papiſticū, merū diaboli inuētū proueheret, ac eorū prouētibus ſub eo ſuco ditaret. Ex cauteriato ingenio, hec pauca & inſyncera ſcripta ꝑduxit, Ad Floriacēſes monachos,

*Pro nepote Oſwaldo,* li.1.
*De fide Euchariſtiæ,* li.1.

Poemata quoq; diuerſa edidit, epiſtolas, ac ſtatuta ſynodalia. In clero Cantuariēſi ſub eo lis erat circa panē Euchariſticū affirmantibus quibuſdam priorem in eo manere ſubſtantiā, & tantum ineſſe figurā corporis & ſāguinis domini. Quod Odo non ſcripturis ſed preſtigijs ac mendacibus Satane miraculis diluere tūc laborabat. Fatali morte tādē eſt abſūptus, quarto nonas Iulij, āno a Chriſto īcarnato, 959. & archiepiſcopat⁹ ſui, xiij, Cāturie ſub Anglorū rege Edwino ſepult⁹.

ABbo Floriacenſis monachus,& eiuſdem monaſterij tādem prępoſitus in Aureliana diocœſi,natione Gallus cū Odonis nepote Oſwaldo pręceptor in Angliā uenit. Vir erat in omnibus ethnicorum literis magnifice eruditus,lingua & ingenio promptus. Atq; ob id Rameſię primū in cœnobio,deinde Eboraci,Burię,Cantuarię,& adhuc alibi publicas tenuit ſcholas. Fuere per illud tempus monachi Necromanticis pręſtigijs deditiſſimi,pręſertim Floriaci. Vnde prodijt impoſtor ille peſſimus Gerebertus.ſeu Sylueſter papa ſecūdus, qui poſt mille annos a Chriſti natiuitate de abyſſo diabolum ſoluit,ut palā Antichriſtus ſuam in ſanctos exerceret tyrannidem. Nam & illa portenta quę per operationem Satanę in Anglia tunc fiebant,ab illis qui huic erant a diutina conſuetudine ( de quib9 dicetur poſtea ) & hunc quoque ſuſpectum reddunt. Compoſuit Abbo Pręter alia ingenij ſyntagmata,exigente Dūſtano archiepiſcopo,

*Vitam Eadmundi martyris,* li.ij. *Domino ſancto Doroberneſi metro.*
*Super calculo Victorij* li.1.
*Additiones in eundem,* li.1.
*De motibus ſtellarum,* li.1.
*Rudimenta puerilia,* li.1.

De cęteris nihil hucuſque uidi. Claruit in Anglia ſub rege Edgaro anno poſt incarnationem Meſſię .972. Rameſię in monaſterio multa ſcribens & docens, Capgrauio teſte in ſuo diuorū Catalogo. Poſtea Floriacū reuerſus,& abbas effectus, ad quādam in Vaſconia cœnobij ſui cellulam ( quod rigidus eſſet ) a ſuis monachis, eliſo guture occiditur, anno Chriſti milleſimo tertio iuxta Sigebertum.

EDgarus Anglorum rex, regis Eadmundi primi iunior filius, Edwino fratre quaminique detruſo, regni per monachos ſuſcepit gubernacula. Erat ille inſanis eorum cupiditatib⁹ moleſtus, iſte uero uehementer inſeruiens, Dunſtani, Ethelwoldi, & Oſwaldi deliramentis, effectus imago Beſtię, non loquebatur niſi ut illi ſpiritum dabant. Ad eorum nutũ tunc omnia regebantur, ut in multis adhuc regionibus fit. Sub authoritate Ioãnis. xiij. papę (qui fuerat papę Ioannis. xij. ex ſpurciſſima meretrice Stephana filius) pręcepit per omnes fere regni ſui cathedrales eccleſias, eijci ſacerdotes cum ſuis uxoribus atque liberis, & monachos induci, ut omnia Sodomis oppleret̃. Verificatur de illo, quod in aliena terra, nempe Cãbria ſeu Guallia, lupos expulerit omnes, ſed uulpes (quę domini Dei Sabaoth demoliuntur uineas) in ſua terra dimiſit intactas, immo cum iniquiſſima Ieſabele ad menſam nutriebat. Edidiſſe interim per hiſtoricos fertur,

*Ad clerum Angliæ,* li. 1. *Quoniam magnificauit dominus,*
*Sanctiones ac leges,* li. 1.

Et alia quędam. Ferunt de eo poſt immẽſa illis immeritiſſime collata beneficia (nam quolibet anno cœnobiũ eis cõdidit, preter eccleſiarum pinguiũ donationes) quod fuerit adulter, homicida, tyrannus, ac triũ ſcortorum dominus. Illum tamen in ſanctos referunt, & ſcortum, & filiam, & omnes. Fato cõceſſit anno poſt ſeruatorem natum. 975. ętatis. xxxvij. & regni. xvi. menſe Iulio, Glaſcõnię apud monachos ſepultus.

EThelwoldus Wentanus, occiduorũ Anglorũ ſoboles, Glaſconię ſub abbate Dũſtano ſuperſtitionibus monachicis quamimprudenter ſeſe deuouit. De eo ſcribit, quod fuerit natura pręceps, & ĩgenio uafer, literarũq;

quocunque libuerat operari. Adeo frequẽs erat ei cum dia- bolis & mulieribus cõmertium, ut ſuper regem imperator effectus, per omnes Anglorum Fines innumeris poſſeſſioni- bus monachos ſuos tam uiros quam fœminas ditarit, ſacerdo tibus undique ob eorũ coniugia uiolẽter ſpretis & excluſis, Omni enim fallaciarum genere inſtructi, perditionũ artifices etiam per loquentes ſtatuas, & alia portentoſa experimenta practicabant (in monachorum conclaui, comitijs Wintoniȩ publicis hoc palam fiebat) ut ſingula in ſuum uerterent cõ- modum, quod non omnino tacuit Polydorus, licet alia cela- uerit multa. Nec ueriti ſũt & Angelos Dei tam execrabilium dogmatũ authores fingere. Similibus artificijs effectus Dun ſtanus ex abbate epiſcopus tũ Wigornienſis tũ Londinẽſis, ac demum archiepiſcopus Cantuarienſis, metropolis palliũ a Ioanne execrabiliſſimo papa fœdiſſimoque monſtro ſuſce pit. cum plena eius in coniugatos clericos poteſtate. Vnde & protulit ad infructuoſam poſterorum lectionem,

*Contra regem Edwinum*, *epi. plu.*
*Ordinationes cleri*, *li. 1.*

Apparetque ex aliorum ſcriptis, quod fragmenta quȩdam reliquerit, pro diluendis ſacerdotum nuptijs, & circa Eucha riſtiam dubijs, perſoluendarumque decimarum leges. Sed hȩc omnia in medium relinquo, & quod in cœlum raptus, Edwini regis animam liberarit ab inferis. Senio tandem co- actus, naturȩ indumenta depoſuit. xiiij. calendas Iunij, anno incarnati ſeruatoris. 988. ȩtatis ſuȩ. lxxix. archiepiſcopatus uero ſui. xxviij. Ethelredo regnante, Cantuariȩ primum, poſtremo Glaſconiȩ tumulatus. Fuitque ſtatim ob conficta prodigia, inter Romanorum ſanctos cum Simone Mago relatus.

OSwaldus Odonius, prędicti Odonis nepos, ex Dacis parentibus, Wintonienſis primũ canonicus & decanus, cum uideret nouis monachorum technis clericorum fortunas peſſum ire, ac ultimam minari ruinam, Patruo prouocante, ſtudijſque peregrinis pertrahẽtibus, apud Floriacũ in Gallijs fit monachus. In patriam reuocatus tandem, Oſketillo Dorceſtrienſi epiſcopo habebatur ſtatim a ſecretis, in Wigorniẽſem epiſcopũ poſt dies aliquot ſublimatus. Per illud tempus coacta ſub Ioannis. xiij. papę tyrannide, generali per Angliam ſynodo, Dunſtanus perpetuo decreto firmauit, ut clerici deinceps ſub ſpecioſo cęlibatus titulo Sodomitice uiuerent, aut eccleſiarum ſuarũ curas omnino dimitterent. Cuius iniquiſſimi mandati inquior adhuc executio in coniugatos ſacerdotes, Oſwaldo & Ethelwoldo in primis eſt demandata, quam ſine omni aut Dei timore aut proximi cura, impijſſime in eos peragebant. Nẽpe erant prę cęteris poſt Dunſtanum, nullo non genere fraudis ad impietatẽ armati, ut ſimplices mendacibus ſignis illudãt, non ſecus atq; olim apud Aegyptios magi Pharaonis. Huiuſcemodi pſeudomagiſtrorum, in Chriſti ſpiritu, non abſq; cauſa nos pręmonuerunt Apoſtoli, Paulus, Petrus, Ioannes, & Iudas. Eboracenſis poſtea archiflamẽ conſtitutus Oſwaldus, inter cęteras deprauati ingenij ſui fęces reliquit,

*Statuta ſynodalia,* li. 1.

Alia non leguntur apud ſcriptores. Ditiſſimũ Rameſię monaſterium in quodam paluſtri loco cautiſſimus condidit, & in eo pręceptorem primum Abbonem pręfatũ poſuit. Clericos ubique eccleſijs expulit, ut egreſſis iam de Abyſſo locuſtis, Apoca. ix. pararet manſiones. Fatis demũ cõceſſit pridie calendas Martij, anno redemptionis humanę. 992. & utriuſq; epiſcopatus. xxxiij. Wigornię ſepultus ſub Ethelredo rege,

ſtatuaque

ſtatuaque donatus.

OSbernus Dorobernenſis, ſeu Cantuarienſis eccleſię pręcentor, & monachus Benedictini inſtituti, Anglus natione, uiuēti olim Dunſtano a familiaribus fuerat colloquijs, ac intimis animi ſecretis. In muſicis modulationibus habebatur omnium ſui temporis anteſignanus (quibus immodice oblectabatur & ipſe) neminique in quouis ſcribendi genere putabatur ſecundus, incredibili (ut Lelandus habet) eloquentia ea ętate ualēs. Ex probis authoribus ſunt, qui dicunt, nihil eſſe inutilius Muſica, nihilque magis fugiendum pijs. Illam Athanaſius epiſcopus ſanctus ob inſitam uanitatem eccleſijs interdixit, quum priſtinum adhuc ſeruarent uigorem. Artifices bacchanales, eos Gręci appellarunt, & inter hiſtriones conſtituebāt Medi. Compoſuit nihilominus hic Muſicus noſter, ut ingenium otioſum oſtenderet, Nota

*De uocum conſonantijs,* li.1.
*Vitam Dunſtani Archiepiſ.* li.1.
*Hiſtoriam Elphegi. Arch.* li.1.
*Epiſtolas ad amicos,* li.1.

Alioſque tractatus ediddiſſe fertur, quos apud authores adhuc non legi. Acutius inſpicienti ſe prodit aperte, non niſi meras dediſſe nugas in Dunſtani ſui uita, atque impoſturas fœdiſſimas. Claruit anno nati ſeruatoris .1020. ſub Anglorū rege Eadmundo, Ferreum latus dicto.

STephanides Dorobernenſis, ſiue ut recētiori utar uocabulo, Cantuarienſis, ex non infima Cantianorum natus familia, atque ab optimis pędagogis ad pietatem formatus, uaria morū honeſtate ac literis

 cultioribus

cultiorib⁹ uberrime ſuccreuit. Porro prælucebat in adoleſcē te lumen quoddam generoſę indolis, quod pręclara multa (quę demum pręſtitit) promittebat. Horas quas alij rixis, alij confabulationibus otioſis dabant, iſte ſalubribus ad patrię decorem Platonis exemplo impendebat exercitijs, utriuſque literaturę humanę & diuinę ſtudioſus. Vrbem Londinenſem, omnium regni ciuitatum nobiliſſimam, regiamque ſedem, in meridionali inſulę parte poſitā, impenſe diligebat. Ita quod tandem Latine ac eleganter ſcripſerit,

*De ſitu & ritibus eiuſdem* li. 1.

Atque alia nonnulla. Ob affinitatem cognominis in utroq;, Stephanidem poſt Oſbernū hic locaui, alias nō habens quo tempore claruerit. Hoc enim expetendū erit a Ioanne Lelando Anglicarum antiquitatū inquiſitore longe uigilātiſſimo, in opere ſuo de illuſtribus uiris, qui eum in alijs opuſculis elegantem ſcriptorem uocat.

MAlcolmus ſecundus Scotorum rex, kennethi regis filius, & Cumbrię olim princeps, duodecimo die poſt extinctum patrem, more progenitorum fatali inſidens cathedrę, fauſtis omnium acclamationibus conſalutabatur. Poſt uictū ſingulari certamine Grimū regni inuaſorem ac tyrannum, conſopitis ſeditionibus, multa ad plebis commoditatem diſponebat. Magiſtratus ciuiles inſignibus uiris, patrio iure eruditis, militares autē claris bellica uirtute commendauit. Nec diuo defuit Anglorū regi Edwardo, cum ualida Cumbrorum manu aduerſus immaniſſimos Dacos, ex fœdere ſuppetias ferre. Fœliciter ſic adminiſtrata per eum republica, ut & perciperēt poſteri ex eius operibus fructum, condidit inter cętera,

*Leges municipales,* li. 1.

Has regni

Has regni primores iudicijs ferendis,exinde ſeruarunt pene immutatas.Ad Glammys oppidum inſidijs petitus,per quoſdam aulicos largitione corruptos noctu tandem trucidatur. Perijt Malcolmus anno a ſalutifero partu,1040.adminiſtrationis ſuę,xxxi.ad Ionam maiorum more ſepultus.

DChelnotus,ex decano Cantuarienſis archiepiſcopus,genere quidē Anglus,dū Romā adiret, ut ſūpto pallio in Antichriſti iuraret fidē,apud Papiam Inſubrium urbem Auguſtini doctoris ſancti brachium uno auri talento & centū argēti cōparauit,atque ad Leofricum Ceſtrię cōſulē Couentrięque comitē pro amplianda idololatria miſit. Fuit iſte Canuto Anglorum regi chariſſimus adeo, ut eius opera & ingenio ( Polydoro teſte ) in rebꝰ agēdis maxime ſit uſus. Illū enim ſuis incantationibus coegit ſuperſtitioſe proficiſci Romam,aliorum filios ſuos eſſe credere,iratum timere mortuū Elphegum,eiuſque cadauer ex Londino Cantuariam transferre,& regni diadema ligneo illi crucifixo ( qui Wintonię in refectorio per monachum fiſtula loquentem,clericorum dānarat coniugia ) tanquam regi legitimo reſignare. Edidit hic pręſtigiorum pontifex,

*In laudem diuę Marię,* li.1.
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1.

Ferūtur & alia,ſed tituli non manifeſtantur. In libro ſuo de Marię laudibus,ſōniat hic prodigiorum patronus,hāc uirginem Fulbertum Carnotēſem epiſcopum uiſitaſſe,lacteque ſuo refouiſſe ęgrotum. Mortem obijt incarnati uerbi anno, 1038. atque epiſcopatus ſui,xvi. Anglis imperante Haraldo rege eius nominis primo.

COlmãnus Anglicus, ex uiſiſaxonum gente (ut ex eius apparet ſcriptis) oriũdus, hiſtoricus ętate ſua percelibris, ac ueridicus temporũ teſtis habebat. Crebro nempe eius utitur teſtimonijs Ioãnes Hardingus in, 2. ſuorum chronicornm libro, pręcipue, ubi uirilẽ Anglicę monarchię deſcribit ętatem, ſub Alphredo, Edwardo ſeniore, Ethelſtano, Eadmũdo, & alijs adhuc, vi. regib⁹. uſque ad uiolentam Dacorum in illud regnũ irruptionem. Atque inter pręcipuos illum Anglicarũ rerum conſarcinatores cõmemorat. Fatetur enim Colmannus alijs hiſtoricis multo locupletius Anglorũ Heptarchiã poſt. ccc. &. xxxvi. annos a ſuperato per Gurmundũ Carentio, in unum coijſſe regnum ampliſſimũ ſub prędicto Edwardo, poſt bella ciuila, ac mutuas ſub, vij. regulis clades, at ſub Ethelſtano pleni⁹. In ſcripta quoque referebat fideli narratione, ad poſterorum memoriam,

*Rerum geſtarum chronicon,* li. 1.
*Catalogum regum Anglicorũ,* li. 1.
*Dialogum de bellis Danicis,* li. 1.

Et quędam alia, In quibus narrat Alphredũ regem. lvi. uicibus terra marique cũ Dacis dimicaſſe, ſed plerũque dubio marte, in fine tamen uiciſſe. De Guidone quoque Warwicẽſi mentionem facit quod Colbrandum ſuperbiſſimũ Dacũ ſub Ethelſtano occiderit. Claruiſſe uero ex ſcriptis putat anno nati ſeruatoris. 1040. ſub Haraldo primo Anglorum rege.

HAymo archidiaconus Cantuariẽſis, ex Anglorum honeſta familia natus, iuuentutem ſuam literis, pręſertim diuinis adornabat abũde. Inter malos enim didicit, etiam ab ipſo Platone, quid philoſophari ſit, nẽpe Deũ amare ſuper omnia.

Hanc

Hanc cognitam & probatam philoſophiã,non modio ſuppo-nere,aut ſibi ſeruare ſoli,ſed accepti talenti copioſus dator, cęteris impartiri curabat,Prędicabat quippe Dei uerbũ,per-plurimo chriſtianę plebis lucro,immo non ſine ſuperciliosa phariſeorũ ſuorũ exprobratione,quod interim eorum tetigerit quęſtum.Erant tunc qui ad ſuas cupiditates omnia trahebant,ut eſt in ſuperioribus nunciatum.Aduerſus eiuſmodi diſputabatu ir pius,quod iam denuo captiuarint,quos Dei filius aduẽtu ſuo liberos fecit,Congeſſit inter cętera ingenij ſui monumenta,ut author eſt poſt alios Petrus uenetus Eſ-quilinus pontifex,

*De Fructu incarnationis,* li.1.
*De ſanctorum imitatione,* li.1.
*Pugnam uitiorum & uirtutum,* li.1.
*De quibuſdam martyribus,* li.1.

Feruntur alia eius opuſcula,ſed nos latent,Claruiſſe a non-nullis ęſtimatur,illis maxime temporibus,quib⁹ erãt Angli ſub contumelioſiſſima Dacorũ tyrannide,circa annũ ſcilicet, 1040.regnãte apud illos Haraldo,ſeu Hardecanuto tyrãno ſuperbiſſimo,& Cantuarię tandem in pace quieuit.

OLiuerus,Malmeſberiẽſis monachus, ac magus (Elmerum externi ſcriptores uocant) natione Anglus,curioſis artibus (quod tunc monachis fuerat cõmune) & mẽte & ſtudio ſe totum conferebat,De eo referunt,quod cũ adhuc iuuenis eſſet,demonum pręſtigijs dementatus,aſſumpſerit ſibi pennas ad manus & ad pędes,atque a cuiuſdã turris faſtigio,Dędali more ad ſtadij menſurã uolauerit,Sed quia in uolatu turbi-nis uiolentiam pertimeſcebat,etiã temerarij ſui facti cõſcius cecidit pręceps,effractiſque cruribus perpetuo debilitabat.

Hic

Hic de quodam ſui temporis Cometa ſeu crinito ſydere dice bat, Veniſti (inquit) ueniſti ꝗmultis matribus lugendū ma lum: Dudū te uidi, ſed multo iam terribilius, Angliȩ minans excidium, Protulit Oliuerus, de prodigioſi ingenij theſauro,
*Aſtrologorum dogmata,* li.1.
*Eulogium hiſtoriarum,* li.1.
*De planetarum ſignis,* li.1.
Cum quibuſdam artis occultȩ experimentis. Ex poetarum nugis, prȩſtigioſorum portentorum hic artifex, cum fui ſimi libus, cœlorū orbes per ſua fabricās ſcripta, hȩreticenō Deo ſed aſtris, eorꝫ tribuit operationes, Claruit āno a ſalutis origi ne, 1060. ſub diuo Edwardo rege, Malmeſberięꝗ tādē obijt.

EDwardus Anglorū rex tertius, Ethelredi regis ex Emma filius, poſt diutinum apud Normānos exilium, ademptum Dacis regnū Dei dono, & Guilhelmi ducis ope adiutus, recuperauit. Pri morum conſilio regimē adeptus, Godithā God wini Cantiorum comitis filiam deſponſauit, Quam tamen parentum eius odio (non propoſito cȩlibatus ut fingunt pa piſtȩ) nūquā tetigit, ſed poſtea publicatis bonis repudiauit. Matrem Emmā, ex Alwini Wintonienſis epiſcopi frequenti conſuetudine ſuſpectam, ablatis omnibus Fortunis, in War wellię cœnobium relegauit, Erat ei nihilominus mite inge nium, ac iniuriarum facile obliuiſcens, Godwinū enim ante dictū (qui ei uenena parauerat) poſt aliquot annos nō ſolū in gratiam recepit, ſed & eius filium Haraldum ducē creauit Oxonij. Ex immenſa legū congerie, quas Britanni, Romani, Angli, & Daci condiderant, optima quȩque ſelegit, atque in unā coegit, quam uocari uoluit legem communem, ſeu
*Leges Viſimonaſterienſes,* li.1.

Ad

*Ad pontifices Romanos epi. plu.*
Prçcipue Leonem.ix. Victorem.ij.& Nicolaum.ij.non ſine cauteriata per ſuos prçlatos conſcientia, Accepit in uiſione parum ante mortẽ, Angliç proceres, duces, epiſcopos, & abbates, miniſtros fore diaboli, regnũq; ob id inimicis tradendum. Deceſſit ſine liberis pridie nonas Ianuarij, anno ſeruatoris Ieſu.1066.& regiminis ſui.xxiiij. ſepultus in çde Viſimonaſterienſi, quam conſtruxerat.

MArianus Scotus, homo literis tam humanis quam diuinis eruditus, tumultuantibus in Scotia rebus ſub Machabęo tyranno, relictis fortunis in Germaniam pereginus uenit. Coloniç primũ ad diuũ Martinum effectus monachus, ſtudij per biẽnium deſyderio permanſit incluſus. Fuldam inde per monachos trãſlatus, & poſtea Maguntiam. xxx. fere annis omnium admiratione ſolitarius ſtetit. Habebatur tunc apud illos, hiſtoriographus inſignis, computiſta celeberrimus, & theologus grauis, quę nomina in hodiernum uſque diem ſcriptores ei tribuũt. Plurimum laboraſſe dicitur in corrigẽdis annorum erroribus ex paſchali Cyclo Dionyſij Romani, ut ad Euãgelij ueritatem reducat. Scripſit a cõdito mundo ad ſuam ferme ſenectutẽ,

*Annales chronicorum,* li.iij.
*Euangeliſtarum concordiam,* li.1.
*De uniuerſali computo,* li.1.
*Emendationes Dionyſij,* li.1.
*Annotationes ſcripturarum,* li.1.
*Epiſtolas hortatorias,* li.1.

Atque alia non pauca. Mundana parũ aut nihil curans, in meditationibus ac ſtudijs ad obitũ uſque perſeuerauit, licet non abſque ſuperſtitione. Maguntię tandẽ moriebatur. ãno

T gratię

gratię.1086.ętatis ſuę.lviij.in maiori templo apud diuum Martinum ſepultus,imperante Scotis Malcolmo tertio,& Alemanis Henrico etiam tertio.

ALphredus,Beuerlacenſis ſacerdotum collegij theſaurarius,ex Septentrionali Anglorum plaga olim oriundus,omnem operam literis hauriendis Cātabrigię ſub non indignis omnino pręceptoribus impendit. Vtraque literatura diuina & humana non infœliciter doctus,ex diſcipulo cœpit eſſe magiſter,accurrētibus ad ſuas lecturas quamplurimis. Tenebatur enim per illud tēpus,philoſophus inſignis,chronographus,theologus,mathematicuſq; pręcipuus,eloquio & ingenio pręclarus. Vnde in collegium poſt ſtudia reuocatus,theſauris eorū pręficitur, a quo cognomē illud accepit quod nec poterat cū uita deponere. De uarijs euentibus,continuaque ſucceſſione ab origine Britannorum ad ſuam ętatem uſque contexuit,

*Hiſtoriam perpulchram,* li.1.
*De naturis rerum* li.1.

De cęteris nihil ex aliorum ſcriptis comperiri potui,quamuis id ſedulo tentarim. Claruiſſe creditur ſub Guilhelmo Notho Anglorum rege eius nominis primo,circa annum a chriſtianę ſalutis origine.1087.propterea quod tūc ſuā finiuerit hiſtoriam, Beuerlaci ſortitus ultimū uitę finem.

GVilhelmus Nothꝰ,Roberti ſexti Neuſtriorum ducis ex concubina filius,& Edwardi prędicti Anglorū regis nepos,Haraldo Godwini proditoris filio ſuperato,Anglię regnū ut ante petierat Edwardus, ui gladij obtinuit. Londini igitur coronatus in regē

anno

anno domini, 1067. uir animi magnitudine ac rei militaris ſcię tia prçſtans, loca omnia prçſidijs firmanda, ac maritimā orā claſſe muniendam miro ſtudio curauit, aliaque pro cōſeruādo imperio diſpoſuit ubique. Ciuitates, epiſcopatus, & cœnobia (inquit Polydorus) immunitatibus deinde priuauit, ut eas mox ab ſe carius redimerent. Nouiſſime leges pene omnes a ſuperioribus olim regibus latas aboleuit, nouaſque ędidit mi nus ęquas quas poſteriores non ſine ſuo ſeruarunt dāno. Ita ut qui ab ineunte ętate mores habuit ingenuos, faciles, liberales, mox dure regnando illis immutatis, nimia pariter ſeuerita te atque cupiditate palam ſit notatus. Angliam deſcribi fecit, anno regni ſui. xvij. in uno uolumine, quod in Londinēſi prę torio iuxta Fabianum hucuſque ſeruatur, & illud Anglice uo cabat Domys Daye, quod Latine ſonat,

*Iudicij diem ultimum,* *li.1.*
*Leges agrarias tulit,* *li.1.*
*Pro Belli monaſt. ſcripſit,* *epi.1.* *Ego Guilhelmus Dei gratia rex.*
*Ad Alanū Britanniæ comitē,* *epi.1.* *Ego Guilhelm⁹ cognomēto Baſtar*
*Et ad papam Alexandrum* *epi.1.* *Dominus dominātiū Ieſus chriſtus,*

In hac ultima, pontificem officij cōmonefacit, & ut a ſimonia, faſtu, ac importabiliū impoſitionum tyrannide ceſſaret. Poſt depopulatos igne & ferro finitimorū Francorum agros, lęſis ex ſaltu equi inteſtinis, dolore intollerabili tandē e uita migra uit, anno a Chriſti Ieſu natali, 1088. & ętatis suę. lxxiiij. cum. xxi. annis regnaſſet, Cadomi in Normannia ſepultus. Huius minor natu filius, Henricus rex primus, ſcientijs & moribus clar⁹, quędā quoq; poſt ſe reliqſſe ſcripta notat.

VEremūdus Preſbyter, ad diuū Andreā in regno Scotię olim archidiaconus, natione Hiſpanus, ob multiplicem ac reconditam (ut Scotis tum uidebatur) eruditionē, plurimū apud eos uale bat,

thecis uiderim.

| | | |
|---|---|---|
| *De origine Deorum,* | *li.1.* | *Fuit uir in Aegypto ditiſſimus,* |
| *De ratione ueneni,* | *li.1.* | *Ratio ueneni potiſſime cōuenit,* |
| *Virtutes antiquorum,* | *li.1.* | *Quoniam miſericordia & ueritas,* |
| *Canones ſpeculatiuos,* | *li.1.* | |

In re medica ac philoſophia, plura edidiſſe comprobatur, quę ſparſim habentur in Anglorum Bibliothecis. In penultimo tractatu, antiquos philoſophos ac prouinciarum principes, per plurifarias eorum uirtutes depingit. Claruiſſe fertur anno ex quo ſalus mundo contigit, 1090, in Anglia regnāte Guilhelmo Rufo.

LAnfrācus Lōgobard⁹, Papię oriūdus, ex aſtuto ac uerſatili ingenio perſpiciēs monachorū ſortes ſuo ſeculo ceteris eſſe fortunatiores, pertranſitis Alpibus in Gallias uenit, atque in Beccenſi Neuſtrię cœnobio monachū induit. Erat ſophiſmatū ſtrophis ac ōni genere dialectices ętate ſua inſtructiſſimus. Quib⁹ armatus, Romā uenit primo cōtra Berēgariū in fide Euchariſtię a carnali illa Synagoga diſſentientē, deinde pro confirmādo Guilhelmi Normannorū ducis cōiugio qđ ante interdicto ſubiacebat. Fit inde ex Cadomēſi abbate Cātuariēſis archiepiſcopus, Anglię primas, ſedis Apoſtaticę adoptiuus filius & collateralis legatus. In Londinēſi antiſtitū cōuentu, longam de ſuo primatu cū Thoma Eboracenſi, diſceptationem habuit, ac ſedes epiſcopales a pagis ad ciuitates ut ad celebriora loca tranſtulit, terreni regni appetens. Cantuarię templum inſtaurauit, pręcioſis ditauit ornamentis, monachorum auxit pręđia, pręhendas inſtituit, nouos euexit cultus, aduentantibus peregrinis xenodochia condidit, atque alia multa pro ampliando papiſmo fecit. Edi-

 ditque

ditque interim quo poſteris ingenij uires patefaceret,

*In omnes epiſtolas Pauli,* li.xiiij.
*Commentarios in pſalterium,* li.1.
*Aduerſus Berēgarium,* li.1. *Lanfrancus miſericordia Dei cathol*
*Geſta ducis Guilhelmi,* li.1.
*Ad Alexandrum.2.papam.* li.1.

Et alia. In libro ſuo de Euchariſtię ſacramento cōtra Berēgarium pium atque eruditum hominē, eū ſolum hereticū diffinit, quia Romana eccleſia in fidei doctrina diſſentit. Recognouiſſe iſtum ferunt utrūque inſtrumentum. Vtinam non magis ſua dialectica corrupiſſet, ita ut ſol ſub eo ſit inde factus tan quàm ſaccus cilicinus. Diem clauſit extremum quinto nonas Iulij anno aſſumptę per Chriſtum humanitatis.1091. epiſcopatus ſui.xix. Cantuarię ſepultus ſub Guilhelmo Rufo.

ROBERTUS Lothoringus genere, parentū cura bonis adeo literis in iuuentute profecit, ut & ſcholis per Galliam Belgicam pręfuerit nonnullis. Plurimum certe ut id tempus dederat, in philoſophia, rhetorica, arithmetica, & alijs Mathematicis diſciplinis ualebat. Quāobrem Guilhelmo Notho Anglorum regi acceptus, Gualthero Herefordenſi epiſcopo, ad annum Chriſti.1071. forcipibus ( dū honeſti ciuis coniugi ad ſtuprum uim inferret ) inguina penetrantibus occiſo, in eius ſtatuitur locum. Hic inter cęteros acutiſſimi ingenij ſui labores, ex ingenti Mariani Scoti chronicorum mole, Epitomen elicuit perbreuem, priori ędítione multo Faciliorem, ut Angli promptiorem haberent ad ſua ſtudia Methodum, eique, pro titulo addidit,

*Deflorationes Mariani,* li.1.
*De ſtellarum motibus,* li.1.

Mathema

*Mathematicas tabulas,* li.1.
*De lunari computo,* li.1.

Atque id genus perplura. Ex certa ſyderum inſpectione, prędixit Remigiū Dorceſtrienſem epiſcopum moriturū, antequā plene Lincolniam tranſferret epiſcopalem ſedē, quod ita eueniſſe ferunt. Wolſtanum Wigornienſem preſulē ſepeliuit āno ſalutis humanę, 1095. Anglis principāte Guilhelmo Rufo, nec diu poſtea ſuperuixit.

TVrgotus Dunelmēſis monaſterij ſecundus cœnobiarcha, decanus, & per totā diocœſim primarius ſub epiſcopo Guilhelmo (Tothadum Polydorus uocat) Anglus natione, non ſine multorum laude fūctionum illarum obibat munera. Multarū literarꝝ eruditus uir erat, & quoad externa eius exercitia, ſobrius, prudens, ac modeſtus. Adeo ut illum ſolum habuerint longo tēpore a cō ſcientiarum ſecretis, Malcolmus Scotorum rex tertius, & cōiunx eius ſanctiſſima Marigarita, ſoror olim Anglorum regis Edgari. Per quos effectus eſt tandē diui Andreę antiſtes ſūmus, ac Scotici regni primas. Eiuſdē Turgoti ſuaſu Malcolmus poſt reſtauratum Dunelmi cœnobiū, ad Doumfermilē templum condidit, ſanciens ut illic deinceps foret cōmunis regum ſepultura. Vernacula quidem lingua, ſed non minori elegātia (inquit Boethi⁹) quā hiſtoriarū ueritate, coaceruauit,

*De Scotorum regibus,* li.1.
*Chronica Dunelmenſia,* li.1.
*Annales ſui temporis,* li.1.
*Vitam Malcolmi regis,* li.1.
*Vitam Margaritæ reginæ,* li.1.

Cum quibuſdam alijs. Nā his dū uiuerent familiariſſimus hoſpes erat, & oculatiſſimus utriuſque uirtutū teſtis. Claruit āno

Chriſti.

Chriſti,1098.ſub Anglorum rege Guilhelmo Rufo,quo illi obierunt,neque poſt eos diu ſuperfuit. Sed reuerſus Dunelmum,uita defunctus eſt,& illic in cœnobio ſepultus.

OSmundus,ex nobili Neuſtriorũ ſanguine prognatus, pręter literarum peritiam, diſciplina rei militaris pollebat plurimum. Ob ingẽtes animi ſui politias ( quas indies nouas habebat ad hominum rapinas accędes ) a Guilhelmo Notho Anglorum rege magiſter militũ,Sagię & Dorceſtrię comes,atque Anglici regni cancellarius effectus,lateri eius abeſſe non poterat. Mortuo tandem Hermanno Sariſburiẽſi epiſcopo,ut in hoc quoque hominũ genere cautelas exerceret,in illius ſuſtollitur locũ. In quo officio,pinguibus tauris Baſan paſcua ac templa ex pauperũ ſudore parauit,poſſeſſionibus & prędijs ampliauit,crucib⁹,calicibus, mitris,cappis, candelabris,atq; alijs mire pręcioſis ſed ſuperfluis ornamẽtis.ex orphanorũ ac uiduarũ ſpolijs ditauit. Compoſuit iſte ad obſcurandam Euangelij prędicãdi gloriam,idololatiãq; augẽdam,ordinariũ papiſticorũ officiorũ,quod pręnotauit.

*Conſuetudinarium eccleſiæ,* li.1.
*Vitam Aldelmi epiſcopi,* li.1.

Ex prefato extraordinario, aſſumũt omnes preſbyteri per Angliam,Hiberniam,& Guallíam, horarias ſuperſtitiones ac fabulas ( q̃d diuinũ uocant officiũ ) neglecto,immo ſpreto & cõtẽpto ęterno Dei Euangelio. Migrauit ex hac uita prodigioſus hic pontifex,pridie nonas Decẽbris,anno chriſtianę pietatis,1099.epiſcopatus ſui,xxiiij.in Cęſaris burgo primũ ſub rege Guilhelmo Rufo,Sariſburię poſtea ſepultus.

STephanus Harding, Anglus natione, ſub inſtituto Benedictino monachus primū Shireburnēſis in Anglia fuit. Qui ut hominū deceptrix hypocriſis, latius alas extenderet, mox in Scotiam, deinde in Frāciam contēdit, ubi & aliquot annis incubuit prophanis hominū ſtudijs. Ex peragrata Roma atq; Italia in Burgūdiā reuerſus, in magno illo Moliſmēſi monaſterio Lingonenſis agri, in monachum denuo ſe tōdi fecit. Sed ubi animaduertit non omnia ad ſuū nutum ſeruari, ut nouę religionis author haberetur quoque, Ciſterciū uaſtę ſolitudinis locum, cum quibuſdam ſocijs adiuit, & anno dñi. 1098. prima illiꝰ ſectę fūdamēta cōiecit. Iſte īter cętera ſcripſit,

*Chartam charitatis,* li.1. *Nemini quicquam debeatis,*
*Exhortationes ad monachos,* li.1.

De alijs nihil hucuſque uidi. Claruit anno a nato generis humani ſeruatore. 1107. quo antedictā chartam ab Vrbano, ij. Romano pōtifice confirmari procurauit, Anglis imperāte Henrico rege primo. Hac Ciſterciēſium monachorū ſuperſtitione Angliam contaminauit Gualtherus Eſpet Anglus, & eius olim diſcipulus, anno domini. 1135. primo ad Biuallem conſtructo cœnobio. this Steuen was the first inuentour of the Cisterian monkes.

ANſelmus Burgundus, Auguſtę ad radices Alpium natus, parentibus obedire recuſās, ad Becci clauſtra in Neuſtriam fugiebat, ſub Lanfranci prioratu militaturus. Fuerat enim pro ętate literis profanis eruditus ſatis, ſed eo doctore in breui peritiſſimus euaſit. Inſtitutum uitę monachicę, cultuſque emulationem letus acceptans, fit abbas Beccenſis, & ex eo Cantuariēſis archiantiſtes, ambitione longa ac immodica prelatorū uo-

ciferatione. Videbant in eo audaciam impudentem, ſeu ſinē uerecundia temeritatem, qua in eorum cauſa regijs poſſet obſtare conatibus. Porro Guilhelmus rex in multis per ea tempora non ſubſeruiebat obſcœnis eorum auaricijs. Romā ſępius ſub Vrbano & Paſchale pontificibus uiſitabat. Vbi ſuis fecit impoſturis, ut Anglorū reges nihil poteſtatis amplius haberēt in conſtituendis epiſcopis, neque iuris aliquid deinceps in clerū. Pro abortiuis ducebat ſuperbiſſimus nebulo, quos rex Henricus ad pręſulatū admiſerat, detrectabatque illis imponere manū. In ſynodo Londinenſi (dū hęc publicarētur) clericis plene ademit cõiugia, omnique ſpurcitia ac prępoſterę Veneris genere, regionē hypocrita peſſimus impleuit. Frigidiſſimis argumentis ſcripturę authoritatē deprimebat, ut ex opuſculis liquet, quę plura congerebat, pręcipue iſta,

| | | |
|---|---|---|
| *De fermento & azimo,* | *li.1.* | *Anſelmus ſeruus eccleſiæ Cantu.* |
| *De conceptu Mariæ,* | *li.1.* | *Cum in omnibus religioſæ tuæ.* |
| *Cur Deus homo, contra gentes,* | *li.ij.* | *Sæpe & ſtudioſe a multis,* |
| *De incarnatione uerbi,* | *li.1.* | *Domino & patri uniuerſæ eccle.* |
| *Proſologion,* | *li.1.* | *Eia nunc homūtio Fuge,* |
| *Monologion,* | *li.1,* | *Si quis unam naturam ſūmam,* |
| *De ſpiritu ſācto, cõtra Græcos,* | *li.1.* | *Negat a Græcis quod ſpirit⁹ ſāc.* |
| *De caſu diaboli,* | *li.1.* | *Illud Apoſtoli, Quid habes quod,* |
| *De diuerſitate ſacramentorum,* | *li.1.* | *Domino & amico Waleranno,* |
| *De uoluntate Dei,* | *li.1:* | *Humana ratio cum de Deo,* |
| *De ſancta Trinitate,* | *li.1.* | |
| *In Cantica canticorum,* | *li.1.* | |
| *De pace & concordia,* | *li.1.* | |
| *De libero arbitrio,* | *li.1.* | *Cum liberum arbitrium uideatur,* |
| *De gratia & arbitrio,* | *li.1.* | *De tribus illis quæſtionibus,* |
| *Dialogum de ueritate,* | *li.1.* | *Quoniam Deum ueritatem eſſe,* |

| | | |
|---|---|---|
| De ſimilitudinibus, | li.1. | Voluntas tripliciter intelligitur, |
| De menſuratione crucis, | li.1. | Quoniam iubente filio tuo, |
| Meditationes redemptionis, | li.1. | Domine Deus meus, da cordi, |
| Meditationes de paſſione, | li.1. | Anima chriſtiana, anima de graui, |
| De beata uita, | li.1. | |
| De beata ſufficientia, | li.1. | |
| De bona occupatione, | li.1. | |
| De laudibus Mariæ, | li.1. | |
| Stimulum amoris, | li.1. | Ieſum Nazarenum a Iudeis cru. |
| Pro inſipiente, | li.1. | Dubitanti utrum ſit uel, |
| Contra inſipientem, | li.1. | Quoniam non me reprehendit, |
| De miſeria hominis, | li.1. | Terret me uita mea, & |
| De Antichriſto, | li.1. | |
| Dialogũ chriſtiani & gẽtilis, | li.1. | |
| De octo beatitudinibus, | li.1. | |
| De mẽbris Deo attributis, | li.1. | Vbicunque ſacra ſcriptura, |
| De officijs diuinis, | li.ij. | Celebratio miſſæ in cõmemo. |
| De domo conſcientiæ, | li.1. | Domus hæc in qua habitamus, |
| In Hexameron, | li.1. | |
| Ad Lanfrancũ archiepiſcopũ, | li.1. | |
| De Grammatico, | li.1. | |
| De Ioanne Baptiſta, | li.1. | |
| De aſſumptione Mariæ, | li.1. | Intrauit Ieſus, &c. Quid ad glo. |
| Ad Guilhelmum hirſaugienſẽ, | li.1. | Ex quo ueſtra probitas mihi ſuã, |
| Epiſtolarum ad diuerſos, | li.1. | Seruus ſeruorum Dei in Beccenſi, |
| De peccato originali, | li.1. | |
| Sermones nonnullos, | li.1. | |
| In epiſtolas Pauli, | li.xiiij. | |
| De myſterijs eccleſiæ, | li.1. | |
| De prædeſtinatiõe, & præſciã, | li.1. | |
| De origine animæ, | li.1. | |

*De Imagine mūdi*, li.ij.
*Dialogum de paſſione*, li.1.

Atq; alia adhuc nōnulla. Sine neceſſitate plura diſputabat, ethnica potius quam chriſtiana, infirmis etiā ac friuolis rationibus. Vt erant illa, de animę origine, de fermento & azimo, de uirginis cōceptione, & eiuſmodi, quę Chriſtus culicē excolare dicit. Ex hac luce migrauit .xi. calendas Maij, anno fœlicitatis humanę per Chriſtum .1109. epiſcopatus ſui .xvi. & ętatis .lxxvi. Cantuarię ſepultus, ſub Henrico Anglorum rege illius nominis primo.

+ —westminster ·

GIſlebertus doctor, Anglus natione (Neuſtriū aliqui putant licet falſo) Viſimonaſteriēſis cœnobij celeberrimi prępoſitus ſeu abbas extitit, ſcriptorum opinione non infimus. Locus ille regum ſepultura iam nobiliſſimus, a Londino non procul eſt, & ab occidente Viſimonaſterij uocabulum cœpit, ſicut Oſtromonaſterij olim magnum illud in ciuitate diui Pauli ad orientē collegiū, ut in uetuſtis apparet ſyngraphis. Hic omnes fere artes liberales a teneris annis didicit, memoriaq; retinuit, & ſcripturas diuinas ſub Anſelmo Cātuarienſi archipręſule diſcipulus ac frequens auditor accepit. Doctrina & ingenio, ſūmis eo tempore uiris cōferri poterat, niſi quod digna indignis, & ſacra profanis corruperit ſtudijs. Edidit tamen ut nomen eius poſteris maneret notū. Diſceptationem quādam ad pręfatum Anſelmum,

*Contra Iudeos*, li.1.
*In Eſaiam prophetam*, li.1.
*In Cantica Salomonis*, li.1.
*Ad cantorem Sagienſem*, li.1.
*Sermones quoque plures*, li.1.

Cęterarum

Cęterarum eius editionum non reperiuntur apud hiſtoricos tituli. Claruit anno a chriſtianę ſalutis origine.1110.ſub ãtedicto Anglorũ rege Henrico primo. Tandẽque ſatiſfaciens naturę neceſſitati communi, in Viſimonaſterienſi cœnobio reconditur. Alius poſt iſtum Giſlebertus erat, uniuerſalis dictus, Londinenſis epiſcopus, ad quem diuus Bernardus epiſtolas ſcripſit.

IOannes Fiberius ſeu Caſtorius, Anglus, qui & uulgo Beuer dicebatur, Viſimonaſterienſis quoq; collegij monachus eruditus, & hiſtoricus ętate ſua non contẽpnendus habebatur. Eius authoritatem non nihili facit Ioannes Lelandus, omnium quos unquam habuerit Britãnica natio, antiquitatũ ſtudioſiſſimus indagator atque illuſtrator, tam in Aſſertione regis Arthurij, quam in Cygneę cantionis cõmentario. Ex huius uetuſtiſſimo ſine authoris nomine Chronico, Polydorum hauſiſſe putarem. Viſimonaſterium prędictum, olim extitiſſe locũ aquis interclusum, ac ſpinarũ inſulã appellatũ. Plura cõpoſuiſſe uidet̃ Fiberius, uir naturali pollens ingenio, pręſertim,

*Annales Anglorũ perbreues, li.1.*

In quibꝰ ſuccincte & in trãſcurſu omnia tradit. Nec dubito, quin alia quoq; poſthac inueniẽt eiꝰ ſcripta. De tẽpore quo claruerit adhuc incertus, poſt Giſlebertum ipſum locaui, ut eiuſdem familię atque clauſtri monachici contubernalem, donec maiora uenerint.

DAuid Preſbyter, natione Scotus, ueterũ philoſophorum exemplo ductus, reliquit terram patriam, & amore bonarum diſciplinarũ longinquas adijt regiones. In ſuperiorem Germaniam poſt longa ac laborioſa ſtudia deuenit,

ad Wirciburgenſem ſcholā inſignem pędotribes admiſſus. Eo tempore Henricus imperator quintus, in Italiam rebus agendis proficiſcens, ſe non armatis militibus ſolum, ſed & peritis atque literatis uiris muniuit, ut per illos cuilibet poſcēti rationē in omni eruditione redderet. Inter eos Dauidē hunc capellanum habuit, doctrina ac morū probitate pręcipuū. Qui iuſſus ab eo (ut Vrſpergenſis abbas eſt author) itineris curſū, rerūque in illo geſtarū ordinē, facili ſtilo, quo ab omnib⁹ intelligeretur, congeſſit. Quod opus pręnotauit,

*Expeditionis ſeriem,* li.iij.
*Magiſtratuū inſignia,* li.1.
*Apologiam ad Cæſarem,* li.ij.
*De regno Scotiæ,* li,1,

Et his longe plura protulit. Simplicibus & indoctis (inquit antedictus Vrſpergius) conſuluit hiſtoricus iſte. in expeditionum opere, per ſermonis ruſticitatem, ne cuiquam eſſet eius lectio grauis. Claruit āno uere pietatis, 1110, apud Scotos regnante Alexandro primo.

GValtherus Calenus, Oxoniēſis archidiacon⁹, Anglus ex Britannorū genere natus (quo uocabulo ſoli tunc gloriabantur Cambrij ſeu Gualli) eruditionis & nominis fama per uniuerſam Angliam innotuit. Homo iſte arte oratoria, & exoticis ſiue aliūde adportatis hiſtorijs, inſigniter locupletatus uetuſtiſſimum quēdam Britānici ſermonis codicem (qui a Bruto Britānorꝝ primo rege, ad Cadwalladrum Cadwallonis inclytum filium, geſta continebat) in Latinum ſermonē Galfrido Monemuthenſi uertendū tradidit. Huius hiſtorię a multis impugnatę defenſionem, egregie ſuſcepit Pōticus Virūnius, Italicus ſcriptor, ob rerum in ea antiquarum tractationem, dū ad Epitomen

seu

ſeu breue compendiũ eandẽ reduxit. Et ne ſuo tandẽ deeſſet officio Gualtherus, ab eo tẽpore ad ſuam ętatẽ, per quadringẽtos & eo amplius annos, nõ inelegãti ſermone protraxit,

*Britannorum Annales,* li.1.
*Epiſtolas familiares,* li.1.

Atque alia plura edidit, de quib⁹ ſcriptores fere õnes tacẽt, Perpulchra ac ſolida oratione, ſua lectoribus proponit quo attentiorem ab eis eliceret affectũ. Claruiſſe interim fertur incarnati filij Dei ãno, 1120. ſub Hẽrico Anglorũ rege primo.

FLorentius Wigornienſis monachus, genere quidẽ Anglus, utraq; diſciplina diuina & humana pręditus, maximũ ſibi apud ſuos, ex ędítis facinorib⁹ doctrinę comparabat nomen. Ingenium habebat ad quoduis apertum atque conſpicuũ, memoriamque fœlicem ac copioſam. Ex frequenti & crebra Chronicorũ lectione, Chronographus euaſit ſui temporis maximus, Gildam, Bedam, Adonem, Marianũ, Sigebertũ, atque iſtiuſmodi alios non improbe ſecutus, Illuſtrium uirorum facta iuſto tẽporũ ordine, debitaque locorum deſcriptione, ueluti lucida quadã pictura ob oculos poſuit, Reliquitque demũ poſteris eximiũ ingenij ſui monumẽtum & donũ, latino ſermone cõſcriptũ, ad laudabilem ſuę gentis memoriam,

*De rebus geſtis Anglorum,* li.1.

Et nonnulla alia, ſed ex ſcriptorum neglectione pene obliterata. Obijt tandem non ſine ſuorum luctu, anno nati ſeruatoris. 1119. ſub antedicto Anglorum rege Henrico primo. Huius in annorum ſupputatione labore, adiutum ſe fatetur Ranulphus Higidenus, Ceſtrienſis monachus in ſuo Polychronico.

Eadmerus

EAdmerus Cantuarię ad Fanum Seruatoris monachus, Anglus natione, Anſelmi eiuſdem ſedis archipręſulis auditor olim atque coniūctiſſimus diſcipulus, uenenoſi ſub eo calicis meretricis magnę poculum hauſit. Imbibitis primum gentiliū philoſophorū ac poetarū fęcibus, nihil magis in uotis habuit, quā pro Antichriſti regno ꝓpagādo, diuinas corrūpere leges, atque aniles fabulas ueritati anteferre. Hęc ꝓfecto luce clariora ſunt inſpicienti ineptiſſima opuſcula quę exarauit, dū adhuc habitaret Cantuarię, ac poſtea fuiſſet ad fanum Albani ditiſſimus abbas. Scripſit nempe grande uolumen de diſcordia illa magna (quę tam diu durauerat) inter Guilhelmum Rufum Anglorum regem a Normannorū uictoria ſecundū, & Anſelmū pręfatum, in quo plenis (ut aiūt) buccis, Beſtię Romanę tuetur partes, eique pręfixit titulum,

*De libertate eccleſiaſtica,* li.1.
*Vitam Anſelmi archiepiſcopi,* li.1.
*Hiſtoriarum collectanea,* li.1.

De cęteris nihil adhuc uidi. Portēta plurima ſuis immiſcuit ſcriptis, quo dementaret lectores incautos. Claruit pręſtigiator & iniquus ſophiſta, āno a chriſtianę ſalutis origine ꝑ natū Dei filiū. 1120. Anglis domināte Henrico primo rege pręfato.

GEruaſius Dorobernenſis, ſeu Cantuarienſis ſub Benedicti inſtituto ad Seruatoris quoque Fanum cœnobita, natione Anglus tam diuinarum quam humanarum in ſuo conuentu literarum interpres habebatur non infimus. Hanc urben uetuſtiſſimā, que abeſt a mari millia paſſuū. xij. Ruthubraſium Britannorum regē a Bruto nonū, ſcriptores condidiſſe affirmant, anno ante ſeruatorem natum. 885. Cantiorum re uera emporiū celebre eſt,

& tam

& tam propinquis quam a longe remotis gentibus ob innu-
meras in ea ſuperſtitiones, maxime olim frequentatum. Ipſius
illuſtria facta non tacuit hic naturalis eius alũnus Geruaſius,
dũ chartis accurate commiſit inter alia ſcripta,
*Anglicarum rerum hiſtoriam,* li.1.
Cęterorum eius opuſculorum titulos adnotare, ſuperſede-
runt authores fere omnes, quũ nihilominus ędiderit plura.
Eadmero predicto manebit hic ſocius, ob cõmunem utriuſ-
que in uno monaſterio, licet tẽporibus diuerſis, educationẽ,
donec nouero ſub quo floruerit rege.

CElſus Armachanus archiepiſcopus, & totius
Hibernię primas, ex nobiliſſimo Hiberniẽſium
natus gñe, poſt elemẽta prima, literarum adhuc
auidior, pertrãſito mari, ad Oxoniũ acceſſit, florẽ
tiſſimũ Anglorum gymnaſiũ. Vbi excuſſis per
compluſculos annos omnibus omniũ exercitijs, cum magnis
doctrinę theſauris in patriã remeabat. Vxorẽ ac liberos habe
bat Celſus, etiã in epiſcopatu, ut moris erat apud Hibernos
ad eam ętatẽ uſque. Hęreditaria enim ſucceſſione põtificatũ
cum ſpiritali totius terrę primatu, per.xv.generationes gere
bant, & eorum octo literatiſſimi, ſine ordinibus papiſticis.
Nec patiebantur epiſcopari quẽquam in illa diocœſi, extra
eandem familiam ac tribum. Hęc poſt Bernardum in uita
Malachię, adfirmant Vincentius, Antoninus & Petrus de
Venetijs, iudicantes ex tyrannico Antichriſti ſpiritu, rem
eſſe omni morte puniendam, Celſus tandem ab his ſeductus,
qui in hypocriſi mendacia docebant, demoniorum doctri-
nam in clero coniugia damnantem, delirus ſenex introduxit
in Hiberniam primus, ſcribens ad eorum eccleſiam,
*Vt Malachias ſuccederet,* li.1.

*Ad eundem Malachiam,* epi.plu.

Compoſuit & alia nõnulla. Obijſſe quoque fertur circa annũ a Chriſti incarnatiõe.1120.in ſua eccleſia ſepult⁹. Poſt.xxxiiij. annos Hadrianus papa.4.& poſt ãnos adhuc.xvi.Alexãder. 3.Henrico regi ſecundo tyrannice pręceperunt,ut Hibernos papiſtico clero,ob ſpreta ſuorũ epiſcoporũ coniugia,rebelles atque hęreticos opprimeret. Confirmaueruntque illum ex ea uictoria Hibernicę regionis dominũ,hac ſemper ſeruata cõditione,ut ex ſingulis domib⁹ Petro denarium ãnuatim perſoluant.Hęc inueniuntur apud Hardingum & Treueth.

GVilhelmus Malmeſberienſis,Benedictinę ſodalitatis monachus,& Anglus natione,ſub pręceptorib⁹ probis priorem ętatem omnem politioribus nõ infœliciter occupabat ſtudijs. Vir erat ſuo ſęculo in omni genere bonarũ literarũ plane eruditiſſimus,& in eruẽdis antiquitatibus,ingenio,diligentia,curaque ſingularis. Anglicę nationis ſtudioſiſſim⁹ illuſtrator,a primo Angloſaxonũ in Britanniam aduentu,per pontificum ac regũ ſeriem hiſtorias deduxit elegantes ac pulcherrimas,niſi quod execrabiles quaſdam ſuperſtitiones, ex ſynceri iudicij defectu immodice extulerit. Enimuero corruptiſſimum illud tunc fuerat ſęculũ, Satana poſt ſolutionem in clero tam importune atque impetuoſe dominante. Verũtamen in hoc nobis profuiſſe plurimũ creditur,quod illius ętatis naturã graphice & ad uiuũ nobis depinxerit. Compoſuit alioqui celeberrimus ſcriptor, inter lucubrationes certe magnificas,ad Robertum Claudioceſtrię ducem Henrici regis primi Nothum,

| | |
|---|---|
| *De regibus Anglicis,* | li.v. |
| *Pontificum uitas,* | li.v. |
| *Hiſtoriam nouellam,* | li.iij. |

Vitam

RIcardus de Sancto Victore, ad muros Pariſienſes olim ſub titulo diui Auguſtini canonicus regularis, natione Scotus, ex continua paleſtrę literarię exercitatione diſputator acutiſſimus euaſit. Vnde & ſpecioſum ei uidebatur, atque rerum ſacrarum intellectioni conducibile, omnia Peripateticorũ more diffinire & diuidere, ac per demonſtrationes naturales probare. Ingenij ſublimitate exęſtuans, Apoſtolis & Prophetis multo peritior haberi uoluit, ęterno Chriſti ſpiritui Platonicas Ideas pręferens. Diuinã philoſophiam a ſui ſpiritus uigore, ad frigidas allegorias Eſſenorũ exemplo, immo modernorum Anabaptiſtarum more deduxit, ad opera noſtra ea trahens, quę ad Dei uerba ſeu fidei regnum ſpectent. Ita erexit ſeſe contra Deum ſapientia carnis, uiam parans Antichriſti regno. Nam & de Authoritate Petri pro papa, ac de monachorum profectu pro confirmanda hypocriſi, inutilia plura diſputabat. Ad perpetuandã demũ ſui nominis gloriã, Hęc uolumina contexuit,

| | | |
|---|---|---|
| *De ſancta Trinitate,* | li.vi. | *Iuſtus meus ex fide uiuit,* |
| *De gratia contemplationis,* | li.v. | *Surge domine in requiem tuam,* |
| *De duodecim patriarchis,* | li.1. | *Beniamin adoleſcentulus,* |
| *De Archa myſtica,* | li.v. | *Myſticam illam Moſi, & c.* |
| *In Cantica canticorum,* | li.1. | *In lectulo, & c. Anima quæ Deũ,* |
| *De exterminatione mali,* | li.iij. | *Quid eſt tibi mare quod fugiſti?* |
| *De promotione boni,* | li.1. | *Omne caput languidum, & omne,* |
| *Contra Iudaizantes,* | li.1. | *Ecce uirgo concipiet & pariet,* |
| *De tabernaculo fœderis,* | li.1. | |
| *De.xlij. Manſionibus,* | li.1. | |
| *De.iiij. gradibus charitatis,* | li.1. | |
| *De charitate uiolenta,* | li.1. | |

De

| | | |
|---|---|---|
| De ſacerdotio Melchiſedech, | li.1. | |
| De.xij.apparitoribus, | li.1. | |
| De ſtudio ſapientiæ | li.1. | |
| De profectu Monachorum, | li.1. | |
| De oratione mentali, | li.1. | |
| De triplici holocauſto, | li.1. | |
| De tribus appropriatis, | li.1. | Quæris a me,mi Bernarde, |
| De authoritate Petri, | li.1. | Quodcũque ligaueris ſuper ter. |
| De poteſtate iudiciaria, | li.1. | In regeneratione cum ſederit, |
| De peccatorum differentia, | li.1. | Quoniam quæſtioni tuæ, &c. |
| De inſtructione nouitiorum, | li.1. | Afferte domino filios Dei c. |
| De ſpiritu blaſphemiæ, | li.1. | Quę in Euangelio leguntur, |
| De officijs eccleſiæ, | li.1. | |
| De diuerſis affectibus, | li.1. | |
| Epitomen Bibliorum, | li.1. | |
| Explanationes pſalmorum, | li.1. | |
| In Trenos hieremiæ, | li.1. | |
| In Apocalypſim Ioannis, | li.1. | Accipe chariſſime frater & hoc, |
| In Danielem prophetam, | li.iij. | Quoniam illud Nabuzodonoſor, |
| Exceptionum uel diuiſionũ, | li.iiij. | Deus ſũme bonus & immutabilis, |
| In Eſaiam prophetam, | li.1. | Exponens illud,Ad me clama ex, |
| De uerbis Eſaiæ, | li.1. | In illa die,nutriet homo uaccã, |
| De uerbis Apoſtoli, | li.1. | Quæris quomodo ab Apoſtolis, |
| Aliud opus de Apoſtoli uerbis, | li.1. | Ea quæ de lege & Apoſtolo,c. |
| Aduerſus quẽdam Andream, | li.1. | |
| Chronica a mundi initio, | li.1. | |
| De gemino paſchate, | li.1. | |
| De uiſione Nabuchodonoſor, | li.1. | |
| De ſacrificijs Abrahæ et Dauid, | li.1. | |
| De ſacrificijs Abrahæ et Mariæ, | li.1. | |
| De Apoſtolorum actis, | li.1. | Miſit Herodes rex manus,ut |

De uitæ nouitate, li.1.
De quatuor uentis, li.1.
Confeßionale, li.1.
De ſtatu interioris hominis, li.iij.
De eruditione eiuſdem, li.iij.
De uerbo incarnato, li.1.
De Emanuele, li.ij.
De plagis in mundi fine li.1.
Difficultatum declarationes, li.1.
De Spiritus ſancti amore, li.1.
Quibus proſint eleemoſynæ, li.1.
De baptiſmo Chriſti, li.1.
Cōparatiōes Chriſti & Mariæ, li.1.
In ſignum populorum, Chriſtus, li.1.
Difficultates ex tabernaculo, li.1.
De templo Salomonis, li.1.
Regum Iudæ & Iſrael tēpora, li.1.
De uiſione Ezechielis, li.1.
De templo Ezechielis, li.1.
In die paſchæ ho.1.
De paraclæti mißione ho.1.
Expurgate uetus fermentum,

Atque alia ſine certo numero. In libro tertio de Geſtis Scotorum, ca. 11. habet Ioannes Maior, quod omniū primus Chriſtiparam uirginem originali noxa leuarit. Quam futile atque otioſum hoc fuerit, iudicent qui chriſtiane ſint docti. Claruit anno incarnati Meſſię. 1140. ſub Dauide Scotorū rege primo, Pariſijs tandem ad diuum Victorem ſepultus.

HEnricus Hūtingtonēſis archidiaconus, Anglus natione, Auguſtinianę familię Canonicus (ut uocant) regularis, hiſtoricus egregius ab ipſo Polydoro Vergilio, & ꝓbatus author a Ioanne

Lelando

Lelando antiquario pronũciatur. Iſte gentis ſuę antiquitates ab initio, pręcipue tamen a Saxonũ aduentu in hãc regionẽ, mẽbranis non infœliciter commendauit, ne ulla unquã temporis iniuria in obliuionem irent. Cenſuit ad uitę inſtutionẽ poſt ſcripturarũ ſtudia utiliſſimas eſſe hiſtorias, q̃d diuerſarũ rerum exemplis, optimos quoſque ad uirtutes accẽdant, & ſceleſtos atque impios a uitijs, infamię metu deterreãt. Interim ſi quid impoſtricium fabularum immiſcuerit, temporis malitiei eſt aſcribendũ. Coaceruauit tandẽ ad poſterorũ lectionẽ,

*De regibus Anglorum,* li. viij.
*Hiſtoriam perbreuem,* li. 1.
*Epiſtolas & carmina,* li. 1.

Cum alijs nõnullis, Alphredũ magnũ eiuſq; filiã Ethelfledã, ac alios heroes, elegãtib⁹ carminib⁹ ad ſydera tollebat. Anno a ſalutifero uirginis partu, 1148. ſub Anglorũ rege Stephano claruiſſe, ex hoc maxime iudicat, q̃d in eo ſua finiuerit Chronica. Sed ubi obierit mortem nullibi eſt compertum,

TVndalus Hibernus, Caſſellenſis metropolis in Auſtrali regionis parte alumnus, genere quidem nobilis & eques auratus, ſed animo crudelis ac maliuolus fuiſſe commemoratur. De ipſo papiſtę miranda & prodigioſa referunt, precipue Ioannes Hagen Carthuſianus Teutonicę nationis, pro implẽda eorum inſatiabili crumena. Vt quod a domino percuſſus fuerit ſubitanea morte, quia eorum templa cum ſacris neglexerit, & quod Gehẽnã atque alia ſubterranea inuiſerit loca, angelos ac demones allocutus. Talia tunc fingebant ſceleſtiſſimi monachi ut in perpetuum terrorẽ deijcerẽt miſeras hominum conſcientias. Reuerſum tandem ab inferis ſcribunt, ac exarauiſſe commentant,

*Apparitionum ſuarum,* li. 1. *Cum anima mea corpus exueret,*

His &

His & conſimilibus terriculamentis, ſuū purgatorium eliciunt, miſſas pro defunctis fabricant, atque animarū nundinas conſtituunt. Claruit Tundalus anno redemptionis humanę 1149, regnante apud Anglos rege Stephano, & Satana ſuas operante nequitias.

Galfridus Arthurius, de Monmouth, ſeu Monemuthenſis, ex Britannorū genere oriūdus, Benedictinenſis farinę monachus, quia de rege Arthurio perplura conſcripſerat, Arthurij cognomentum accepit. Sunt qui iſtum plus iuſto redarguunt, precise Guilhelmus Nouoburgenſis, & poſt eū Polydorus Vergilius, quod immodice (ut illis uidebatur) ſuos extulerit Britannos. Hi non conſyderabant, apud Homerum & ſcriptores antiquos fere omnes, tam Gręcos quā Latinos, immo apud ſeipſos, id eſſe cōmune. Interpres autē Galfridus erat, non fictor hiſtorię, & homo ętate ſua tā proſa quam carmine eruditus. Bene igitur habet, quod eius defendendam ſuſceperit cauſam Ponticus Virūnius Italus, qui in gratiam Beduarę clariſſimę apud Venetos familię (quę ex Britannis uenerat) hiſtoriā eius Britannicam epitomauit, hoc de eo teſtimonium ferens. Galfridus (inquit) hiſtoricus egregius & Cardinalis, magnę uir authoritatis apud Robertum Claudioceſtrię ducem, Henrici regis filiū, ac patrię ſuę curioſiſſimus fautor, ex ſūma philoſophia atque archiuis regalib⁹, hiſtoriam antiquiſſimam continua ſerie ab ipſis Troianis collegit. Veriſſimas eſſe Britannorum hiſtorias, arguit regum occidētaliū conſuetudo, quę erat, ſemper ſecū habere eos qui ueritate pręcipua, eorū geſta notarent. Hęc ille. Sūt Galfridi ſcripta, etiam ab eius ęmulis, frequentius uſurpata, nec habent in Britānorū antiquitatib⁹ explicādis teſtimoniū maius.

malus. Si in annorũ ſupputatione cũ quibuſdam aliĳs chronographis non concordarit, quia cõmune apud eos eſt malũ, facilius tollerabitur. Trãſtulit in Latinũ ſermonẽ, ad pręfatũ Claudioceſtrię ducem illuſtrem Robertũ, ex uariĳs collectã,

*Britannorum hiſtoriam,* li. viij. *Cum mecum multa & de multis,*
*Prædictiones Ambro. Merlini,* li. 1. *Coegit me Alexander præſul,*
*Vaticinia Merlini Caledonij,* li. 1.
*Vitam Arthuri regis,* li. 1.
*Breuiarium Gildæ,* li. 1.
*Diuerſi generis carmina,* li. 1.

Et alia nonnulla. In prędicta hiſtoria (quod Britãnicũ opus uocant) regum ſucceſſiones per ordinem pandit, a Bruto & Troianis uſque ad dominicę natiuitatis annum .689. Vtrũq; uero Merlinum, Ambroſium proſa, & Caledonium uerſu, nõ omnino inerudite, ſua uerſione illuſtrauit. Claruit epiſcopus Aſaphẽſis, ãno dñi. 1150. ſub Anglorũ rege Stephano, iuxta Matheum Florilegum in ſuis hiſtoriarum floribus.

RArodocus Laucarbanẽſis, de Cãbria ſeu Guallia Anglicorum Britonum prouintia oriundus, Galfrido Monemuthenſi prędicto cõterraneus atque contẽporaneus fuit. A ſcopo aberrauit in ſuo Breuiario de Francorum origine, Ioãnes Tritemius, uir alioqui doctiſſimus (ubi de iſto Carodoco atque eius achate Galfrido honeſtam facit mentionẽ) Guallos, qui populi Britannici ſũt, pro Gallis accipiens. A uocũ ſimilitudine deceptus erat, ut olim Stephanus quidã Gręcus, qui pro Galatia Galileã uſurpauit. Carodocus uero pro ſua gente ſtudioſus, Guallorũ ſiue Britannicorum principũ ſucceſſiones, annos, tempora, & geſta a Cadwalladro incipiens, per Idwallã Venedotię tetrarchã ad ſuã ętatem uſque, lucu

lento ſermone deſcripſit Quod opus prenotauit,
*Britannorum ſucceſſiones,* li,1.
Alia eius ſcripta, ab hiſtoriographis citari, cōpertū nō habeo, Suos annales ab anno chriſtianę ſalutis, 689, quo Galfridus ſuam terminauit hiſtoriam, ad annum uſque, 1150, per, cccc, &, lx, circiter annos perduxit, In quo ſub Stephano Anglorum rege prefato claruit.

ROBERTUS ketenenſis, natione Anglus, deguſtatis primū in Anglorum gymnaſijs, humanarū ſcientiarum elementis, ultramarinas uiſitare prouincias animo conſtituit. Peragratis igitur, Gallia, Italia, Dalmatia, & Gręcia, tandem peruenit in Aſiam. Vbi non paruo tū labore tum uitę ſuę periculo, inter Saracenos, truculētiſſimorū hominū genus, Arabicam linguam ad perfectū didicit. In Hiſpaniam poſtremo reuerſus, circa Hyberum fluuium aſtrologicę arti cū Hermāno Dalmata magni itineris ſui comite ſtuduit, Conductus ibi non paruo precio per Petrum quendam Cluniacenſium monachorū abbatem, dū imperator Adelfonſus Caurieſem urbem expugnaret, tranſtulit a lingua Arabica in Latinum ſermonē, ex quatuor libris in unam Epitomen reductum,
*Machumeti Alchoranum,* li,1. *Domino ſuo Petro diuino inſtinct.*
*De doctrina Machumetica,* li,1,
*Ad uiros eruditos,* *epi.plu,*
Et quędā alia. Huius meminit uerſionis Nicolaus Cuſanus, in cribratione eiuſdem Alchorani, li. primo. Fuit Robertus Papilonenſis eccleſię in Hiſpania archidiaconus. Et claruit anno ſeruatoris noſtri, 1143, quo hęc erant facta, regnāte apud Anglos rege Stephano, Papilonęque ſepelitur.

Nicolaus

Nicolaus de ſancto Albano, Anglus, & eiuſdē cœnobij Benedictinorum ( quod a Londino, xx. paſſuum millibus diſtat ) ditiſſimi abbatis filius, cū poſtularet in monachū recipi, repulſam quia ſpurius erat, patiebatur ignominioſā. Spectatis tamen moribus atque literis inſiſtēs, Romę ſub Eugenio tertio ( forte fuerat ei a cubiculis quoque ) ad natalis ſoli memoriam, epiſcopus Albanēſis eſt effectus, Prius erat Canonicorū regulariū abbas, ad ſāctum Rufū in Prouincia, Norwegios (papiſtica legatione fungens), Antichriſtiano charactēre ſignauit. Romanus pontifex tandem ſub Hadriani quarti nomine conſtitutus, Arnoldū Brixienſē epiſcopum adminiſtrationem ciuilē in clero non ferentem, hęreſeos dānauit, ac imperatorē Fridericum primū, prodigioſi ſui faſtus pie admonētē, diris deuouit execrationibus. Ediderat enim ante ſuum papatum, ad Hugonem abbatem diui Remigij,

*De conceptione Mariæ,* li. ij.
*Ad Petrum Pontiniacum,* li. 1.
*De ſua legatione,* li. 1.
*Decretales epiſtolas,* li. 1.
*Ad Henricū. 2. cōtra Hibernos,* epi. 1.

Bale blasphemeth. Xpi enim charactere Norwegios signauit.

Atque alia nonnulla. Hac ſępe uſus eſt facetia ad Ioannem Sareſburienſem Anglū, ſibi olim familiarem. Ambire pontificatū ( inquit ) eſt Romulo ſuccedere ī parricidijs, nō Petro in paſcendis ouibus. Quum Arignami demū exſpatiaretur cum ſuis, aduolans in os eius muſca, pręcluſit illi ſpiritum, anno a Chriſto nato. 1159. poſt. iiij. ſui pontificatus ānos atque x. menſes Romęque in diui Petri baſilica ſepelitur, regnante apud Anglos Henrico rege ſecundo.

GVilhelmus Rhieuallenſis, Anglus, Ciſtercienſis monachus, poſt longa diuerſarũ artiũ ſtudia ad hiſtoriam ut ad humanę uitę ex rerum geſtarum narratione magiſtrã pręcipuã, ſe ſedulus cõtulit. In ea cogitauit humana ingenia, ex multarum rerũ cognitione, inſtructiora reddi, propoſitis paſſim ob oculos utriuſque fortunę exemplis. Ex probatis quibuſdam authoribus, ad inſtar apis nonnulla collegit, quibus audita per fidedignos enarratores, ac proprijs oculis uiſa, artificioſe ſuperaddidit, ſed utinam abſque omni ſuperſtitione. Reliquit ſic tandem, ut & uita defunctus, ſtudiorum ſuorum participes faceret poſteros,

*Chronicorum opus,* *li.1.*

Quod alia adhuc pręter iſta ſcripſerit, nõ ſatis conſtat. Inter Polychronici ſui pręcipuos authores, & iſtum connumerat Ranulphus Ceſtrienſis monachus. Claruiſſe autem fertur, chriſtiãę religiõis ãno.1160. ſub Hẽrico Anglorũ rege ſecũdo.

PEtrus de Bleſis, natione Gallus, ſed ex Anglorum genere oriũdus, uir lingua diſertus & eloquẽs, õnimodo nitidioris doctrinę honeſtamẽto nobilitabatur. Non aſſentator Gnatonicus palpare, ſed pręco ueridicus, principũ ac pręlatorum uitia modeſte redarguere nõ uerens, in gratiã ſic uenit coram Henrico rege, ut archidiaconatu primũ Bathonienſi, poſtea Londinenſi, ac tandem Cantuarienſi per illum donaretur. Thomę Becketi Cantuariorum archipręſulis (quẽ pro rariſſimo numine tũc cler⁹ habebat) ad plęroſque tumẽtem arrogantiã in epiſtolis & colloquijs diſerte detegebat. Clerũque ipſum ſępiuſcule uocat Syriam, Edom, uitulos Bethel, idola Aegypti, pingues Samarię, ſacerdotes

Baal,

Baal, Iudices qui cōdunt leges iniquas, & multo plura. Epiſcopi domo (inquit) ut cum familia dominum cōprehēdam, nihil eſt dānabilius ad meritum, nihil inhoneſtius ad mores, nihil ſordidius ad cōſcientiā, nihil culpabilius ad famam, nihil pernicioſius ad exemplum. Aufer domine de domo tua Idolū, & confringe cornua peccatoris. Munera Rome ōnia peruertunt, & omnia monachis licere permittunt, immo ad omnes carnis illecebras, quas ānua redimūt penſione. Cātātur eorū turpitudines in tentorij Geth, & in compitis Aſcalonis. Sic factus eſt princeps Sodomorū, diſcipulis poſt eum in cathedra peſtilētię ſedentibus. & cet. Ingenio acutiſſimus fuit, atque oratione promptiſſimus, multaſque eruditas lucubrationes emiſit, ad poſteritatis cōmoditatē. Has uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| *De amicitia chriſtiana,* | *li.1.* | *Quoniam diminutæ ſunt uerita,* |
| *De pœnitentia ſalutari,* | *li.1.* | *Rogaſti me ut tibi aliquid.* |
| *De accelerando paſſagio,* | *li.1.* | *Quis dabit capiti meo & cet.* |
| *De qualitate pœnitentie,* | *li.1.* | *Nimia tui rigoris auſteritas,* |
| *De ſapientie ſtudio,* | *li.1.* | *Diuiſus es, & cor tuum,* |
| *Contra deprauatorem,* | *li.1.* | *Exhortatiūculam tuam,* |
| *Exhortationem ad abbatem,* | *li.ij.* | *Electus es a ueſtris fratribus,* |
| *De officio epiſcopi,* | *li.1.* | *Petis inſtantius reuerende pater,* |
| *De periculo prælatorum,* | *li.1.* | *Quotiens recolo uerba, & cet.* |
| *De uita clericorum curialium,* | *li.1.* | *Gratias ago gratiæ ueſtræ quam,* |
| *Epiſtolarum numero.184.* | *li.1.* | *Rogatus a uobis, epiſtolas,* |
| *De præſtigijs fortunæ,* | *li.ij.* | |
| *Sermones de ieiunio,* | *li.1.* | |
| *De conuerſione Pauli,* | *li.1.* | |
| *De tranſfiguratione domini,* | *li.1.* | |
| *De ſynodis celebrandis,* | *li.1.* | *Sic nos exiſtimet homo,* |
| *Vitam patientis Iob,* | *li.1.* | *Henrico illuſtriſſimo Anglorum,* |
| *Manipulum florum,* | *li.1.* | |

*Acta Henrici Secundi,* li. 1.
De *perfidia Iudeorum,* li. 1.
Et alios adhuc tractatus, nobis plane (quibus non omnia uidere licet) incognitos; Ioanni Sareſburienſi Anglo, tunc Carnotenſi epiſcopo, amiciſſimus erat, ad quem nonnullas dictarat epiſtolas. Claruit ãno a nato Meſſia, 1160, ſub Hẽrico rege ſecundo, Bathoniȩ tandem ſepulus.

Simeon Dunelmẽſis, ex Septentrionali inſulȩ regione Anglus, & illius magni Benedictinorũ cœnobij prȩcentor, utriuſque philoſophiȩ, olim iuuenis ac literarum amator, Oxonij perluſtrauit ſecreta. Sane uir erat ſuo ſȩculo in ſcientijs multis eleganter eruditus, prȩſertim Mathematicis, ex quo per eam patriam, magnum ſibi comparauit nomen. Ex uaria quoque ac recondita rerum memorabilium cognitione, ſingularis euaſit in earum narratione chronographus. Nam & a morte Bedȩ uenerabilis (qui in eodem quieſcit monaſterio) hiſtoriam ſolennem commodiſſime inchoauit, illuſtria perſtringens Anglorum & Danorum facta, ſpatio pluſquam quadringentorum & uiginti nouem annorum. Quibus poſtea uiginti quinque ſuperadidit annos Ioannes Haguſtaldenſis, hiſtoricus non ignobilis, ut patebit in ſequentibus. Atque ut demum titulos apponam, Simeon ſcripſit,
De *geſtis Anglorum,* li. 1.
De *rebus Dunelmenſium,* li. 1.
Credibile eſt & alia illum edidiſſe nonnulla. Verum, hȩc ſola eum commentaſſe ſcriptores tradunt. Claruit anno ab apparente in carne Dei filio, 1164, quo primam finiuit hiſtoriam, ſub Henrico Anglorum rege ſecundo, Dunelmi tandem poſt fata ſepultus.

Alredus

ALredus Rhieuallis, in Eboracẽſi diocœſi Ciſterciensium monachorum abbas, natione Anglus, genere, doctrina, & inculpatę uitę moribus (ut Ioannes Capgrauius habet) pręclarus emicuit, Dauidi Scotorum regi familiariſſimus adhuc adoleſcens, epiſcopatum papiſticum ac alios honores mundanos omnino recuſabat, ut ad uirtutum exercitia, maxime ad Euangelij predicationem expeditior haberetur. Varios ad tumultuaria certamina principũ motus, immo ubi nulla ſpes pacis expectabatur, mira ſolebat induſtria compeſcere, atque ad optatum perducere finem. Vir erat, ut alter Bernardus, ingenio pius, & conſilio modeſtiſſimus. Diui Aurelij Auguſtini confeſſiones pro immenſo ſemper habebat theſauro. Compoſuit inter cętera ad Laurentium Viſimonaſterienſis cœnobij abbatem,

*Vitã Edwardi Anglorũ regis,* li.1.
*Vitam Dauid Scotorum regis,* li.1.
*Vitam Margaritæ reginæ,* li.1.
*Homelias triginta tres,* li.1.
*Super onus Babylonis in Eſa,* li.iij.
*De ſpirituali amicitia,* li.1.
*De natura animæ,* li.1.
*De dotibus eiuſdem,* li.1.
*Epiſtolas quoque plures,* li.1.

Atque alia id genus multa. Opuſculum de uita regis Edwardi (quod pluſquã.xxvi.capita continet) Henrico regi ſecundo prefatus Laurentius obtulit. Rhieuallę migrauit ab hoc ſęculo uir pius, anno ſalutis humanę .1166. pridie idus Ianuarij, uitę uero ſuę.lvij. ſub prędicto Henrico regis Ioannis filio,

Ioannes

IOannes Oxenforde,uel de Oxonia ( quē Hector Boethius in pręfatione ad Iacobum quintū regem, a Vado boū cognominat ) Anglus ex Britānorū genere procreatus,poſt ſuſceptos in Gymnaſio labores, multiplici literarum eruditione clariſſimus effulſit. Dum adhuc magnifici illius Sariſburienſis collegij decanus extitiſſet, inter Britannicarum hiſtoriarum conſarcinatores poſt Galfridum Monemuthenſem ( eodē Boethio teſte ) pręcipuus habebatur. Enucleatiſſime principum geſta,conſilia, pugnas, & exitus uarios ex diuerſis authoribus,ad ſuā ętatē non abſque ſudore deduxit. Doctrina,ingenio,& ſermone ualebat plurimum,dū Henrico regi a ſacellis eſſet,maxime dū eius ſūma ligatione cum Gilberto Folioth atque alijs magnis uiris,ad Alexandrum papā tertium Romę & Senonis in Gallia, aduerſus Thomā Cantuarienſē fungeretur. Inter alia erudita opuſcula,hominum memorię commendauit,

*Auream hiſtoriam,* li.1.
*Pro rege contra Becketum,* li.1.
*Ad Ricardum Cantuarienſem,* epi.1.

Orationes,epiſtolas,& alia nonnulla. Electus fuit atque cōſtitutus epiſcopus Nordouicenſis, anno ab initio communis hominum ſalutis per chriſtū,1174. Anglis imperāte Henrico ſecundo,ut habent probati authores Nicolaus Treueth ac Matheus in hiſtoriarum floribus.

THomas Becket,Anglus,ex parentibus ſuperſtitioſis Londini progenitus, omni petulantia iuuenili effrenataque laſciuia adoleſcentiā ſuā inaniter tranſegit. Poſt furta & cędes,pontificij iuris cautelis armatus, fit primo ſub archipręſule Theobaldo archidiaconus Cantuarię, poſtea ſūmus ſub

rege

rege totius regni cancellarius,ac tandẽ archiepiſcopus, pri
mas,& a latere Romanę ſedis legatus.Omnem ex tunc exer
cens pro ampliando Antichriſti regno tyrannidem,etiam in
regem Henricum eſt furioſe debacchatus. Ad mortem uſq;
contendebat,ſacerdotes aut clericos ob homicidia,latrocinia,
ſiue alia id genus flagitia, non eſſe per magiſtratum publicũ
mulctandos. Aſſeruitque ad eccleſię ſpectare libertatẽ,nihil
iuris habere regem in unctos & raſos,quãdiu ſunt papę crea
turę. Anno igitur.xlviij.poſt eius mortẽ,quęſtio Pariſijs in-
ter magiſtros uentilata erat (inquit Cęſarius in.8.dialogorũ
libro,ca.69. ) an dãnatus uel ſaluatus eſſet. Fatebatur tunc
Rogerus quidam Normannus,fuiſſe illũ morte dignũ, quod
contumax eſſet erga Dei miniſtrum regem. Protulit ecõtra-
rio Petrus Pariſienſis cantor,quod ex miraculis fuiſſet mar
tyr,& quia pro cleri cauſis mortem obijſſet. Scripſit inter cę
tera Thomas,pro prędictis erroribus confirmandis,

*Proceſſũ ad papam Alexandrũ,* li.1.
*Ad ſuos coepiſcopos,* li.1. *Fraternitati ueſtræ ſcriptum,*
*Apologiã ad Gilbertum,* li.1. *Mirandum & uehementer ſtupẽdũ,*
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1.

Hoc quoque barbarum,ac ſine ſapore ad Mariam encomion
edidiſſe fertur, Gaude flore uirginali,& cet. Interijt tandem
ſceleſtiſſimus Anglici regni proditor, capitis uertice gladijs
uulnerato,quarto calendas Ianuarij,ãno a chriſti natali.1171.
& ętatis ſuę.liij. Cantuarię ſepultus,regnante Henrico ſecũ-
do. In papiſticorũque deorum numerum poſt triẽnium per
Alexandrum papam eſt relatus. he was murthered in his church by y^e Kings ... or King &

GIlbertus Folioth, Anglus, Canonicorum regulariũ
Leceſtrienſis abbas,& epiſcopus primo Herefor-
denſis,poſtea Londinẽſis,uir grandęuus & impẽſe
eruditus,regi Henrico perſuaſit,ut Ioſaphat regis

exemplo clerum haberet ſubditum. Videbat tunc eos in priuatis eorum conciliabulis, multa ſuperbe aduerſus eũ moliri, quod impudentibus eorum obſtiterit uitijs. Nec Thomę Becketo ex altera parte pepercit, quin illi in faciẽ exprobrauerit ſuperbam ac arrogantem ingratitudinem, quod ex nihilo eleuatus, contra tam pingnẽ & propenſum amicum tanta excitarit ſcandala. Dicens eſſe ęquũ & ſanctũ, ut ob cędes & furta (quę tunc multa in clero fiebant) etiam ſacerdotes inter alios ſceleratos patria plecterẽtur lege. Protulit iſte ad Alexandrũ Romanum pontificem tertium dũ eſſet cũ prędicto Ioanne ſupremus nuncius,

*Pro cauſa regis Henrici,* li.1. *Veſtram paternitatem meminiſſe,*
*Super executione mandati,* li.1. *Mandatũ ueſtrũ pater ĩ Chriſto,*
*Inuectiuas in Becketum,* li.1.
*De ſuperba elatione eiuſdem,* li.1.

Maioremq; in modum alia. Hunc in ſua Apologia confitetur Becketus uirum probum, prudentem, & ſacris eruditum literis. Non tamẽ uoluit in ultimo uitę articulo a ſe anathematizatum relaxare. Obijt anno uirginei partus, 1187, duodecimo calendas Martij, ſub Henrico rege ſecundo.

Joseph of Exeter in the countie of Devon.

IOſephus Deuonius, Iſcanus ſeu Exceſtriẽſis, Anglus, in extrema regionis ad Meridiẽ parte, & ꝓpe Cornubiam natus, in omni genere bonarum literarum Latine & Gręce doctiſſimus, atque poetarum ętate ſua facile princeps effulſit. Hic libet introducere facundiſſimi Ioannis Lelandi Antiquarij de hoc uiro teſtimonia, cũ nec ualidiora nec ueriora de eo poterimus dare. Ioſephus (inquit) Iſcę Domnoniorum alumnus, poeta Britannus omnibus numeris elegãtiſſimus, & aureũ ſuo ſeculo utriuſque eloquẽtię flumen. Verſus edidit cum antiquitate Romana de palma cõ-

tẽdẽtes,

tendentes. Habent hi uerſus ſuũ geniũ, uicturum quidẽ illũ. Tum pręterea concinnitate quadã apta, elegãtia pura, maieſtate iuſta, ita terſis adblandiuntur auribus, ut decies repetiti, niſi me uehementer fallit meus adfectus, perplacebũt. Hęc ille. Vnde inter cętera exquiſitiſſimo labore, Ioſephus carmine cõpoſuit opus merito immortale, quod uocauit,

*Antiocheiden*, li. 1.
*De bello Troiano*, li. vi.
*Carmina diuerſa*, li. 1.

Et plęraque alia. Bellum uero Troianum ex Darete Phrygio tranſtulit, ac paraphraſticis carminibus expoſuit. Quod opus dedicauit Baldwino Cãtuariẽſi archiepiſcopo, qui in Tyro tandem Phœnicię ciuitate obijt, Ricardum regem ſecutus. Claruit anno ſalutis humanę. 1173. ut habent Hiſtoriarum flores. Qui demum poſt Guilhelmum Redingenſem Anglũ, Ricardi primi Anglorum regis dono, factus eſt archipręſul Burdegalenſis in Vaſconia.

IOannes Pictauenſis antiſtes, a claris olim parentibus in Anglia exortus, ſed in Gallijs liberaliter educatus nationi ſuę non infimũ atulit ſplendorẽ. Vir erat magnę literaturę, & non minoris eloquentię (ut de ipſo ſcriptores commemorant) Mathematicus, philoſophus, rhetor, ac theologus pene inſuperabilis. Ad dandos enim, repellendoſque ictus literarios, multi ſunt illum exercitatiſſimum experti. Elatam arrogantiã Thomę Becketi, & in regẽ Henricũ debacchationes iniquas, collati beneficij memor, omnino ferre nõ poterat, ſed ad faciẽ illi obijciens, honeſtiſſimis ſalibus reprehendit. Nec q̃d fuerat Anglorũ primas, aut Romanę ſedis legatus, ei quomodolibet pepercit, ſed libere ipſũ inſectabat̃ & uoce & ſcriptis, ut inter

alios Stephanus Langton in eiuſdem Becketi uita, de eo plē nius narrat. Nempe edidit inter cętera opuſcula,

*Inuectiones in eundem,* li. 1.

*Orationes & epiſtolas,* li. 1.

Et alia quędam. Dū ad archiepiſcopatum Narbonenſem electus, Romam pro pallio perrexiſſet, ānuente pontifice Lucio tertio, anno uerę pietatis, 1181. clerus eū ſuſcepit in archiepiſcopum Lugdunenſem, & omnium Galliarum primatem, ut in additionibus Sigeberti refert Robertus Montis naualis, regnante apud Anglos Henrico ſecundo.

HErebertus de Hoſcham, genere quidē Anglus, profanę multitudinis ſacerdos (ſecularē uocant) liberalium artium ac ſcholaſticę theologię magiſterium Oxonij ſortitus, omnino ſuo non defuit muneri. Vir erat (ut ex ſcriptis apparet) ingenio callidus ac ſermone cōpoſitus, rhetor, & philoſophus argutulus, Iſtum Stephamus Langton antedictus, Becketū deificans ſeu authoritate papali canonizans, primū ſuarum uirtutum (quę nulle erant) teſtem introducit, in magno uitę eius uolumine. Nam ad aliquot annos dū illi in exilio comes extitiſſet indiuiduus, peregrinationē eius tā impiā, fucatis depinxit coloribus, quo excęcatis oculis pia uideret & ſancta. Sic ſolent Hypocritę, ſerpentis antiqui ſemen, per omnes ętates mundum illudere. Congeſſit ita mendacibus demonſtrationibus pleniſſima,

*Geſta eiuſdem Becketi,* li. 1.

Atque alia nōnulla, quę nos latent. Tranſiens tandē in Calabriam Italię regionem, anno ab incarnato Dei uerbo, 1185. cōſtituitur archiepiſcopus Cuſentinus. Et eodem āno cū clero & familia, ac magna ciuium parte obrutus eſt a terrę motu,

ut habet

ut habet Nicolaus Treueth.

RIcardus Douerenſis, Anglus, monachorũ Benedictinorum eiuſdem oppidi cœnobiarcha, poſt meritã Becketi necem, Cantuarienſi epiſcopatu a rege Hẽrico donatus, Anagnię ab Alexãdro tertio confirmationẽ ac pontificalia ſuſcepit. Prodit Nicolaus Treueth, uirum hunc fuiſſe magnę religionis, & in exteriorum adminiſtratione induſtriũ, ſed in corrigendis erroribus, defendẽdiſque cleri libertatibus, de nimia remiſſione notatum. Et in epiſtola. v. Petrus Bleſenſis. De te conqueruntur (inquit) quod eccleſiam tuam deſtitueris, quod deieceris eius dignitates, quas Thomas ſuo rubricauerit ſanguine & cet. Fingebãt quidẽ ſophiſtici pręſtigiatores, ſed mendaciſſime, quia uir bonus erat, Chriſtum ei in uiſu malam minitauiſſe mortẽ, quod ſuę eccleſię diſſipaſſet bona. Sic in ſuis mẽbris tyrannice regnare, quęrebat tunc Antichriſtus ubique, atque miſeras hominũ captiuare conſciẽtias. Scripſit igitur, ad Alexandrum papam,

*Contra ſuos perturbatores,* li. 1.
*Ad Petrum Bleſenſem,* epi. plu.
*Ad Henricum regem,* epi. plu.
*Ad tres epiſcopos,* epi. 1. *In eccleſia Anglorum, dãnoſa õm*
*Ad ſuos coepiſcopos,* epi. 1.

In hac ultima, Hibernienſium pręſulum mores reprehendit, quod a nullo confirmati, epiſcopalia munera miniſtrarent. Obijt mortem apud Halinges in Roffenſi diocœſi, anno a Chriſti natiuitate. 1184. & pontificatus ſui. x. ſub Hẽrico rege ſecundo. ¶ Anglorum multi his diebus ſumma in diuerſis terris gerebant ſacerdotia. In Sicilia Gualtherus archipręſul Panormitanus, & Ricardus epiſcopus Siracuſanus, qui

eſt Ioãna regina illuc uenerãt. Alibi Guilhelmus archiepiſco pus Burdegalenſis, Gualtherus Rothomagẽſis, & alij nõnulli.

IOannes Sareſburienſis, Anglus, bonarum literarum auidus, perceptis artium pręceptiunculis primis, traiectoque mari, celebriora Gallorum, Appulorũ, & Italorum frequentabat ſtudia. Dulce ſemper hic habuit in liberalibus muſarum campis exercere ludum, ingenio prędítus ad id dexterimo. Singulari ſic linguę Beneficio ac eruditione pręſtans, Hadriano quarto Romano pontifici atq; Cantuariorum archipręſuli Theobaldo, egregie charus erat. Telis tamen acerbiſſimis inſectabat̃ tũc cleri abuſus. ſcriptor ętatis ſuę longe eloquentiſſimus, carmine excellens & proſa. In ſuo nanque Polycratico, aduerſus eos hęc protulit. Sedent (inquit) in eccleſia Romana Scribę & Pharisęi, ponentes onera importabilia in humeros hominum. Pontifex magnus omnib⁹ grauis, ac pene intollerabilis eſt. Ita debacchãtur eius legati, acſi ad eccleſiam flagellandã egreſſus ſit Satan a facie domini. Nocent ſępius, & in eo ſunt diabolo perſimiles. Apud eos iudicium nihil eſt, niſi publica merces. Quęſtum omnem reputant pietatem. Iuſtificant pro muneribus impiũ, afflictas grauãt conſcientias, argento & auro mẽſas ornant, & exultãt in rebus peſſimis. Siquidẽ peccata populi comedũt, eis ueſtiuntur, & in eis multipliciter luxuriantur, dũ ueri adoratores, in ſpiritu adorant patrem. Qui ab eorum diſſentit doctrina, aut hęreticus iudicat̃, aut ſciſmaticus. Manifeſtet ergo ſeipſũ Chriſtus, & palam faciat uiã qua nobis eſt incedendũ, & cet. Thomę Becketo dum archiepiſcopus eſſet, intimus amicus extitit, & in exilio comes, ſed non ideo ſuas omiſit impropetrare dementias. Inſigne opus congeſſit, de aulicorum nugis, per multa philoſophorum exempla, quod,

Polycraticon

| | | |
|---|---|---|
| *Polycraticon uocabat,* | *li.viij.* | *Iocundiſſimus tū in multis,tū in eo,* |
| *Pœnitentiale opus,* | *li.1.* | *Cum miſerationes domini ſint,* |
| *Res geſtas Becketi,* | *li.1:* | *In omnibus mundi lenocinijs,* |
| *Obiurgatorium cleri,* | *li 1.* | *A tauro torrida lāpade Cynthij,* |
| *Eutheticum, carmine,* | *li.1.* | *Si mihi credideris,linguam cohi.* |
| *De membris conſpirantibus,* | *li.1.* | *Conciliū celebrant humani corpo.* |
| *De tyrannorum exitu,* | *li.1.* | |
| *Sermones elegantes,* | *li.1.* | |
| *Epiſtolas familiares,* | *li.1.* | |
| *Varij generis carmina,* | *li.1.* | |

Atque his ſimilia non pauca, Effectus demum ob reconditā eruditionem, beneficio Henrici ſecūdi Anglorū regis, Carnotenſis epiſcopus, in patria Senonenſi apud Gallos, ultima doctrinę ſuę monumenta ibi reliquit. Obijt celeberrimus uir, āno a ſalutifero diuę uirginis partu, 1182, & epiſcopatus ſui anno, vi. Anglis imperante ſępedicto Henrico.

IOannes Hantuillenſis, cognomento Architrenius, ab Hectore Boethio in decimo Scotorum hiſtorię libro, Neuſtrius fuiſſe perhibetur. Sed multo rectius meo iudicio, Symphorianus Champerius in Apologia aduerſus Gallię calūniatorē, Lilius Gyraldus in hiſtorijs poetarum, & Ioannes Textor in Officina, de illo ſentiunt, qui Anglum extitiſſe apertiſſimis pronunciāt uerbis. Illā ipſam ſuſpicionem uehementer mihi adauget Ioānes Lelādus, oculatiſſimus abditarū rerū enodator, qui eū in commētario Cygneę cantionis, inter Britannicos autores connumerat. Et quoniam in eius opere argute canoro, de gygantibus Albionicis, de Bruto & Corineo, de fortitudine uaria Britānorum, de Arthurio rege atq; eius nepote Gallouino, & alijs adhuc, carmina cecinit, Poeta certe egregius erat, atque ut illa fere-

bant

Gawme

bant tempora,ingenioſus & elegans,utpote literis politioribus ab adoleſcētia Lutetię nutritus,In uerſu ac ſoluta oratione,nonnulla rhetorico filo contexuit,Anglorū antiquitates ītermixtim cōmemorās,pręcipue poema,q̄d propter materiā.

*Architrenium inſcripſit,* li.vi.

*Epigrammata quoque,* li.i.

Et alia edidit,Ioannes Ludouicus Viues in libro.iij.de tradēdis diſciplinis,non omnino malū hunc dicit,ſed multo fuiſſe meliorem quam pro eo ſęculo.Ob nominis & doctrinę equipollentiam,pręſentem occupabit locum poſt Ioānem Sareſburienſem,donec innoteſcat plenius,quo tempore claruerit.

HEenricus Secundus Anglorū rex,cognomento Plantagenet,Galfridi Andegauēſis comitis ex imperatrice Matilde Anglica muliere filius,inito principatu,conſiliarios ſibi delegit uiros eruditos & graues,cum quibus leges primū recognouit atque correxit.De iſto Petrus Bleſēſis in epiſtola ad Gualtherum Panormitanum archiepiſcopū.Non ſicut alij reges (inquit) in palacio iacet,ſed per prouincias currens explorat facta omnium,illos potiſſimum iudicans,quos conſtituit iudices aliorum.Nemo eſt argutior in cōſilijs,in eloquio torrētior,ſecurior in periculis,in proſperis timidior,cōſtantior in aduerſis.Quoties poteſt a curis & ſolicitudinibus reſpirare,ſecreta ſe occupat librorū lectione,aut in cuneo clericorum aliquem nodum quęſtionis laborat euoluere.Regibus alijs longe eruditior eſt,urbanior, munificentior.Ad pacem populi pertinet quicquid cogitat,quicquid loquitur,quicquid agit.Nullus ſublimior,nulluſque magnificentior inuenitur.Pater eius potentiſſimus & nobiliſſimus comes,

fines

fines ſuos ampliſſime dilatauit. Sed iſte patris facultatibus ſuperaddens, in fortitudine manus ſuę, ducatum Normannię, ducatum Aquitanię, ducatū Britannię, regnum Anglię, regnum Scotię, regnum Hibernię, regnum Gallię, paternę magnificētię titulos ineſtimabiliter ampliauit. Quadā enim diuinitatis imagine ſemper ambiuit opprimere faſtuoſos, oppreſſos erigere, & aduerſus ſuperbię tumorem exitiales ſuſcitare moleſtias, & cet. Inde Beckettū ſeptennali exilio uexauit. Rex iſte magnificus edidit,

*Leges & ſtatuta*, li.1.
*Ad Hadrianum.iiij.papam*, epi.plu.
*Ad diuum Bernardum Clare*. epi.plu.
*Ad Alexandrum.iij.papam*, epi.plu. *In magnorum diſcriminū anguſtijs*,
*Ad Thomam Cantuarienſe*, epi.1.
*Ad Ioannem, Carnotenſem*, epi.1.
*Ad Petrum Bleſenſem*, epi.1.
*Ad Ricardum Cantuarienſem*, epi.1.

Et ad alios, epiſtolas adhuc plures. Artis militaris peritiſſimus, in rebuſque bellicis fortunatiſſimus, rara a ſuis populis tributa exegit. Annum ętatis.lxi.agens, e uita migrauit anno ſalutis humanę.1189. & regni ſui.xxxv. Chinone in Normannia, iter ueſtales regia pōpa, & ad fōtē Ebrardi tādē ſepultus.

Gilbertus de Sempyngham, Anglus, ex nobili natus genere, Iocelinum equeſtris ordinis militem habēs genitorem, corpore tamē deformis, nihil aut parum in Anglia ſub pręceptoribus ad literas profecit. In Gallias igitur profectus tandem, liberalium artium ſtudijs adeo firmus inheſit, ut magiſtri tum nomen tum gradum obtinuerit. In patriā reuerſus, pueros ac puellas eiſdē inſtruxit diſciplinis. Et ex ipſis

mox adultis, Gilbertinorum ſuperſtitioſam ac ſtultam ſui nominis ſectam, primus inchoauit anno domini.1148.( ut autor eſt Scropus ) unius earum antea captus forma. Cum uero tredecim cœnobia illis fabricaſſet, ad Eugenium papã tertiũ pro nouo papiſtici Sodomiſmi ( cęlibatus dixiſſem ) ordine confimando, Ciſtercium acceſſit, & illico obtinuit. Hominũ memorię inter cętera dedit,

*Statuta monaſteriorum,* *li.1.*

Alioſque eiuſdem farinę ſcripſit libros, ut hiſtoria uitę eius prodit. Sempingamię demum uitales deſeruit auras, pridie nonas Februarij, anno redemptionis noſtrę.1189.& uitę ſuę centeſimo ſexto, in ſuo ſepultus cœnobio, Henrico ſecundo regnante, atque in papiſticoꝝ deorũ numerũ poſtea relatus.

SYlueſter Giraldus, Cãbrienſis, ex antiquo Britannorũ genere oriundus, uir ſuo ſęculo inter literatos non parui precij, utpote eruditus & grauis, non minimũ ampliſſima doctrina ſplendorē ſuę attulit patrię. Habebat ingeniũ fœlix, & ad maximarum rerũ inquiſitionem natum, uetuſtę cognitionis uere Helluo. Dum inclytus princeps Ioannes, Anglorum regis Henrici ſecundi filius, rebellantes Hibernos patris imperio ſubigeret, aderat eius lateri Giraldus iſte, tunc archidiaconus Landauenſis, ut omnem regionem peragraret, uideret, & deſcriberet. Similes poſtea labores in Cambria & in Anglia quoque ſuſcepit, Baldwino Cantuariorũ archipręſuli comes adiunctus. In quo itinere, ad Aualonię uallem Arthurij regis oſſa ſe contrectauiſſe, ingenue fatetur. Electus tandem in epiſcopum Meneuienſem, Romę ſolicite tractabat de metroplitano ſuę eccleſię iure, eſtque eius nomē ob id in decretis Romanorum pontificũ celebre. Compoſuit

coſmographus

coſmographus iſte nobiliſſimus, eleganter & nitide, iuſtis ſemper fretus argumentis,

Topographiam Hiberniæ, li. 1.
Diſtinctionum eiuſdẽ, li. iij.
Odœporicon Cambriæ, li. 1.
Itinerarium Britanniæ, li. 1.
Topographiam Cambriæ, li. ij.
Epitomen eius rhithmice, li. 1. Libri curſus nunc Cambriam,
Vitam Henrici ſecundi, li. 1.
Inſtitutionem principis, li. 1.
Speculum eccleſiaſticum, li. 1.
Acta regis Ioannis, li. 1. Ioannes filius iunior Henrici
De mundi mirabilibus, li. 1.
De Machumeti nequitijs, li. 1.
De Viſiſaxonum regibus, li. 1.
Anglorum Chronicon, li. 1.
pro Guidone Warwicenſi, li. 1.
Prærogatiuarum computum, li. 1.
Dialogum quoque, li. 1.

Et multa adhuc alia. In flagranti Anglicorum regũ Henrici Ricardi, & Ioannis gratia confirmatus, ex antiquitatum Britannicarum ſtudio exactiſſimo, miranda ſuo tẽpore fecit uir ſane doctus, & magnus. Claruit anno ab exorta pietate chriſtiana, 1190. ſub illuſtriſſimo Anglorum rege Ricardo primo, ac poſtea ſub rege Ioanne.

IOannes Haguſtaldenſis, Septentrionaliũ partium Anglus, & (ut uidetur ex ſcriptis) Benedictinorũ familię in Dunelmẽſi cœnobio, monachus eruditꝰ floruit. Inerat ei ex ſtudiorum ſuorum lucro, dicẽdi & diſputandi facultas (ut fertur) non minima, dum eſſet in

ſuo monaſterio uariarũ artiũ prçlector. Amator hiſtoriarũ atque rerum inſigniter geſtarum erat, & cultor antiquitatis ſummus, quamuis non alienus omnino ab anilium fabularũ ſuperſtitione. Bedam de Angloſaxonum geſtis, frequẽter in manibus habuit, ac prçcentoris Simeonis quadringentorũ & triginta fere annorũ additiones ad eadem. Quibus demũ, ut & apud poſteros quidpiam demereretur, ad .xxv. annos, ſpatioſe appendit,

*Inclyta ſui temporis facta*, li. 1.
*Contiones quoque ſcripſit*, li. 1.

Sed & alia multa compoſuit, quç hucuſque nos latent. In prçfato chronicorum auctario, a nono anno Henrici ſecundi Anglorum regis, ad primmũ Ricardi primi, celebriora principum facta deſcripſit. Qui erat ab incarnato Dei uerbo, 1190, in quo claruit ſub eodem Ricardo.

ROgerus de Houeden, Anglus natiõe, ſacerdos uulgaris (ut uocant) & Oxonienſis academiç ſupremç claſſis magiſter, plurimum apud eos ingenij dexteritate ualuit. A Platone enim philoſophorum parente inſtructus, conſiderabat ſe non ſibijpſi natum, ſed & cognatis & amicis, ſaltẽ patriç, quod prima alimenta dederit. In unum igitur redegit memorabilia maiorum ſuorum geſta, ne eorum in plebe memoria periret, ſed immortalitati tunc data, ſemper deinceps reuiuiſceret. Britannorum & Anglorũ calamitoſas ſub Romanis, Pictis, Saxonibus, Dacis, ac Normannis tragœdias, aperte & lucide ob oculos lectoris ponit, uir in hiſtoria laudatus. Eius profecto lucubrationes diligenter perquiri fecit Edwardus Anglorum rex primus, cum pro Scotici regni titulo ingens eſſet controuerſia, ãno domini. 1291, ut habet Ranulphus in

Polychronico

Polychronico.li.7.ca.39. Scripſit ergo Houedenus ad communem utilitatem,

*Annales regum Angliæ,* li,1,
*Lecturas ſcholaſticas,* li,1,

Et alia quedam, que librariorum incuria euanuerunt. In prefatam uero hiſtoriam, particulares ac ſeparatos addiderunt indices, Alanus de Lynna & Guilhelmus Thorpius, Carmelitanę ſodalitatis doctores. Claruit Rogerus anno a Chriſto nato.1190. ſub rege Ricardo primo, conſenuitque ſub Ioãne;

Gvilhelmus Cantuarienſis, Anglus, Benedictinę factionis (ut fertur monachus, non ultimum apud ſuos cõmilitones authoritatis & doctrinę promeruit locum. Per inanem tamẽ philoſophiam inſolentior factus, plures aduerſus eloquia Dei ſacra quãinique blaſphemias euomebat. Mendacijs Becketum ſuum extulit, multis, poſtquam ei inter exilij moleſtias adheſiſſet, ut pro papiſtico regno pia regis Hẽrici apud uulgus indoctum obſcuraret facta. Ioannem Sareſburienſem ( qui breuiter eius deſcripſerat geſta ) a doctrina commendat quidem. ſed ex tã ſuccincta narratione, non ad plenum ſatiſfeciſſe cõqueritur: Ideo confinxit maiuſculum opus, impoſturis diabolicis pleniſſimum, quod pretitulauit,

*De uita & paßione Thomæ,* li.1. *Cum apud omnium fideliũ mẽtes,*
*De uiſionibus poſt mortem,* li.1. *Poſtquã igit beatißimus Chriſti,*
*De miraculis eiuſdem,* li.1. *Quoniã ergo perſecutionis nebulã,*

Alia adhuc ex inutili & uago putatur emiſiſſe cerebro, ſed ab hiſtoricis nõ recordantur. Claruit hypocriticus illuſor, preſtigijs inſtructus, quo magis deciperet, anno chriſtianę pietatis.1190. ſub Ricardo Anglorum rege primo.

IOannes Tilberius, Anglus, ſecularis ſacerdos (ut eos cōmuni appellāt uocabulo) ab ineūte ſtatim ętate gentilium & chriſtianorum perſcrutatus dogmata, atq; ita Oxonij doctor effectus, magnum eruditionis ſibi peperit nomen. Inter pręclaros doctrina uiros, qui Becketi tempore floruerunt in Anglia, eique fuerunt utcunque familiares, in quarto libro uitę illius Stephanus Langton iſtum cōnumerat, dū eorum catalogum ſeu nomenclaturam celebrem facit. Teſtis tunc erat Londinenſis ciuitas, urbium regni caput, quantum ingenio & ſermone ualuerit, apud quos ſolebat tam frequentes edere conciones. Opuſculorum eius pauciſſima (quod ſciam) ad lucem uenerunt. Hęc enim ſola apud ſcriptores memorata inueni,

*Hiſtoriam Anglicæ gentis,* li. 1.

Et declamationes ad plebem, quę an extent adhuc, neſcio. Claruit anno ab apparente in carne Meſſia, 1190, ſub Ricardo rege illius nominis primo. Epiſcopū eū fuiſſe, pręfat⁹ Stephanus prodit, ſed titulus modo non occurrit.

ALanus Teukeſberienſis, Benedictinorum cœnobitarum abbas, Anglus, ſcholaſtice apud Oxonium eruditus, inanem ac frigidam iudicabat omnē Chriſti doctrinam, quę non Syllogiſmis Ariſtotelicis fulciret. Iſte quartus eſt teſtis cauteriatus, a Stephano Langton introductus, qui ſuis pręſtigijs Thomę Becketi Cātuarienſis Antichriſti deteſtanda ſcelera, pro ſanctiſſimis exemplis mundo propoſuit uenerāda. Atque ea fecit impoſtor diabolicus, ut authoritas regia (quę a ſolo Deo eſt) execrabilis Beſtię tyrannidi locū coacta daret. Talia ijs diebus per inſtrumēta ſua operatus eſt Satan, ut eo ſublimius daretur ei regni

ſolium,

ſolium,& ut uituli adorarentur in Bethel, Depinxit iſte fucatis coloribus,

*Exilium & uitam Becketi,* li.1.

*Problemata quoque ſcripſit,* li.1.

De alijs eius ſcriptis, apud hiſtoriographos nihil apparet. Huiuſmodi pſeudomagiſtrorũ qui ſuorũ chariſmatum loco Satanę ſpurcitias ingerunt, prȩmonuit nos Chriſtus, ne temere eis credamus. Claruit anno dominicę incarnationis, 1196. ſub Ricardo primo.

Ricardus Canonicus, ad Sanctam Trinitatē Londini regularis, Anglus natione, ab ipſa pueritia bonarum artiũ literas impēſe amauit, excoluit, ac didicit. Qui ex continuo labore atque exercitatione longa, talis tandem euaſit orator & poeta, quales ea ętas rariſſimos nutriebat. Ob id Ricardo regi charus, longam cum ipſo peregrinationem in Paleſtinam ac Syriam, dum expugnaret Turcas, ſuſcepit. Vnde in Angliam denuo reuerſus, omnia quę pręſens uidit in urbibus, agris, ac militum caſtris, fideli narratione tam carmine quā proſa deſcripſit. Nec interim omiſit eiuſdem regis mores & formā per omnia corporis lineamenta deſignare. Addiditq; pręclaro ſuo operi, hoc aptiſſimũ pro titulo nomen, ſcilicet,

*Itinerarium regis Ricardi,* li.1.

Cęteras eius lucubrationes non proferunt ſcriptores, porro nec ipſe Nicolaus Treueth, qui tamen hęc omnia in ſuis demonſtrat chronicis. Claruit Ricardus āno a redēptionis noſtrę initio, 1200. ſub illuſtriſſimo Anglorum rege Ioanne.

Benedictus de Burgo Petri, Benedictinenſium monachorum in eodem loco abbas, Anglus & ipſe, poſt imbibitas Cantabrigię humanarum artium

fęces,

fęces, integrũ ſcripturę ſacrę intellectum doctrinis impoſtri-cibus corrupit. Fuerat hic primum Cantuariẽſis prior, ſeu( ut latinius loquar ) cœnobiarcha, ingenium ſemper habens ad quęque callidum. Vt pro magno eccleſię martyre ac ſanctiſſimo ad Deum patrono, Becketus uulgo haberetur, acceſſit iſte quintus, atque ( quod ſciam ) ultimus fucatę illius ſancti-monię teſtis, confictis mille mendacibus ſignis, ac ingentium (ut uocant) miraculorũ prodigijs. Nam texuit ( inquit Guilhelmus Cantuarienſis ) relationem eorum, quę poſt mortem egit. Quod opus intitulauit,

*Miracula Thomæ martyris,* li.1.

Quod aliud quidpiã ſcripſerit, a chronographis nondũ accepi. Ventri iudulgentes monachi pręſtigijs uarijs mundum illudebant ijs malis diebus. Claruit ſceleratus impoſtor, anno uirginei partus. 1200. ſub Anglorum rege Ioanne.

IOãnes Burgẽſis, Anglus, ex honeſta familia natus, ac politioribus literis a teneris annis imbutus, ut laute deinceps ex alienis ſudorib⁹ in otio uiueret, in Benedictinorum barathro ſe immerſit. Et iuxta ſpem, a prima profeſſione conceptam, fit demum abbas in Petroburgenſi monaſterio, quod tam ab ędificiorum ſplendore quam a turgido inhabitãtium monachorum faſtu, ſuperbię cognomentum accepit. Chronographus erat pro ſua ętate eruditus & eloquens, ſi nõ tã crebro pedem intromiſiſſet uniuerſalis illa monachorum nutrix ſuperſtitio, quę õnia ſordibus implet. Bono ordine digeſſit multa, ſpectatu certe & lectione digna quantum ad hiſtoriam. Pręſertim edidit,

*Anglorum annales,* li.1.

In quibus de literis ac literatis uiris nõnulla tradit, ut quod eruditum myſtarum chorum Arthurius Britannorum rex

in Legionũ

Anglicarum ſcriptores,& iſtum Edwardi regis iuſſu anno domini.M.cc.xci. perſcrutatum refert Ranulphus Higeden Ceſtrienſis monachus li.7.ca.39. Apud quē inuenit quoque, quod Anglorum rex per autentica ſcripta ſit Scotię Monarcha ( capitalis dominus,habet liber ) rege ſine liberis decedēte, Vnde compoſuit memorabilis ſcriptor,

*Anglorum chronica,* li.1.

Et adhuc alia quę nos latent, Pro his & ſimilibus alijs ueterum authorum monumentis,omnes Anglię, Cambrię, Hibernię& Scotię Bibliothecas perquiri fecit antedictus Edwardus. Claruiſſe uero fertur,anno ſeruatoris noſtri,1200,ſub Anglorum rege Ioanne,

IOannes Graye, Anglus, epiſcopus Nordouicenſis, uir multis ſcientijs eruditus,ac propterea Ioãni Anglorum regi gratiſſimus, in magna ſemper autoritate apud ipſum remanſit,ſplendidis fũctionibus ornatus. Vnde Huberto Cantuarienſi mortuo,monachos hortatus eſt rex,ut hunc ſuum domeſticũ, ac familiaris ſenatus caput,renũciarent archiepiſcopũ. Quod ut ei gratificari uiderentur,admiſerunt,& tandem ſimulate pręſtiterunt. Eam tamen electionem Innocentius tertius Romanus pontifex irritam fecit,pręferens illi ſedi Stephanum Langton,ſuum familiarem,ac diui Chryſogoni Cardinalem. Tulit rex periniquo animo repulſam Ioannis, publicatiſque ob proditionem bonis,monachos qui Cantuarię erant,in exilium egit,& qui Romam iuiſſent,patrię hoſtes denunciauit, Deinde pontifici literas miſit, aculeorum & expoſtulationũ quamplenas,ſe nunquã paſſurum Stephanũ ea gaudere ſede; Quę res magnorum in Anglia malorũ, Antichriſto acriter ſęuiente,ſeminarium fuit. Admodũ facetus erat Grayus atque

in

in dicendo elegans, ſeueritate tamen Catoni non inſimilis. Fuitque illi quandoque negotium cum ea calũniatorum turba, qui Guilhelmo Paruo hęrentes, Arthurium regem nũquam extitiſſe contendebant, quod Gildas & Bedas eũ ſilentio prę-terierint. Quibus argute & prudenter reſpondebat. Forſitan (inquit) repudiabant ſãctuli homines, principem ex adulterio natum. Eiuſmodi ſalibus plerũque utebatur, ſcripſiſſeque inter cętera fertur, hiſtoriarum opus, quod

*Schalæchronicon uocabat,* li.1.
*Ad Cantuarienſes monachos,* epi.plu.

Et nonnulla alia. Claruit anno a Chriſti ſeruatoris ortu. 1205. quo regis iuſſu in archiepiſcopũ eligebatur. Subactis poſtea rebellib' Hibernis, prefectus illis relictus erat, ut eos in fide-litatis officijs cõtineret. Obijt eo ãno quo rex Ioãnes, Pãdul-pho Romano in Nordouicenſi epiſcopatu ſuccedente.

MAuritius Morganenſis, Britannici generis Anglus, in auſtrali Cambria apud Demetas oriundus, liberalium artium magiſter Oxonienſis, ac ludi literarij in patria pędagogus, totius prouincię adoleſcentiã probe inſtituit. Comi ac perbenigno ingenio pręditus erat, & nullum fere reliquit tempus, ſtudiorum cura uacuũ, quod nõ operoſe coluerit bonis ac ſalubribus (ut tũc erant) diſcipli-nis. Pro ſua ętate ſingularis habebatur poeta, rhetorque non cõtẽnendus. Agreſtia nihilominus & incondita, eruditorum iudicio, fuerũt eius poemata, areſcentibus per ea tẽpora literis politioribus. Edidit iſte ſub uario latinorũ metrorũ genere,

*Epigrammata quædam,* li.1.
*In patrio ſermone,* li.plu.

Et alia. Hiſtorici plures ſunt, qui hunc ſcribant, cum mortuo quodam milite nocturnum habuiſſe colloquium, de Anglicis

tunc regni ruina. Sed quid mētiendo non fingit ob uentrem hypocriſis? Claruit ſenex anno ſalutis humanę. 1210. ſub prę dicto rege Ioanne.

LEthbertus Anglicus, ſacerdos (ut uocāt) ſęcularis, liberalium artium literis perpulchre inſtructus, ad theologię ſtudiū (quo plus oblectabatur) perſeuerantem applicuit animum. Preclara igitur illius noticia conſpicuus, ex longo ſacrarū ſcripturarū exercitio, a publicis cōcionib' & lecturis, acſi fuiſſet Pythagoras alter, eminētiſſimū in Anglorū gymnaſijs obtinuit locū. Ingeniū habebat fertile & acutū, cū nō infœlici quoq; memoria copulatū. Protulit uero tādē e pectoris ſui penario, ut memoriā ſuę ꝓbitatis poſteris relinqueret,

*Explanationes Pſalmorum,* li. 1.
*Lecturas ſcripturarum,* li. 1.

Aliorum eius opuſculorū titulos nō uidi. Claruiſſe putatur anno a Chriſti natali. 1210. ſub pio rege Ioanne. Huius authoritatem non leuem facit in ſuis ſermonibus, Stephanus Patrington preſul Meneuienſis, crebro eum allegans.

ROBertus Montēſis abbas, patria Normannus (quę tūc ſub Anglorū regis erat ditione) nō infimus ſui temporis ſcriptor habebatur. Fuit primo famati illius Beccenſis cœnobij (quod tot Anglorum archipręſules, epiſcopos, & abbates pepererat) ſub Benedicti inſtituto monachus. Poſtea Montis Naualis in diocœſi Abrincenſi abbas effectus, & Anglorum regi Henrico ſecundo familiariter notus, ad eum in Angliam perrexit anno domini. 1176. obtinuitque ab ipſo Chartam & ſigillum omnium eleemoſinarum pro ſuo templo. Annales centum fere annorum iſte addidit, ad Sigeberti

Gembla

Gemblacenſis chronicon,in quibus Ioannem Anglorum re-
gem a multis commendat,pręcipue a quadam inſigni aduer
ſus Gallos uictoria,in liberatione Aleonorę matris. Quod
opus apte intitulari poterit,

*Appendix ad Sigebertum,* li.1. *Waldrico Laudunenſi a ſuæ urbis,*
*Bella chriſtianorum principum,* li.viij. *Inter omnes Hiſtoriographos,*
*Acta conciliorum,* li.1.
*De ſuis temporibus,* li.1.

Aliaque cōpoſuit multa. Interfuit iſte cōmitijs prȩlatorum tā Romȩ quā Tholoſȩ,ubi ōnia cōmendauit ſcriptis. Sua uero chronica ab āno Chriſti dn̄i noſtri,1112. produxit uſque ad annum,1210. in quo claruit Anglorum regi Ioanni familiaris.

ALexander Neckam, Anglus, ex ea familia fuiſſe a nonnullis iudicatur (quos Canonicos uocant regulares) ętate ſua certe doctiſſimus. Nā eius in bonis artibus cognitio,non modo Britannis ſuis, uerum etiam Gallis & Italis, atque adeo orbi uniuerſo, incredibili cum admiratione ita innotuit, ut miraculum ingenij diceretur. Philoſophus enim habebatur eruditus, theologus pręclarus, rhetor & poeta inſignis. In prelectione bonorum autorum non apparebat eo tunc elegantior, aut in uniuerſali rerum notitia copioſior,& propterea frequentiora cęteris habebat illis diebus auditoria. Quicquid interpretabatur eis,ad clarum eorum deduxit intellectum, ſchematum ęnigmata & nodos mira facilitate diſſoluendo. Poſtremo hęc inſpicienda tandem opuſcula ſuis reliquit poſterioribus,

*Diuinæ ſapientiæ laudes,* li.1.
*In Cantica canticorum,* li.vi. *Humilitas uera gloriam excelſam,*
*In Eccleſiaſten,* li.ij.

In Prouerbia

*In Prouerbia Salomonis,* li.1.
*Super Ezechielem,* li.1.
*Corrogationes Promethei,* li.1. *Ferrum ſitu rubiginem ducit,*
*De puritate Mariæ,* li.1.
*De figuris & tropis,* li.1.
*De fabulis poetarum,* li.1.
*Carmina diuerſa,* li.1. *Cortice nudato, Tiſarantus,*
*Scintillarium quoddam,* li.1.
*In Metamorphoſin Ouidij,* li.1.
*Lectiones ſcripturarum,* li.1.

Cętera ſuorum laborum monumēta literaria, nos latent. Pręfatū opus Corrogationū Promethei, de difficiliorib⁹ Bibliorū uerbis & quęſtionibus eſt. Claruiſſe uero fertur, āno Chriſti Ieſu dñi noſtri, 1210, ſub ſępedicto Anglorū rege Ioanne.

SImon Thuruaius, pręſbyter, Anglus natione, ac patria (ut aiunt) Cornubienſis, cum eſſet dialecticus acutiſſimus & omnium liberalium artium peritus, relictis Anglorum academijs, Pariſienſi theologorū ſcholę pluribus pręfuit annis. Tā excellens erat in ea doctrina & in eo uerbo quę inflant, ut gymnaſij magiſtros, tam admiratores quam auditores haberet, Sed dū ſuo Ariſtoteli ſuperbus & arrogans, nimium inhęreret, & contempta Euangelicę doctrinę humilitate, plures in Moſen & Chriſtū effutiret blaſphemias, Diuina ultione tactus, omni ſcientia priuatur, ac mugitū humanę uocis loco deinceps edidit. Hęc nō tacuit Polydorus libro. xv. Anglicę hiſtorię. Simon Thuruaius (inquit) uir doctiſſimus, quum plus equo ſua gloriaretur doctrina, repente literarū ita eſt oblitus, ut rudiſſimus penitus ſit effectus. Adeo ut ſicut nihil fuerat adoleſcente acutius, ita nec aliquid ſene obtuſius, Compoſuit tamen, cum adhuc eſſet eruditę me

morię

morię compos,

*Sententiarum ſuarum,* li.1.
*Quæſtiones uarias,* li.1.
*In ſymbolum Athanaſij,* li.1.
*In Boethium de trinitate,* li.1.
*De rerum naturis,* li.1.
*De doctrina christiana,* li.1.
*Lecturas ſcholaſticas,* li.1.

Et alia non pauca. Abhorens a ſalubri coniugio, Aleidē meretricem uxoris loco tenuit. At claruit anno a uerbo incarnato, 1216. ſub Anglorum rege Ioanne. Thomas Cantipratenſis in libro.ij.ca.xlvij.de bono uniuerſali, & poſt eū Ioannes Tritemius in eccleſiaſticis ſcriptoribus, Simonē de Tornaco ipſū appellant, uocabulorum ſimilitudine decepti.

GVilhelmus Paruus, Nouoburgenſis, Anglus, Bridlingtonenſis collegij in Eboracēſi prouincia Canonicus regularis, ueridicus autor a Polydoro Vergilio celebratur, quod hiſtorię Britannicę derogauerit fidē. Econtra a Ioāne Lelando, ęquiſſimo hiſtoriarum cenſore, iuſtiſſime reprehenditur, q́d Britannicarum antiquitatum ignarus, tam calūnioſe cū Galfrido Monemuthenſi homine erudito & mortuo, ac tā acriter ea in re decertarit, in chronicorū ſuorū procœmio. Arthuriūq; fortiorem dicit, quam qui ſupprimeretur a deſide monacho, ac alium fuiſſe Merlinū Caledonium, quam putaret ſubijciēdum alicuius cucullati iudicio, cum eorum nomina de medio tollere niteretur. Erat tamen Guilhelmus (inquit) ne quem iuſta defraudem gloria, uir ſua ętate, rerum temporibus recentioribus geſtarum, non ignarus. Sed multo in ſcripturarum interpretatiōe, ut ex eius facile apparet libris, fœlicior. Scripſit enim

ſit enim ſtylo ſatis nitido,

*De Normānis Anglorū regibus,* li.1.

*Commentarios ſcripturarum,* li.plu

*Sermones eruditos,* li.1.

Atque alia nonnulla,ut ex ſtudijs honeſtis atque chriſtianis, apud poſteritatem ſemper uiueret eius nomen. Claruit circi ter annum ſalutis humanę.1216.ſub Ioanne optimo Anglorū rege,ſed a papę regno quaminique tractato,in ſuo tandem cœnobio ſepultus.

IOannes Anglorum rex, Henrici ſecundi iunior filius, tricesimo ſecundo ętatis anno poſt mortuos fratres ad regni faſtigiū ſublimatus, princeps fortis, hilaris, liberalis, ac prouidus,chriſtiana pietate a puero rite inſtitutus,bonis artibus eruditus, & candidis moribus choruſcans, ab eius temporis ſcriptorib⁹ prędicabatur.Etiam poſt inſignem in agro Andegauenſi a Gallis uictoriam, uociferabat ſtatim Anglorum populus,hoc in eo adimpleri debere Merlini uaticiniū,Capite leonis coronabitur, linguas taurorū abſcindet,& colla rugientium onerabit cathenis.Sed cum in quoſdam ſecundū ius patrię animaduertiſſet ſacerdotes,qui mulierem occidiſſent,regiam monetam falſificaſſēt,atque alia multis mortib⁹ digna perpetraſſent flagitia,petijſſetque ſemel eccleſiaſticorū prouentuum decimas pro recuperandis in Normānia terris ſibi dari.Fortunis eius,ſibi timētes,inuidere cœperunt,atq; omnes ei ſubditas undique gentes, Anglos, Gallos, Scotos, Hibernos,& Cambrios.ad defectionem ac rebellionē ſecreta confeſſione concitare, Cum Romano pontifice Innocentio tertio poſtea agebant quoque,ut execraret,inſectaret armis, ac regia

ac regia dignitate priuaretur, tandem alienatis ab eo princi patibus tranſmarinis, Normannia, Aquitania, Cenomana, Turonia, Pictauia, & Andegauia, miſerrime coactus, ſeipſum cum florentiſſimo Angliç regno Antichriſti tyrannidi perpetuo ſubmiſit. Admirarer ſane excandeſcentē immo prodigioſe furentē Polydori Vergilij animū, qui in hunc piū principem pro ſuo clero plus deſęuit, quā quiſquā alius ſcriptor in atrociſſimos tyrannos Neronem aut Iulianum, niſi ſcirem eum fuiſſe pontificis quęſtorē. Sed ad rabiem uſque frendeāt pectora papiſtica, Dominus qui eum pro Antichriſti detegēdis inſanijs tum deiecerat, in poſteris magnificentiſſime ſublimauit, dum unum filiorum Anglorum regem fecit, alterū Romanorum cęſarem. In ſcripta retulit Ioannes, inter anxietates creberrimas,

| | | |
|---|---|---|
| *Pro republica leges,* | *li.1.* | |
| *Statuta regalia,* | *li.1.* | |
| *Ad matrem Aleonoram,* | *epi.1:* | |
| *Ad Cantuarienſes pro Graio,* | *epi.1:* | |
| *Ad Innocentium contra Steph,* | *epi.1:* | |
| *De ſua ſubmiſsione ad eundem,* | *epi.1.* | *Ioannes Dei gratia rex Angliæ,* |
| *Super charta obligatoria,* | *epi.1.* | *Ego Ioannes Dei gratia rex Ang.* |
| *Ad Stephanum Cantuarienſem,* | *epi.ij:* | |
| *Ad Guilhelmum Londinenſem,* | *epi.1.* | |
| *Ap Euſtachiū Elygenſem,* | *epi.1:* | |
| *Ad Innocentiū contra barones,* | *epi.ij.* | |
| *Ad Londinenſes pro prætore,* | *epi.1.* | |

Chartaſque immunitatum ac libertatum ad Gippeſwicēſes, Nordouicenſes, Dunwicenſes, & aliarū urbiū cōmunitates, quas plures uidi. Nam Londinenſis ciuitatis formā mutauit, prętorem eis cū duobus tribunis ſeu uicecomitibus primus conſtituens, E medio tandē eſt ſubbatus, ueneno (ut fuerūt)

per Ciſtercienſē monachum in poculis ei dato,anno a Chriſti Ieſu natiuitate.1217.ętatis ſuę.49.&.xiiij. calendas Nouēbris,ac Wigornię ſepultus,cum regnaſſet annis.xvij.menſibus.vi.atque.x.diebus.Renaſcente demum Euangelio,trāſlatum erat eius cadauer.& in nouo ſepulchro poſitū anno domini.1529.ultimo die Iunij.¶ Hanc quoq; Merlini propheciam,parum ante eius mortem,populares quidam ei tribuerunt. Virginea munera uirginibus donabit. promerebitur inde fauorem tonantis,& inter beatos collocabitur.

AThelredus Monachus,Ciſtercienſis inſtituti,& Wardonēſis cœnobij (ut fertur) abbas, Anglus natione,poſt curſoriam (ut uocant) humanorū dogmatum inſpectionem, ſacrarum ſcripturarū lectioni inter monaſteriales contemplationes & curas ſe totum addixit.In concionibus ſacris,dulcedine quadam Bernardo non inſimilis,plebem ad ſe audiendum uehementer attrahebat.Eloquijs certe mellifluis,cū ingenij mitiſſimi nitore,in interpretandis ſcripturis abundabat,ſi abeſſēt admixtę interdum ſuperſtitiones,ut ex opuſculis eius appareт.Hunc autorem ſępius allegat Waldenus in illis pręcipue ſermonibus quos fecit coram Henrico Anglorum rege quinto. Fabricauit autem Ethelredus ad communem ſuorum fratrum utilitatem,

*Speculum charitatis,* li.1.
*In Lucam homelias,* li.1.
*Conciones & epiſtolas,* li.1.

Eruditioneſque alias tam pias quam deuotas ex literis ſacris excerpſiſſe ac memorię tradidiſſe perhibetur, ea tamen non uidi, Claruit anno a ſalutifero diuę uirginis partu.1220. ſub Henrico Anglorum rege tertio,inter ſuos tandem ſepultus.

Ioannes

IOannes de ſancto Aegidio, Anglus natione, tam medicus quam philoſophus ſua tempeſtate non incelebris, Lutetię primũ, in Mõte Peſſulano poſtea, in magnis diſcipulorum frequentijs eaſdem docuit artes. Demum ſe transferens ad theologię ſophiſticę ſtudiũ, magiſter quoque in ea facultate ac publicus interpres Pariſijs eſt ordinatus. Cœperunt tunc exurgere macilentiſſimę ex profũdo Abyſſo locuſtę, nempe Mendicantium ſectarum fratres ſub Euangelicę paupertatis fuco, ut Waldenſes & Albigeſios (qui a clero temporalia conabantur auferre) ſuis cruciatibus moleſtarent. Ad hoc Anglorum primus Ioannes iſte in tertia Dominicanorum fratrum generali Pariſijs ſynodo (Antonino teſte) uenit, ac profeſſionem eorũ, facta prius ad clerũ concione, ſuſcepit. Occaſione cuius (inquit Nicolaus Treueth) fratres duas ſcholas infra eiuſdem loci ſepta habuerũt, eo ibidẽ reſumẽte ſuas lectiones. Vnde inter cętera, ſuo tempore ſcripſit,

*Practicas medicinales,* li.1.
*Rerum futurarum prognoſtica,* li.1.
*In Ariſtotelem commentarios,* li.1.
*Sermones & lecturas,* li.1.

Feruntur & alia, ſed tituli deſunt. Claruit anno aſſumptę per Chriſtum humanitatis .1222. quo Dominicanorum ſectã intrauit, Henrico rege tertio apud Anglos dominante. Hunc ex ſubdola uoce Syreni non inſimilem, moralizantium dulciſſimum appellat prędictus Treuethus.

STephanus Langton, Anglus, gymnaſij Pariſienſis magiſter, ac ſupremus Cancellarius ſeu uniuerſalis rector, in philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore habebatur ſecundus. Vtrãque theologiã, tam

ſcholaſticam quam interpretatiuam,ingenio callidus,nouo legendi genere per ſubtilitates docuit,ſcripturaſque ſanctas multis annis quaſuperſtitioſe per allegorizationes & moralizationes expoſuit. Qui mos diabolicus,unoquoq; fere pro ſuo interpretante commodo,in maximum rei chriſtianę detrimentum,ad ętatem uſq; noſtrã ſemper in deterius creuit. His initijs clarus,per Innocentium papam tertium fit diui Chriſogoni Cardinalis preſbyter,Cantuariẽſis archipreſul, & totius Anglię primas,inuito rege Ioanne,cui & regno infinita tunc fecerat damna. Perfidus ſemper erat in hunc bonum principem,ut qui pontificem prefatum in eum incitaſſet,ac procerum regni contumaciam fouiſſet aduerſus utrũque,ut Polydorus li.xv.tradit,Et ob id fuit poſtea interdictus ſacris,ac archiepiſcopatu pene priuatus. Contexuit iſte quo lati⁹ ex calice aureo meretricis magnę ſordes effũderet,

| | | |
|---|---|---|
| *In Pentateuchum Moſi,* | *li.v.* | |
| *Commentarios in Ioſue,* | *li.1.* | |
| *In Iudicum,* | *li.1.* | |
| *In Regum,* | *li.iiij.* | |
| *In Pſalterium,* | *li.1.* | |
| *In minores Prophetas,* | *li.xij.* | |
| *Vitam Thomæ Cantuarienſis,* | *li.v.* | *Profeſſores artium ſaeculi,proprios,* |
| *Vitam regis Ricardi,* | *li.1.* | |
| *Annotationes Bibliorum,* | *li.1.* | |
| *In epiſtolas Pauli,* | *li.xiiij.* | |
| *De factis Machumeit,* | *li.1,* | |
| *Repetitiones lectionum,* | *li.1,* | |

Aliaſque ſophiſticas in utrumque teſtamentum explanationes fecit,& omnes Bibliorum libros per capita diſtinxit, quibus adhuc eccleſia utitur. Thomę Beckeri cadauer fœtidum, mirabili pompa trãſtulit,cuius expenſas ſuperfluas uix quantus

Steeuen Langton. distinxit bibliorum libros per capita.

tus ab eo pontifex perſoluit. Obijt Cantuarię tādē uerę pietatis anno. 1228. in maiori templo ſepultus, ſub Hērico tertio.

ALexander de Hales, Anglus, in gymnaſio Pariſiēſi doctor irrefragabilis appellatus, ſuperſtitioſam Minoritarum ſectam, lecturę ſuę tempore, uix mētis cōpos intrauit, pręcedenti Ioannis ſācti Aegidij exēplo motus. Ingenio & eloquio paracutus, in Ariſtotelicis diſciplinis ętate ſua nulli cedere iactitabatur a multis. Propterea Thomę Aquinati ac Bonauenturę, qui ex locuſtis maeris primi equi erant ad prẹlium parati, in theologia ſophiſtica pręceptor accitus, miris ſubtilitatibus pro conſtabiliendo per eos Antichriſti regno, illos armauit. Doctrinā Petri Lombardi, quem cum duobus fratribus (ut teſtes ſunt poſt Antoninum, Textor & Agrippa) ex ſacrificuli concubitu, Monialis meretrix in papiſtico cęlibatu pepererat, ut illi eccleſię utilem barbaro ſtilo explicuit, & ſubtilibus argumentis amplíauit. Cū Romanorꝫ pontificū decretis ſcripturas admiſcuit atqꝫ alia miracula fecit, ut homines magnā adorarēt in Apocalypſi Beſtiā. Sic dedit (inquiūt) perfectionē doctrinę, eccleſiaſticę theologię & iuris Canonici. Edidit uero, iubente Innocentio quarto, ingens opus in magnis uoluminibus,

| | | |
|---|---|---|
| *Summam Theologiæ,* | *li. iiij.* | *Quoniam ſicut dicit Boetius.* |
| *Declarationem ſuæ regulæ,* | *li. 1.* | *Reuerendo in Chriſto patri,* |
| *Summam de uirtutibus,* | *li. 1.* | |
| *Quæſtiones ſententiarum,* | *li. iiij.* | |
| *Compendium Theologiæ,* | *li. vi.* | |
| *De pœnitentia,* | *li. 1.* | |
| *Mariale magnum,* | *li. vi.* | |
| *De negligentia,* | *li. 1.* | |
| *Lecturas Bibliorum,* | *li. 1.* | |

*In Apocalypſim Ioannis,* li.1.
*Concordiam utriuſque iuris,* li.1.

Dicitur & cōmentarios plures in utrūque teſtamentum contexuiſſe, quę tamē hucuſque nō uidimus. Obijt tādē Pariſijs, apud Franciſcanos humatus, vi. calendas Septembris, anno chriſtianę religionis, 1250, ſub Henrico Anglorꝝ rege tertio.

ALexander Ceſtrienſis epiſcopus, Anglus, ex academiarum in diuerſis terris frequentatione, diſciplinas hauſit, ac multarum rerum cognitione plures ſui tēporis tā philoſophos quā theologos ſuperaſſe dicitur. Bononię enim pluribꝰ ānis ſtuduit, & in Tholoſano gymnaſio theologorꝝ ſcholas ſopiſtice rexit. Interim uiſiones habuit nocturnas, & in ſomnijs illuſōe diabolica portētoſas oſtēſiones, quibꝰ exurgētes fratrū ſectas admiſit, atqꝫ in lecturis & cōcionibꝰ publicis, ad incredibilē chriſtianę reipublicę utilitatē tūc natas nūciauit. Ita circuiuit illis diebꝰ famelicus Sathan, ſubdole quęrens quē deuoraret, nullūqꝫ nō aditum tentans, ut in exitium pertraheret homines. Poſterorꝝ memorię inter alia ſcripta, commendauit Alexander,

*Poſtillas in pſalterium,* li.1.
*Sermones ad clerum,* li.1.

Atqꝫ lectiones ſcripturarū plures. Quę ōnia ex pręfatis ſomniorū ſpectris, anilibus fabulis ſūt plena. Fato demū cōceſſit eps, anno a nato gn̄is humani ſeruatore, 1238. Ceſtrię ſepultus ſub Hērico tertio Anglorꝝ rege, ut habet ī chronicis Treuethꝰ

RAdulphus Freſborne, ex Anglia natus, in Septentrionali inſulę regione, poſt aliquot annos a Ricardi Anglorꝝ regis ex Paleſtina reditu, mutādę militię gratia Carmelū Syrię petijt, & cōmu-

nem

nem illic habitationē cū eius Eremi tyronib⁹ Chriſtiparę uir gini ſuperſtitioſe deuotus elegit. Fuerat enim ab adoleſcētia uirtute bellica clarus, ac literis utcūque inſtructus, in Saraceno ſque chriſtianę fidei hoſtes egregie ſtomachatus. Seueritate Eremitica, ac Stoica diſciplina Catonē referēs, per nobiles tandē barones Ioānē Veſci & Ricardū Graye (qui ſub duce Cornubiēſi Ricardo, iuniore Ioānis regis filio inibi aduerſus Turcas militaſſent) cū ſocio quodā Yuone Britāno, in Angliā reducebatur, ut Carmelitano ſodalicio prima fūdamēta in eo regno daret. Quod āno domini, 1240, in Holnēſi Northumbrię ſolitudine prope Alnewicū, & in Ayleſfordienſi Cantiorū nemore (quę ipſorū erant dominia) primū fecit, poſtea uero in alijs deſertis locis. Quod Eremos iſti atque Auguſtiniani inhabitabāt primū, Angelica facies illius quoque erat, qui Chriſtū in deſerto tentabat, ut ex ſequētib⁹ patebit. Hos nouos Antichriſti ex Paleſtina milites, non adhuc tamē raſos & unctos, in Anglia per. xiiij. ānos cœnobijs conſtructis, Radulphus primus gubernauit. dictās ad eoſdē,

*Epiſtolas eruditas,* li. 1. *Quoniam ſedulis ac frequentibus,*
*Pias exhortationes,* li. 1.

Atque alia quędā. Claruit ſub Hērico tertio Anglorū rege, & ad Edwardi primi initia duraſſe perhibet. Senio fatigat⁹ demū, ualedixit terris, & in Holnēſi fratrū ſuorū cœnobio, anno redēptionis humanę, 1274. ſolennem accepit ſepulturam, ſub Edwardo prędicto, confictis prodigijs clarus.

ROBERTUS Bakon, Anglus, Oxonienſis academię doctor, & ī theologia regēs (ut ī chronicis habet Nicola⁹ Treueth) ex magna ad Dominicū deuotiōe, prędicatorum ordinem ingrediebatur ſenex. Et poſt ingreſſū (inquit) lectiones ſuas in ſcholis diui Edwardi per

plures

plures cõtinuauit annos. Huius olim in re theologica ſocius erat Eadmundus Abendonius, Cantuarienſis tunc archiepiſcopus, quem ex ore ſui cancellarij Ricardi Wichienſis, Dominicani illis diebus e ſuggeſto prędicabant, Ricardi regis ac Stephani Langtoni animas uidiſſe a purgatorio liberatas, ut & ea horribilis flamma illorum ſuccurreret queſtui. Compoſuit Robertus, dũ Petri Lombardi ſententias prelegeret,

*Lectiones ordinarias*, li. 1.
*Gloſſulas ſcripturarum*, li. 1.

Cętera eius ſcripta, nullus hiſtoricorũ cõmemorat. Claruit anno incarnati diuini uerbi, 1240, ſub Henrico tertio Anglorum rege. Quo ãno Hęc tria contigerunt. Raymundus Dominicanus decretalia collegit Gregorij noni iuſſu, Robertus iſte monachũ induit, & Edmũdus Abẽdonius regi rebellis obijt.

IOannes Canonicus (quia regularis eius inſtituti fuerat cœnobita) ſic dictus, genere quidẽ Anglus inter quotidianos huius uitę labores, uaria ſępenumero incommoda pertuliſſe narratur. Ex aſſiduo tamen prophanorum autorum, pręcipue poetarũ ab adoleſcentia lectione, philoſophus & poeta tandem effectus, diuerſi generis carmina ac rhithmos fabricare ſolebat. Ferunt etiã de eo, quod ex frequenti diuinorũ contemplatione, uiſiones quaſdã habuerit. Sed hęc in medium relinquo, cum ſuſpecta ſemper habeam talia monachorum ſpectra. Scripſit uero, ut aliquid doctrinę poſteris daret,

*Poemata quædam*, li. 1. *Febribus infectus, & cet.*
*Vaticinia quoque*, li. 1.

An extent adhuc alia eius ſcripta, plane ignoro. Inter abditiſſimorum ſecretorum pręſagos, & iſtum enumerat Ioannes Erghom Auguſtinianus, in ſuis collectionibus. Claruiſſe

putatur

putať āno ab exorta pietate chriſtiana,1250.ſub Hērico tertio.

SImon Stock, ex Cantia Anglorum comitatu honeſtis parentibus oriūdus, a duodecimo ętatis āno Eremum incoluiſſe, & in putricauo annoſę quercus trunco ( cognomentū a quo ſuſceperat ) cellam ſibi conſtituiſſe dicitur, Qui tandem audiens ex Paleſtina Syrię adueniſſe Carmelitas, alacri itinere perrexit ad illos fere octogenarius, & eorū ſe ſocietati ſtatim adiunxit. A quibus pro cœleſti quodam numine ex uitę & doctrinę fama exceptus, in proxima eorum ſynodo generali, anno Chriſti.1245. fit uniuerſalis totius ordinis, Alano Armoricano Britone ei reſignante, per omnes Europę prouincias paſtor, eoſq;.xx. gubernauit ānis. Oxonienſes magiſtri, ipſum interim, licet renuētem ſuę theologię Bacchalaureum fecerunt. De huius hominis eruditione, uitę ſanctimonia, prophetico ſpiritu, miraculorū prodigijs, & ſecretis uiſionibus, multo plura quam uera narrantur, Quod ex ſolitudine Dei uerbum ſępeuſcule nunciauerit, ſanctitatis illius non leue argumentū eſt. Sed quod Mariā uirginē ſuis deprecarit propitiam, in quadā Antiphona quā edidit, a ſyncero Euangelij ſpiritu non prodijt. Neque quod in Carmelo per ſeptēnium Māna cœleſti fuerit nutritus, impudētiſſimo mendacio caret. Compoſuiſſe uero inter alia memoratur,

*Homelias ad plebem*, *li.1.*
*Epiſtolas ad fratres*, *li.1.* *Frater Simon prior generalis*,
*Ad Chriſtiparam uirginem*, *Anti.* *Flos Carmeli, uitis florigera*,

Cętera eius ſcripta non uidi. Mundum reliquit.xvi. die Maij. centū annorū ſenex, in terra Vaſconię, ęde Burdegalēſi, anno ſeruatoris noſtri.1265. ſepultus, ſub Henrico tertio. Eumque Burdegalēſis archiantiſtes ſequēti anno, poſt corporis effoſ-

ſionem, inter papiſticos retulit ſanctos. Huius uitã ſcripſerũt Monaldus Roſarius Vaſco, Rolandus Bourchier Hannoni⁹ & Nicolaus Harlemenſis Batauus, uiri ſuis tẽporib⁹ eruditi.

RIcardus Wichienſis, Anglus in Occidentali patria, diocœſi Wigorniẽſi nat⁹, poſt teneræ pubertatis annos, Oxonij & Pariſijs dialecticã ac philoſophiam didicit. Poſtea Bononiam profectus, pontificiorum canonum letiferas feces tã abũde per ſeptennium hauſit, ut cęteris copioſe tam ibi quam alibi ad multorum pernitiem prælector publicus effuderit. Theologię aliud non guſtauit genus, quam quod ei in redeundo, Aurelianis ex ſuo Ariſtotele ac Petro Lombardo miniſtraſſent mendicãtium ordinũ fratres. Inſuauibus his pabulis, Oxonienſis gymnaſij & archiepiſcopi Cantuarienſis Eadmundi cancellarius, atque tandem Ciceſtrienſis pontifex oues Chriſti inutiliter pauit. Nouis Antichriſti præconibus fratrib⁹ antedictis, ſerio retulit, ut id ad commodum cleri innoteſcerent uulgo, Eadmundum conſpexiſſe Ricardi regis ac Stephani Cantuarienſis manes a flagranti purgatorio ſolutos. Et dum Eadmundus Becketi ſecutus inſtitutum, eccleſię rebellem & aduerſarium Henricum regem decerneret, quoniã iure regio uectigalia clericis exegiſſet, eius iſte fouebat ineptias, potius calcar addidit eiſdem. Conflauit tandem ex undique collectis Romanę ſynagogę obſeruantijs, ut habet contra Wicleuum Guilhelmus Wodeforde,

*De officijs eccleſiæ,* li. 1.
*Ad Innocentiũ. 4. cõtra regem,* epi. plu.

Alia non leguntur apud ſcriptores. Animã efflauit tertio nonas Aprilis in ſua eccleſia ſepultus, anno a Chriſti natiuitate. 1252. ętatis ſuę. lvi. & epiſcopatus. ix. ſub Hẽrico pręfato. Vrbanus

banus,iiij.papa diuorũ ſuorũ catalogo,iſtũ poſt decem annos aſcripſit,eius exarente uitã Radulpho Dominicano. Pro ter rificandis regib⁹,pontifices peſſimi generis hac ętate canoni zabant, Thomã, Hugonẽ, Eadmundũ,iſtum & ſimiles.

ROBERTUS Groſthede, Anglus, epiſcopus Lincolniẽſis, patria Sudouolcas, ad inſulę orientem, in liberalium artium diſciplinis, omniũ ſua tempeſtate magiſtrorum peritiſſimus, theologorũque princeps nominabatur. Dę dalinũ certe referebatur ingenium habuiſſe, tot ſcientiarum pędonomus hic unus, Latine, Gręce & Hebraice peritus. Ad Innocentium Romanum pontificem aculeata dedit ſcripta,quod pro ſuis nepotulis fortaſſe ſpurijs) Angliã tot exactionibus uexaret inſolitis. Ob id tandem priuatus ſacris, diris maledictionibus execratus,atque ad ſanguinariam citatus curiam,a papiſtica tyrannide appellauit ad ęternum Ieſu Chriſti tribunal, Et eodẽ ãno defunctus (ſi uera ſunt quę Ranulphus matheus,& fabianus narrant) pontificem apud Neapolim lectulo decumbentem, in uiſione ſic percuſſit,ut mane mortuus ſit repertus,ſiniſtro latere cruentato,dum toto Sicilię regno ſe breui potiturum ſperaret. Sacerdotes uero non Dei ſed hominum mandata docentes, Satanę miniſtros, Antichriſtos, fures nocturnos, latrõnes diurnos, morũ corruptores, animarum carnifices, & Angelos tenebrarum uocabat. Reliquit hic poſteris, opuſcula ſub ſequentia.

| | |
|---|---|
| *Summã theologiæ,* | *li.1.* |
| *De diuinis nominibus,* | *li.1.* |
| *In Hierarchiam Dionyſij,* | *li.vi.* |
| *Calendarium perpulchrum,* | *li.1.* |

| | | |
|---|---|---|
| Commentarios in logicam, | li.1. | |
| Commentarios in Phiſica, | li.1. | |
| Commentarios in Ethica, | li.1. | |
| Commentarios in Metheororā, | li.iiij. | Contemplation of high things |
| In priora Ariſtotelis, | li.ij. | |
| In poſteriora eiuſdem, | li.ij. | |
| In Aſtrologiam quoque, | li.1. | |
| De Necromantia & Goetia, | li.1. | |
| Annotationes in Suidam, | li.1. | |
| De arte computi, | li.1. | Cōputus eſt ſcientia numerationis, |
| De cōputo eccleſiaſtico, | li.1. | Qui bene præſūt prebyteri, duplici, |
| Ad Innocentium quartum, | li.1. | Dominus noſter Ieſus Chriſtus, |
| Teſtamēta patriarcharum tranſ. | li.1. | Tranſcriptum teſtamenti Ruben, |
| De Sphæra cœleſti, | li.1. | Intentio noſtra in hoc tractatu, |
| Compendium Sphæræ, | li.1. | |
| Expoſitiones in Geneſim, | li.1. | |
| In pſalterium quoque, | li.1. | |
| Commentarios in Lucam, | li.1. | |
| Sermones elegantes, | li.1. | |
| Epiſtolas ad diuerſos, | li.1. | |
| De ceſſatione legalium, | li.1. | |
| De diſcretione ſpirituum | li.1. | |
| De præceptis & ſymbolo, | li.ij. | |
| De ſuo ſtudio, | li.1. | |
| De lineis phyſicis, | li.1. | |
| Paruum Catonem, | li.1. | |
| Dictamina quædam, | li.1. | |

Et alia adhuc plura. Ex hac uita migrauit tandem, vij. idus Octobris uir merito recolendus, anno a communis ſalutis initio, 1253, Lincolniæ in maiori templo ſepultus. Secluditur a papiſticorum deorum catalogo, quod tam aſpere in bene ſaginatos patres ſcripſerit. Vir tamē fuit, Treuethi teſtimo-

nio, excel

nio, excellentis ſapientię, puriſſimę doctrinę, omniumque uirtutũ exẽplar, & qui de gloſſis Hebręorũ multa extraxit.

ADamus de Mariſco, Anglus, ex Somerſetenſi comitatu & Bathonienſi diocœſi oriundus, inter ſtudia profanarum artium, Aſſiſiatis Franciſci admiratus uulnera, Minoritarũ permixti coloris ueſtem cum fune nodoſa, ſecundi baptiſmi loco ſuſcepit. Eximius & famatus (inquit Nicolaus Treueth) in ſacra theologia doctor hic erat, ut qui Roberto Lincolniẽſi cęteris familiarior, diuinas cũ eo ſępenumero contulerit ſcripturas. Erga ipſum igitur ſingulariter affectus idẽ Robertus, ingentem librorum cumulũ, Oxonienſi Franciſcanorũ cœnobio ex teſtamento reliquit. Scripſiſſe fertur Adamus inter otia literaria,

*Elucidarium ſcripturæ,* li. 1.
*Lecturas in theologia,* li. 1

Feruntur & alia, ſed tituli iam deſunt. Claruit a redẽptionis noſtrę initio. 1260, ſub Hẽrico rege, Ioannis regis filio. Elygẽſi epiſcopatu, quem ei dederat Bonifacius Sabaudius Cantuarienſis archipręſul, Romanus pontifex Alexander iſtũ priuauit, Hugonem Balſamũ prius electum, illi pręferens ſedi. tertio

HEnricus de Hanna, Anglus, patria Nordouolcas, ex Burnehamienſi Carmelitarum ſyluatico ſeu ſolitario cœnobio, literis diuinis & humanis eruditus, prodijt primũ. Secundus ſui inſtituti in Anglia gubernator (quẽ prouincialẽ uocãt) Londini anno domini. 1254. ordinatus. xviij. annis eorum regimini pręfuit. Quo in tempore, dum Cornubię comes Ricardus, Henrici regis frater, in cęſarẽ eſſet electus, domũ (quam

Oxonij habebat in uico Stockwell ) obtinuit,& fratrib⁹ ſuis in ędem uertit,ei in omnibus fauēte Nicolao quodā Noelſo. Ecce iam relictis Eremis,ad urbes maioris lucri gratia, poſt Dominicanos & Franciſcanos,uiſis eorum profectibus,prope rabant. Conceſſerat eis Innocētius quartus,pecunia procurāte,poteſtatem queſtuoſe prędicandi,& confeſſiones audiēdi ut & latius dominaretur in hominum conſcientijs. Laborem ita uertebāt in otia,& in mēdicitatē diuina lege ꝓhibitā Deute.15. Quę omnia pijs lachrimis ſtatim poſtea defleuit,Nicolaus quidā Gallus Narbonēſis,qui propterea emiſit Igneam Sagittam librum ſatis peracrem. Dictauit ab Oxonio Henricus pro ſuorum inſtructione fratrum,

*Elegantes epiſtolas,* li.1. *Dilectits in Chriſto filijs,Londinēſis,*
*Ordinationes locorum,* li.1.

Et alia nōnulla. In Gallijs tādē prouincialis effectus,per Frāciā,Germaniam,Hiberniā,& Scotiā,multiplicādis cœnobijs laborabat. Corporeis ſolutus uinculis, anno ſalutis humanę. 1299. & quarto calendas Decembris,Stanfordię ſepulturam accepit, ſub Edwardo primo Anglorum rege.

VMfridus Neckton,ex Anglorū genere Nordouolcas,relicta domo paterna,in Nordouicenſi Carmelitanoꝝ fratrū cœnobio,ſe ſuperſtitioſis eoꝝ cōtradit inſtitutis. Tantū in ſciētijs profecit iſte perſpicaci ſuo adiutus ingenio,ut Cātabrigię ſūmū commeruerit gradū, primuſq; ex ea ſocietate,anno domini.1259. in theologia ſcholaſtica ſit doctor effectus. Ex tunc papiſticę fidei iura,non ſolum diſceptationibus publicis tuebatur,uerumetiam concionibus infructuoſis, per ciuitates & pagos dementando uulgo. Vt uerum ſit quod dominus olim ad plebem ſuam dixerit,Ezech.16. Tradidi te deſiderio odientiū te,

nempe

nempe Paleſtinorum.Per eos enim fornicata es cũ Aſſyrijs. Nam & iſti ex Paleſtina uenerũt formatoribus certe peiores. Quoniam illi de manuum labore uiuebant, iſti uero Antichriſto iubente, ex otio, mendicitate, & dolo. Edidit inter cętera Vmfridus,

*Sermones.xiiij.Dominicales,* li.1. *Omne debitum dimiſi tibi,*
*Quæſtiones theologiæ,* li.1.
*Lecturas ſcholaſticas* li.1.

Et alia nobis ignota.lectoribuſque inſipida. Diu enim ſub Hẽrico tertio & Edwardo primo Anglorum regibꝰ durauit. Ac demũ uitę ſuę ſortitus eſt finẽ.anno uirginei partus.1305. Nordouici in ſuo cœnobio ſepultus.

HAymo Anglus, in Cãtiorũ comitatu (ſi ualent coniecturę) non longe a Cantuaria ciuitate natus, theologicę facultatis magiſtralem aſſecutus cathedrã, multos in ea exercitatione diſcipulos erudiuit. Minoritarũ regulã ac feneſtratos calceos, ex quadam ad Seraphici franciſci ſtigmata deuotione, profeſſus in quodã eorũ capitulo generali, uniuerſũ totius ordinis regimen, miniſter (ut uocãt) generalis ſuſcepit, & quinq; annis tenuit. Hi ſeductores duriſſima ſeruitute chriſtianã plebem inſtar Agagitę Haman opprimebãt, ut ęterni Dei honorẽ transferrent ad hominem impium, immo totius perditionis Filium, ut eum Paulus uocat. Ex illis enim & Dominicanis plures tunc erant, qui ſub titulo magiſtrorum Hęreticę prauitatis, chriſtifideles ubique ad martyrium pertraherent. Et Haymo iſte unus eorũ narratur, qui Alexandri.iiij.Romani pontificis iuſſu, correxit, rubricauit, ac ad horas ſine omni deuotione murmurandas aptauit,

*Breuiarium Romanum,* li.1.

In

*In Sententias ſcripſit,* *li.iiij.*
*Sermones per annum,* *li.1.*

Atque alia. Claruit anno a Chriſti Ieſu natali, 1260, ſub Henrico tertio Anglorum rege, in Italia tandem Anagnie ſepultus. Aduerſus ſanguinolentam iſtorum hypocriſim, eo tempore ſcripſerunt, Guido Bonatus, Deſiderius Ligur, Gerardus Sagarellus, Guilhelmus de ſancto Amore, Laurentius Anglicus, Chriſtianus Beluacenſis, & alij multi.

LAurentius Anglicus, ad Pariſiorũ Lutetiã theologię magiſter, & illius collegij, quod Angli tunc illic habebant, prępoſitus, cum omnium laude tam e ſuggeſto concionib⁹ quam lecturis in ſchola publicis, ſuo fũgebatur officio. Videns demũ quo tenderet pro bellua Behemoth, nouorum fratrum impietas, immo apertiſſima inſania, qui indies pro ambitioſo papę regno muniendo, clerique tuendis ſuperfluitatib⁹, ſub magna hypocriſi digladiabantur, Guilhelmi de ſãcto Amore, Chriſtiani Beluacenſis, & Gerardi Sagarelli partes in eoſdẽ fouebat. Erexerant enim plęrique eorum ſub ſpiritus ſancti titulo Euangelium nouum, ex doctrina abbatis Ioachim & Cyrilli uiſionibus collectum, quod ęternum ac ſpirituale uocabant, ut ita paulatim ſacrum Ieſu Chriſti Euangelium obliteretur. Hęc erat potentiſſima Satanę operatio, de qua nos pręmonuit tam Chriſtus quam Paulus. Sed cũ eſſent in hoc iniquiſſimo furto ab iſtis deprehenſi, pro ea diluenda infamię nota, hac cautela ſunt uſi. Egerunt primum cum Alexandro quarto, ut Euangelium illud diabolicum cũ iſtorum pijſſimis libris Romę & Pariſijs conbureretur. Poſtea effoſſũ Petri Ioãnis Minoritę cadauer exuri fecerunt, quẽ ex odio confinxerãt

operis

operis autorem, quod in commentario ſuper Apocalypſim ſcripſiſſet Romanam eccleſiam eſſe meretricem magnam, beſtiam carnalem, ac Satanę ſynagogam, Prçlatoſque eius temporis omnes in quintum Beſtię conuenire caput. Compoſuit Laurẽtius uir certe prob⁹, ſi ad finẽ uſq; perſeueraſſet,
*Cauẽdũ eſſe a pſeudoprophetis, li.1.*
*Defenſiones prædicti Guilhelmi, li.1.*
Et alia quędam. In quibus per multa ſigna oſtendit, adeſſe tũc in forib⁹ Antichriſtũ, ſicut fecerat quoq; antedictus Guilhelmus in prçclariſſimo libello de periculis nouiſſimorum temporum. Claruit anno Chriſti, 1260. ſub Henrico tertio Anglorum rege. Fatigatus tandem Alexandri papę fulminationibus, & quotidianis clamorib⁹ fratrum, Thomę Aquinatis, Bonauenturę, Alberti, Humberti, Hugonis, Helię Bruneti, & aliorum. Prçſertim territus Ludouici regis atque Pictauienſis comitis Alphonſi minis, incepti eum pœnituit, ac datis libris inter Dominicanos ſepeliri ſe permiſit, ut autor eſt Thomas Cantipratenſis in. ij. libro de bono uniuerſali. ca. ix.

Finit Pręſentis operis Scriptorum Britannię Centuria Secunda, Authore Ioanne Balęo.

# ILLVSTRIVM BRITANNIAE Scriptorum, Centuria tertia, Authore Ioanne Balęo Anglo.

RObertus Kilwarby, Anglus, poſt deguſta-
tas Pariſijs profanarum artium diſciplinas
Oxonienſis academię ſophiſticus doctor,
& Dominicani ſodalitij per Angliam pro
uincialis, non modicę in clero authorita
tis extitit. Dum uero poſt .xi. illius regimi
nis annos, Gregorij decimi dono, ut eius
illic rebus tũc maxime idoneus, Cantuariẽſi archipręſulatu
ac totius regni primatu potiretur, inaudita ſtultitia quaſdam
hęreſes in Grammatica & Logica repperit atque damnauit
( ut ſunt, Ego currit, Animal eſt omnis homo ) pœnarũ legi
bus in earum defenſores editis. Iſtas poſtea, nihil eo inſolẽtio
res effecti magiſtri noſtri Pariſienſes, cõmuni ſuę Sorbonę de
creto, tanquam pręcioſiſſimũ papiſticę theologię theſaurum,
ſuis quoque addiderunt ſententijs. Ex pręclaro hoc facinore,
& ſimilibus nonnullis, Nicolaus tertius Romanus pontifex,
eum uocauit Romam, ac Portuenſem epiſcopum Cardinalẽ
declarauit. Ecce quomodo obſcurata tunc erat aurea eccleſię
primatiuę facies, ac mutatus Euãgelicę doctrinę color. Ver
ſa eſt mihi domus Iſrael ( inquit dominus, Ezech. 22. ) in ſco
riam. Degenerauerunt miniſtri in feces & excrementa ſordi
da. Dominantibus his locuſtis, magna lucis obſcuratio atque
aeris tenebroſitas manebat ſuper terram, ex uaframentis ſo
phiſticis. Cum enim non poſſent nouo ſuo gaudere Euange
lio, transferebant ſe ad fallaciarum technas ac demoniorum
doctrinas. Sed cum interim magna arrogantia ſe iactitarẽt
eruditos, indocti & ſtultiſſimi ſũt reperti. In exemplũ occur
rere poterit hic magnus ex Dominicanis Anglorꝫ pontifex,

quę

qui plauſtra ſuarum nugarum nobis dedit, ſcilicet,

In Iſagogen porphyrij, li.i. Iſagoge. id est introductio.
In prædicamenta Ariſtotelis, li.iij.
In peryermenias, li.ij.
In.vi.principia Gilberti, li.i.
In priora & poſteriora, li.iiij.
Diuiſiones Logicales, li.i.
In Topica Ariſtotelis, li.iiij.
In Elenchos eiuſdem, li.ij.
Super Priſcianum minorem, li.i.
In Boetium de conſolatione, li.v.
De natura relationis, li.i.
De rebus prædicabilibus, li.i.
Sophiſtriam Grammaticalem, li.i.
Sophiſtriam Logicalem, li.i.
De ortu ſcientiarum, li.i.
De unitate formarum, li.i.
De tempore, li.i.
De uniuerſali, li.i.
In libros phyſicorum, li.viij.
De cœlo & mundo, li.iiij.
De generatione, & corruptione, li.ij.
In Metheorora, li.iiij.
De anima quoque, li.iij.
Super Metaphyſicam, li.xij.
Parua naturalia, li.i.
Lecturam ſententiarum, li.iiij.
Expoſitionem literæ, li.i.
Originalia ueterum patrum, li.i.
Diſtinctiones doctorum, li.i.
Commentarios theologiæ, li.i.

*Inſignes philoſophiæ notulas,* li. 1.
*Quodlibeta quoque,* li. 1.

Et alia id genus. Hęc damnabiliſſima Draconis doctrina, ſtabilimentum & arma mirum in modum ſuo prȩſtitit regno. Videat igitur pius lector qualis fuerit Eccleſia Chriſtiana, exilibus iſtis ac macilentis locuſtis, in ferociſſimos equos ſic uerſis. Claruit anno Chriſti domini noſtri. 1278. ſub Edwardo Anglorum rege primo, Viterbij tandē in Italia ſepultus. Iſtum ideo in hac tertia Centuria primū poſui, ut ab eo diſcāt prima facie lectores, quales illi ſint qui per eam ętatē ſequātur, pauciſſimis exceptis.

IOannes Campuſbellus, natione Scotus, ex clariſſimorum Argadię comitum peruetuſta familia, reque bellica inſigni, ſuam traxit originem. Magna illum tenuit, cum adhuc iuuenis eſſet bonarum literarū delectatio, quas ſub bonis pręceptorib⁹ nobiliter tandē (ut narrant eorum annales) attigit. Foecundū habebat ingeniū, & ad diſciplinas omnes accōmodum. Poſt plurimarum rerū inde noticiā, dulciſſimum duxit hiſtorijs perquirendis inuigilare, ac magnifica priſcorum geſta ex illis colligere. Vnde & ex diutina atque crebra earum lectione Chronographus effectus (probatum authorem Boethius eū appellat) a gentis origine ad ſuam ętatem uſque per regum ſucceſſiones, abūde ac nitide omnia complectens, hominū memorię dedit.

*Scotorum res geſtas,* li. 1.

Perpulchre deſcribit in his chronicis, Claudij Cęſaris expeditionem in Britannos, & in Orchades inſulas, eo tēpore quo Petrus Apoſtolus ex Antiochia in alias orientis prouincias ſit profectus. Claruiſſe fertur anno incarnati Meſſię. 1260. ſub Alexādro tertio Scotorū rege, quē Hector Boethius maxime

in hiſtoria

in hiſtoria ſequitur,

RAdulphus Cirenceſtrius, Angl⁹, de Sudoſaxię comitatu Dominicanę factionis cuculliger, ſub Euangelicę prędicationis, ac religioſę ſimplici tatis fuco, ſanctitatem non modicā magnus hypocrita ſimulabat. Eū igitur Ricardus Ciceſtrē ſis pontifex prędictus, in confeſſorem ( ut uocant ) ac male ſanę conſcientię medicum, prę alijs multis aſſumpſit. Vt eſt in adagio, Similis ſimilē quęrit, uel ſimiles habent labra lactucas. Qualis fuerit Ricardus, ante ſignata demonſtrāt. Quis uero iſte, ſequens intimabit impietas. In opuſculo uitę eius ( quam ſcripſit ) a pſeudodoctrina, pręſtigijs, mendacijs, Idololatria, faſtu pontificio, conſcientiarum carnificina, animarū lęſione, rebellione in regem, & ſimilibus impoſturis eū comē dat, Ex ipſis tamē deificabat̄ poſtea ab urbano quarto. Opus quod barbaro ſtylo edidit, pręnotatur,
*Vita ſancti Ricardi epiſcopi,* li. I.
Quod alia adhuc effutiuerit, non inuenio apud chronicorū ſcriptores. Claruit anno ab incarnato Dei filio, 1270, ſub Henrico tertio Anglorū rege. Roburque manuū ſuaꝝ cū Amaſechitis, populis a Deo maledictis, idoloꝝ potētię deputabat.

IOannes Breton, Anglus, utriuſque iuris doctor & epiſcopus Herefordenſis, magna per hos dies apud regē & principes authoritate ualebat. In multis enim ſcientijs inſigniter eruditus acclamabatur. Sed qualis interim fuerit in ſtudio diuini uerbi ( quod maxime chriſtianū pręſulem decet ) apud nullos ſcriptores inuenio. Leges fore utiles ac neceſſarias, quis non nouit ? dum pro nullo ſint priuato commodo, ſed

communi ciuium utilitate conſcriptę. Factę fūt leges (inquit Iſidorus) ut earum metu, humana coerceatur audacia, tutaq́ue maneat inter improbos innocentia. At Euangelij miniſtrum epiſcopum (qui ſolis Dei eloquijs chriſtianum paſceret gregem) in illis uerſari, quę ad cauſas forenſes ſpectant, ut in Anna & Caipha, pluſquam Iudaicū eſt. Nihilominus congeſſit Ioannes iſte, ad communem Anglorum reipublicę utilitatem, ingens opus ex uarijs collectum,

*De iuribus Anglicanis,* li.1.

Alia illū edidiſſe nō refert Nicolaus Treueth in regū Anglorū chronicis. Ex hac tandem uita migrauit, anno a Chriſto redemptore nato, 1275. ſub Edwardo Anglorū rege primo. Eiq; ſucceſſit eodē anno Thomas Cantilepus Britānici gn̄is.

THomas Bradwardyn, Anglicus, unctionis papiſticę preſbyter ſęcularis, egregius, Raphaelis Volaterani ac Ioannis Pici hominum Italorum teſtimonio, theologus fuit. A iuuentute nimirū ſtudioſus philoſophus, prophanarū artium diſciplinis, Stoicorū more, omnem fere induſit ętatem. Ex Ariſtotele & Auerroe ſedula inueſtigatione multa habebat. Iudeoſque, quos in lege peritiores ſciebat, pro ſcripturarum intellectione familiariter conuenit. Vnde ad tantum doctrinę peruenit incrementum, ut in Oxonienſi academia ſupremę facultatis magiſter, ac ſūmus Cancellarius demum conſtitueretur. In quo officio ita ſe geſſit, ut ab omnibus magnam commeruerit laudem. Cū Ioanne Baconthorpio ex Pariſijs reuerſo, magnam olim de pręſcientia & prędeſtinatione diſceptationem habuit, eique tandem conſenſit, ut idem Ioannes in. iiij. libro ſententiarum, diſ. 1. queſ. 4. demonſtrat. Aduerſus hęreticos in magno ſpiritus feruore ſuſcipiens arma (uerum non mordet papiſtas

papiſta)

papiſta ) ſcripſit, pręcipue contra Pelagianos,

*De cauſa Dei,* li.viij.
*De ſancta Trinitate,* li.1.
*De præſciẽtia & prædeſtinatiõe,* li.1.
*Cõmẽtarios ſententiarum,* li.iiij.
*Placita theologica,* li.1.
*Geometrica principia,* li.1.
*Sermones per annum,* li.1.
*De ſaluandorum præmio,* li.1.
*Summam theologiæ,* li.1.

De cęteris eius operibus non legi quicquam, quamuis multo plura fuiſſe ferantur. Claruit apud eruditos non infimus author, anno ab incarnato Dei uerbo, 1270, ſub Hẽrico tertio Anglorum rege. Summa eius Romę extare in Vaticana põtificis Bibliotheca narratur.

IAcobus Anglicus nomine & natione, Ciſtercienſis familię monachus & doctor Pariſienſis, per hoc tempus floruit, ac ſacrarum literarum interpres, nonnullos in eaſdem reliquit cõmentarios. Sed in hoc cum ſuo Bernardo, ex imprudẽti deuotione non leuiter errauit, quod ea Chriſtiparę Marię tribuerit, quibus Dei ſpiritus immaculatã Chriſti ſponſã eccleſiam (cuius nec ipſa plus eſt quã mẽbrũ) ad uiuũ depingit. Non enim poterũt talia fieri, ſine magna omnipotẽtis Dei & iniuria & blaſphemia. Iſtũ introducit inter magnos authores, Petrus quidam Vincẽtinus Dominicanus, pro corroborando ſui Thomę circa Marię conceptionem opinione. Ex doctrinę ſuę ęrario protulit Iacobus,

*In Cantica Salomonis,* li.1.
*Conciones Euangeliorum,* li.1.

Lecturaſq;

Lecturaſque ſcholaſticas ſine certo numero reliquit, atque alia opuſcula. Claruit anno ſalutis noſtrę.1270. ſub Henrico ſępedicto rege. Mariam dixit in pręfato Canticorum libro, in ſola filij conceptione, non ſua, a peccati fomite liberatam.

PEtrus Swanyngton, Anglus, ex ea nat⁹ regione (quam a Nordouolcis Nordouolgiam uocāt) in Burnehamiēſi cœnobio Carmeli inſtituta ſuperinduit. Qui quū literis tam prophanis quā ſacris (ut tunc erāt) apprime eſſet eruditus, Carmelitarum omnium primus in Oxoniēſi gymnaſio, ſcholaſticę theologię magiſterium ſuſcepit. Atque non ibi ſolum, ſed & Burdegalę in Vaſconia ſententias Petri Lombardi ordinarie pręlegit. In quęſtionum ſcholaſticarum certaminibus, acris ac uehementis fuiſſe ingenij a ſuis iactabatur, pręſertim a quodam Gobelino Alemano, qui ad eius ſectę Anglos Clementis quinti pontificis Romani cōmiſſarius, ſtatuta quędam arbitralia atque alia adhuc edidit. Parum antea ſuſceperant per Hugonem diuę Sabinę Cardinalem, & Guilhelmū Anteradenſem epiſcopū Dominicanos, iubente Innocentio quarto, cęlibatus & abdicationis proprij (quę prius nō uouerāt) nouę ſeruitutis iuga. Habuerant enim ex Alberti Hieroſolymorum patriarchę regula, ſolam obedientiā prępoſitis promittendam. At iſti eidem addiderunt hanc clauſulam, Cum caſtitate & abdicatione proprietatis, Vt dinceps plene eſſent in otioſa mendicitate ac ſodomis, fœdiſſimi monſtri Romani creaturę. Ex quo eſt eis conceſſa poteſtas prędicādi, miſſādi, & confeſſiones audiendi. In his ab adoleſcentia enutritus hic Petrus, ſophiſtice demum protulit,

Quod-

*Quodlibeta.xlvij.* li.1.
*Ordinarias quæſtiones,* li.1.
*Lecturas ſcripturarum,* li.1.

Cętera eius ſcripta nos latent. Incommoda multa pertulit tamen iſte, tam carceris quam exilij, ſub Gerardo Bononiēſi totius ordinis generali magiſtro, quod ei cum quibuſdam obſtiterit theologis, ne Anglia pro implendis Italorum crumenis, in duas apud eos diuideretur prędecturas. Claruit anno redemptionis humanę. 1270. ſub Henrico rege prędicto, Mecœnatē habens Gilbertum Norwichiū, epiſcopū Hamatenſem, ſui inſtituti uirum eruditum.

GVilhelmus Paganherus, Anglus (quem eius tēporis ſcriptores de Pagula uocāt) in Cantioꝝ comitatu & Cātuariēſi diocœſi originē habuiſſe docetur. Tam polluit iſte literis, ingenio, & prudētia (ut aiūt prędicti hiſtorici) ut non ſolū Oxonij, ſed & Pariſijs ſummū theologici faſtigij cōmeruerit gradū. Ex generali tandē apud Geneuam Ligurię metropolim Carmelitarū ſynodo, totius Anglię & Scotię prouincialis (ut uocant) conſtitutus, poſt tertiū eius regiminis annū, a Clemente quinto Romano pontifice fit in Hibernia Midēſis epiſcopus, ubi & reliquum ſuę uitę peregit. Abiecerunt illis diebus Carmelitę, quamuis iniqua progenies, quędam Antichriſtianę tyrannidis officia, utpote inquiſitionis hęreticorū & executionis cauſarū, cū cura monialiū, quę pro eo propagādo regno cum prędicationis munere ſuſceperāt, reliqueruntque ea Dominicanis ac Minoritis, ut patet ex Bulla Alexandri quarti, in ſuorū priuilegiorū Mari magno. Plurima produxit pręſēs ſcriptor Guilhelmꝰ, ſed omnino ſophiſtica,

*Lecturam Sententiarum,* li.iiij.

| | | |
|---|---|---|
| *Placita theologica,* | *li.1.* | |
| *De perfectione intellectus* | *li.1.* | *Intellectus humanus,* |
| *De notitia actuali,* | *li.1.* | *In intellectu creato,* |
| *De ueritate formali,* | *li.1.* | *Vtrum ueritas ſit forma,* |
| *De ente rationis* | *li.1.* | *Rectitudo motus eſt,* |
| *Quæſtiones ordinarias,* | *li.1.* | |
| *Conciones ad plebem,* | *li.1.* | |

Aliarum eius lucubrationum nihil uidi in eorū Bibliothecis, Inter eius diſcipulos pręcipuus erat Ioannes Walſyngham, qui de illo in ſuis ſcriptis crebrā facit mentionem, Claruit anno chriſtianę religionis 1280.ſub Edwardo primo anglorū rege in ſua tandem ſynagoga ſepultus.

Robertꝰ Ortforde, Anglꝰ natiōe, ſupcilioſę illiꝰ ac inquietiſſimę Dominicanorum factionis doctor a Leandro Alberto Bononiēſi ī quarto libro de geſtis Prędicatorū, plęraque edidiſſe aſſeritur. Irrequieto atq; turgido prǫditus ingenio, ſtul tiſſimo furore ac impacientis animi impetu excandeſcere ſolebat, meriſque fatuitatibus inuehebatur in omnes qui Thomę Aquinatis doctrinam mendacē Apollinis oraculi loco non haberent. Henricum Gandauenſem ſolennē eius ętatis theologum dentibus momordit, Aegidiūque Romanum famatę eruditionis magiſtrum duriſſime obiurgabat, quod eius in ſuis ſentencijs taxarint errores ſcholaſticos, Permiſſum tunc erat Lutetię a Pariſienſi epiſcopo, ex conſenſu Sorbonicorū magiſtrorū, quod libere poſſent omnes diſputare & opinari de certis articulis aduerſis eundem Thomā collectis, ut habet Ioannes Baconthorpius libro.iij.ſent, diſt.29. Quod incaleſcentem huius hominis grauabat ſtomachum, Vnde coacerauauit tandem, argumenta quędam ſophiſtica,

Aduerſus

*Aduerſus præfatũ Henricum,* li.1.
*Contra primum Aegidij,* li.1.
*Determinationes quoque,* li.1.

Atque alia adhuc eiuſdem farinę non pauca. Quam otioſa & friuola hęc ſint, iudicet eruditus lector. Claruit hic Momus cõuitiorũ plenus, anno a nato Christo, 1270. Anglis adhuc imperante Henrico tertio. Quo tempore Dominicani plures in diuerſis terris conbuſſerunt chriſtiani nominis uiros.

GVilhelmus Guarronis, uel de Wara, Londinenſis diocœſeos, Anglus, Minoritanę ſuperſtitionis monachus, doctor, Oxonij primum, deinde Pariſijs ſcholaſticis pręfuit lecturis. Ariſtotelicę philoſophię perlongo ſtudio theologorum tunc more peritus, & ingenij uafricie callidus, abſurditates in doctrina nonnullas, & fallacias mere diabolicas peperit. Inter diſcipulos uero (quos per id tempus multos habebat) Ioannem Scotum cognomẽto Duns, ſubtiliſſimũ ſophiſtam ac uerę theologię peſtem, ad indicibilem chriſtianę reipublicę perniciem protulit. Hinc eſt quod Alexander Minutianus in epiſtola quadã ſcripſerit, ex Anglia primũ & inde ex Pariſijs manaſſe ſophiſtice diſputandi rationem. Nata re uera tunc erat noua in ſcholis philoſophia, ex chimęris Homericis, qua pro corrũpendis ac falſificãdis ſcripturis deinceps utebãt. Reliquit Guilhelmus impuri pectoris hęc putida teſtimonia, quib᷒ oſtẽdit, quã expediti & prompti fuerit animi pro tenebricoſo illo Antichriſti regno.

*Super Sententias,* liiij. *Quoniam teſte beato Auguſtino,*
*Quæſtiones ordinarias,* li.1.
*In opera Ariſtotelis,* li.plu.
*Lecturas ſcholaſticas,* li.1.

Cętera eius ſcripta nullibi repeniuntur, nec id ueritati multũ officit.

officio. Iſtum Ioãnes Picus Mirandulę comes, Ioãnē de Guara appellat, in Heptalo ſuo de opere ſex dierū. Claruit anno chriſtianę pietatis, 1270. ſub Henrico tertio Anglorum rege.

ROgerus Bakon, Anglus, Minoritani nominis quoque Oxonięſis doctor, pręſtigiator ac Magus necromanticus, non in uirtute Dei, ſed in operatione malorum ſpirituum Oxonij ad naſū ęneum, ſcholaſticorū domiciliū, mirabilia magna feciſſe tradit. Ingenioſiſſimus erat, Ioannis Pici Mirandulani etiam teſtimonio, & in omni literatura prophana percelebris, Mathematicus preſertim & philoſophus eruditus. Cū malis dęmonibus cōſuetudinem habens, nō ſecus atque olim ſub Pharaone Iannes & Iābres, quibuſdā incātamētis, exorciſmis, atque alijs obſeruationib' curioſis, eos adiurauiſſe fertur, & aduocatos ad quęcunque uellet coegiſſe. His artibus in ſecretis ſuis negotijs utebātur tunc plurimū pręlati, ut patet de Clemente quarto Romano pōtifice, ad quem accerſitus ſuarum incantationū leges pręſcripſit. Conqueritur Thomas Cantipratenſis in opere de uniuerſali bono, moniales in cœnobijs ita illis diebus uexari, ut nec crucis ſignatio, nec aqua benedicta, nec ipſa Euchariſtia cōtra illos ualeret. Videte prouiſiones patrū, & qualia tunc remedia quęrebant erga grauia ſui cęlibatus incendia. Multa Rogerus edidit opuſcula, ad ſui nominis ꝑpetuitatē.

*De necromanticis imaginibus,* li. 1.
*Practicas Magiæ,* li. 1.
*Prognoſtica ex ſyderū curſu,* li. 1.
*Regimina cœleſtium,* li. 1.
*De excantationibus,* li. 1.
*Ad Clementem papam,* li. ij.
*De occultis operibus naturæ,* li. 1.

*De uera*

*De uera aſtronomia,* li.1.
*De retardatione accidentium,* li.1.
*Super Sententias,* li.iiij.
*In philoſophiam naturalem,* li.viij.
*In philoſophiam moralem,* li.x.
*Speculum Alchimiæ,* li.1. *Multifariam multiſque modis loq.*
*Alchimiſtarum artes,* li.1.
*De grammatica Græca,* li.1.
*De ſitu Paleſtinæ,* li.1.
*De iudicijs Aſtrologiæ,* li.1.
*Sententias experimentales,* li.1.
*De ſpeculi facultate,* li.1.
*Compendium ſtudij theologici,* li.1.
*De rerum mirabilibus,* li.1.
*Artium experimenta,* li.1.
*Perſpectiuam utilem,* li.1.

Atque alia plura, Huius damnauit doctrinam Hieronimus de Eſculo, illius ſectę generalis tunc miniſter, quorũdã fratrũ ſuorũ perſuaſione. Nimirũ in ea dicebant aliquas contineri nouitates ſuſpectas. Fuitque multis annis carceri mãcipatus. Claruit anno ſalutis humãę.1280. ſub rege Edwardo primo.

IOannes Derlington, Anglus, perceptis in adoleſcentia primis profanarum diſciplinarum rudimentis, ex fatua quadam ad Dominicum Calaguritanum deuotione, eius intrauit ordinem cum non bene ſaperet. Progreſſus paulatim ad annos maturiores, tantum ſcientijs quę inflant, & oſtentatione magnifica creuit, ut ſolennis fieret in theologia magiſter, ac Henrici tertij Anglorum regis auricularis confeſſor. Ex quibus Romani pontifices Ioannes.xxi. Nicolaus.iij. & Martinus.iiij. homi-

nem ſuis commodis cernentes aptum, conſtituunt procolli
gendis domeſticatim Petri denarijs,& ſacerdotum ac mo-
nachorum decimis,ſuum per Anglię regnum quęſtorem,at-
que tandem archiepiſcopum Dublinienſem in Hibernia.Re-
licta ergo Apoſtoli Petri functione, iniqui proditoris Iudę
permanſit in officio.Mendicantium fratrum ordines,ſunt illis
dieb' in quatuor redacti,ne in infinitas creſcerēt ſectas.Quo
rum officium erat ( inquit Thomas Cantipratenſis ) cleri poſ
ſeſſiones a ſęcularium principum iuriſdictione defendere.
Ingenti ſtudio & induſtria Derlingtonum congeſſiſſe Treue-
thus affirmat,

*Cōcordantias magnas Anglicanas,* li.1.
*Sermones ad utrunque ſtatum,* li.1

De cęteris eius ſcriptis nihil apparet. Cum in ſexto epiſcopa
tus ſui anno,mercenarius & non paſtor,accinxiſſet ſe ad iter
uerſus gregem dominicum,diuina tactus ultione,diē clauſit
ultimū,anno nati ſeruatoris.1284.ſub Edwardo primo,Lon-
dini in ſuorum fratrum cœnobio ſepultus,

GVilhelmus Sengham,Anglus natione,ex humi
libus ſed honeſtis parentibus ortus,tam apertū
ingenij ſui ſpecimen puer admodum in primis
literaꝝ tyrocinijs prębuit,ut quāplurimis eſſet
tūc admirationi.Ex artiſta ( ut appellāt ) fit tan-
dem theologus,& penſata temporis per infeſtantes locuſtas
obſeruatione,omnino non inſyncerus. Legit profecto,expo-
ſuit, atque docuit plęraque,non ſine multorum tum utilitate
tum fructu.In libro ſuo de fide & legibus ( quem plęrique,
licet non recte,alteri cuidam Guilhelmo de alta petra,Pari-
ſienſi epiſcopo tribuunt ) de Chriſti lege inter cętera hęc
profert, Non eſt ( inquit ) lex ad ſalutem poſſibilis, pręter
ęternū

ęternum Dei Euãgeliũ. Ex Auguſtinianorum fratrum cœtu, ex hoc iſtum fuiſſe arbitrarer, quod inter cruciantes & lędentes laruas, ipſi cęteris in hac regione minus nocuerint, Compoſuit Guilhelmus, ut ſubſequentes ſuorum laborum participes redderet, prędatum opus,

*De fide & legibus,* li. 1.
*De profeſſione nouitiorum,* li. 1.
*Annotationes ſcripturarum.* li. 1.

Et alia his lõge plura. Claruit anno a ſalutifero diuę uirginis partu. 1280. ſub rege Edwardo primo. Eius opuſcula indicib^9 decorauit Thomas Colby Anglus, epiſcopus Liſinorenſis & Waterfordenſis, & ipſum fratrem Guilhelmũ appellat,

Liſmo

GValtherus Recluſus, genere quoq; Anglus, ab adoleſcẽtia bonis literis educatus, apud Auguſtinianos Eremitas (ut fert) ſolitarię uitę ꝑpoſitũ elegit. Homo iſte florẽti adhuc ętate, multa dedit utriuſq; doctrinę ſuę, tum humanę tũ diuinę expetimẽta publica. Diſcipulos quoq; ſuarꝫ lectionũ nõ paucos habebat, qui tãdẽ euaſere in uiros probos & doctos. Repudiabatẽ illis diebus Pariſijs atque alibi Eremitanus ordo. Eum propterea ratum fecit Honorius quartus pontifex cum Carmelitis, quibus tunc mutauit in alba pallia chlamides barratas, ut autores ſunt Sabellicus & Platina. Scripſit inter cętera Gualtherus, dum eſſet ab hominum ſocietate ac tumultu per incluſionem ſeparatus,

*De mundi contemptu,* li. 1.
*De uita ſolitaria,* li. 1.

Meditationes pias, & alia. Huius opuſcula nonnulla ad compendium reduxit Ricardus Lauynham uir eruditus,

ut complu-

ut complurium lectioni apprime neceſſaria. Quod opus incipit, In primo capitulo libri & cet. Claruiſſe putatur anno ab exorta pietate chriſtiana. 1280. ſub Edwardo primo.

THomas Leirmont uel Erſiletonus, natione Scotus, ex prçcipua prędicendi tam arte quam conſuetudine, Anglis & Scotis uates habebatur inſignis. Nam & hoc de eo inclytum adfert teſtimonium Hector Boethius Deidonanus, libro. xiij. Scotorum hiſtorię. Quemcunque (inquit) illum exiſtimare placet, quoue afflatum numine, pręclarus ſane uir erat, ac toti ſuę terrę admirabilis. Nec fere aliter quam mox euenerat, licet obſcuris de induſtria uerbis uteretur, futura prognoſticabat. Eo tempore, tam ſęuiebant in Anglos Scoti (ut habet Nicolaus Treueth) ut in terra Northũbrienſi mulieribus mammas abſciderint, & ſcholares circiter ducentos in ſcholis combuſſerint. Edidit uero inter alia Thomas,

*Rhithmata quædam*, li. 1.

Atque ob id, teſte Ioanne Maiore, Rhithmicus ab Anglis cognominabatur. Repentinam prędixit Alexandri tertij Scotorum regis mortem, anno Seruatoris noſtri, 1286. ſub quo & ipſe claruerat, ubique per adiacentes prouincias famatus.

GIlbertus Theologus, cognomẽto Magnus, ex Anglorum natione Ciſtercienſis Ordinis monachus, & (ut fertur) magiſter eorum generalis, ętatẽ ac patriam ex doctrina & eloquentia ſplendidiorem reddidiſſe a multis aſſeueratur. In gymnaſijs Britannicis literarum ſtudia incũctanter coluit, bonaſque diſciplinas in alijs poſtea regionib⁹ fouit. Prelegere, ſcribere, aut meditari ſẽper ſolitus. Bibliothecarũ penetralia, diligentia magna quęſiuit, perluſtra-

perluſtrauit, euoluit. Et ubi reperierit opus aut rarum aut antea non uiſum (ut in Cluniaco Cyrilli Græci Carmelitę uaticinia) ingens ſtatim ſe inueniſſe theſaurum gloriabat. Perſpicacis ingenij homo certe erat, cui acceſſit quoque innata oris facundia, Theologorũ abdita abſolute proſpexit, nec fuerat ullum doctrinę genus, quod non ad unguẽ didicerit. Vnũ in ipſo ingemimus magnũ malum, illudque monachis omnibns cõmune, quod moralitatũ allegorijs (quibus quiſque ſuo abundat ſenſu) plus tribuerit, quã apertiſſimo ſcripturę diuinę ſpiritui. Nam Gregorij magni, ſuique Bernardi, in ritibus obſeruãdis, cõcionibuſq; ad plebẽ faciẽdis, imitator eſſe ſtudebat. Exarauit uir ingenioſus elegiaco metro,

*Pro Chriſtiano contra gentiles,* li.1.
*De naturis rerum,* li.1.
*Comentarios in Pſalterium,* li.1.
*Hiſtoriã quãdã, iuxta Scropũ,* li.1.
*In Oraculũ Cyrilli,* li.1. *Cum ad monaſterium Cluniacẽſe,*
*Conciones eruditas,* li.1.
*Doctorum collectanea,* li.1.
*Commẽtarios ſcripturarum,* li.plu.
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1.

Alios eius tractatus per Anglorum Bibliothecas uidi, ſed eorum tituli iam non occurrunt. De Cyrillo Græco fatetur, quod infra horę ſpatium xi. capitula abditiſſimorum myſteriorum memorię cõmendarit. Sicut de Ioanne, Haymo, quod omnem Apocalypſim uno die uiderit. Claruit anno incarnati Meſſię. 1280, ſub Edwardo primo, corpuſque eius inter ſacra Tholoſę ſeruatur. Thomas Scropus hiſtoriam eius allegat, & Alanus de lynna concionibus indices fecit.

IOannes Chelmeſton,Anglus,ex Eboracenſi comitatu ac diocœſi oriundus,a iuuentute ſtudioſus & literarum cupidus,inter Carmelitas conuerſabatur deinceps. Oxonium tandem ab illis miſſus,ſophiſticis artibus adeo gradatim profecit,ut in magiſtralem euecta cathedram, ob ingenij perſpicuitatē inter primos ſit habitus. Brugis in flandria,atque per eandem prouinciam adhuc alibi,a generali magiſtro Gerardo de Bononia iuſſus,ordinarie perplura diſputauit,ut de ipſo Gobelinus alemanus tradit,in libello de pœnitentijs conuicariorum. Romę in curia pontificis per eos dies lis erat,inter Pręmonſtratenſes & Carmelitas,quod in eorum ( ut dicebant ) uituperium,dimiſſis chlamidibus barratis,cappas induiſſent candidas,ut autores ſunt Ioānes de Molinis in hiſtorialis ſpeculi ca,ix. & Ioānes Vineta in. v. Chronici ſui capite. Iſte uero Chelmeſtonus,multa memoratur cudiſſe opuſcula,ſed ſophiſtica penétus, pręſertim,

| | | |
|---|---|---|
| *Quæſtiones ordinarias,* | li.1. | *Vtrum ſit aliquod ſacramentum,* |
| *Determinationes theolo.* | li.1. | *Vtrum per peccata uenialia,* |
| *Quodlibeta quoque,* | li.1. | *Vtrum ſpiritus ſanctus diſtingui,* |
| *Lecturas ordinarias,* | li.1. | |
| *Sermones & collationes,* | li.1. | |

Cętera eius ſcripta nondum uidimus,cum ſingula uidiſſe nō liceat. Claruit ſub Edwardo primo Anglorum rege,anno ſalutis humanę.1290. Sed ubi corruptibilia huius uitę depoſuerit indumenta, ex chronicis non habemus.

THomas de Ylleya,Anglus, patria Sudouolcas, adoleſcēs adhuc,in Gippeſwicēſi Carmelitarum cœnobio ſeſe quoque aſtrinxit ſuperſtitioſo corū famulatui. Maxima ſemper illi cura fuit,ipſis in

cūbere

cũbere diſciplinis,tãquã meliorib⁹,quales per id tẽpus mũd⁹ habebat chariores. Ac procedẽte ętate in Cantabrigiẽſi gymnaſio theologus doctor effectus,utranque theologiam,tam ſcholaſticam quam interpretatiuam profitebatur publice. Sed omnia tunc permixta erãt Petri ſpurij ſententijs ac maledictis papę decretis,quę alę locuſtarum erãt,eaſque ferebant in altum. Et interim diſcurrebant hircis in ſuo cęlibatu laſciuiores, pinzocheras,beghinas, ac moniales ubique frequentantes,quod in ſuis huberrime defleuit,atque acriter tetigit in Ignea ſagitta Nicolaus Gallus,capite.v. Tractat⁹ q̃ſdã edidit hic Thomas,qb⁹ ingenij et doctrinę patefecit uires,

*Quæſtiones theologiæ*, li.1.
*In Apocalypſim Ioannis*, li.1. *Apocalypſis reuelatio dicitur.*
*Conciones ad plebem*, li.1.

Sed & lectiones in ſcripturam plures,atque alia nobis incognita reliquit,Brugis in Flandria cum antedicto Ioanne, ordinarie diſputauit ac prelegit,ut prefatus Gobelinus tradit. Et claruit anno uirginei partus,1290.ſub Anglorum rege Edwardo primo.

HVgo de Manceſtria, Anglus,cum eſſet per ętatem doctrinę capax,ut literas ac mores ad uirtutes addiſceret,ludos literarios multis in locis frequentauit. Adoleſcenti adhuc tantum arridebat ex quotidiana cum eis conferendi in ſtudijs coſuetudine, Dominicanorum fratrum inſtitutum, ut in eorum cumulum aſcribi ſe permitteret. Adeo tãdem apud eos diſcretione,prouidentia,atque doctrinę ſeueritate profecit,ut ( teſte Treuetho ) magnus in theologia magiſter,pręedicatorꝝ in Anglia prouincialis,& regi Edwardo primo ac eius matri Aleonorę,quaſi a domeſtica familiaritate haberetur.

Eius nempe ad Philippum Francorũ regem cum Guilhelmõ Geyneſburgo Minorita,nuncius erat,pro recuperandis terris in Aquitania ſubdole ablatis. Scripſit hic demum pręfati regis iuſſu,aduerſus impudentiſſimum quẽdam impoſtorem, maleficijs & fraudibus inſtructum,qui pręſtigijs multis,eius dementauerat matrem,

*Fanaticorum deliria,* li.1.

*Compendium theologiæ,* li.1.

Et alia plura. Cęcum ſe finxerat prędictus impoſtor & hypocrita diabolicus,atque ad Henrici tertij regis tũbam ſanatũ, ut ex utriuſque,tam regis quam matris fauore,lucra ipſi obuenirent. Claruit Hugo,anno incarnati Meſſię,1294. quo Edwardi regis obiuerat legationem.

THomas Swetonius, Anglus,inter Dominicanę factionis monachos ( qui Prędicatores appellari glorioſe magis exoptant ) continuis literarum ac cęremoniarum exercitijs,totã fere conſũpſit ętatem. Fuit in concluſionibus ſcholaſticę diſputandis,atque concionandis ad plebem ſermonib⁹,non parue apud Anglos opinionis. Pariſijs demũ inter diuturnos ſtudiorum ſuorum labores,ſophiſticę theologię doctor effectus, poſt certamina illic Sorbonę conſueta,plura emiſit in lucem, ad uerę tamen lucis obſcurationem. Hi magni tyrannorum ſatellites erant,ſub doctrinę & ſanctitatis fuco,eorum con firmantes furorẽ,ac ſęuiſſima Agno inferentes bella. Nihil in uotis magis habuerunt,quam Dei mutare decreta,& eius ſic tandem hęreditatem delere. Nimirum iſte compoſuit furioſa hæc ſyntagmata,

*Quæſtiones difficiles,* li.1.

*Duo quodlibeta,* li.1.

De Reue

| | |
|---|---|
| *De Relatione,* | *li.i.* |
| *De unitate forme,* | *li.i.* |
| *In predicamenta Ariſtotelis,* | *li.iij.* |
| *In ſex principia,* | *li.i.* |
| *In priora et poſteriora,* | *li.iiij.* |
| *In perhiermenias,* | *li.ij.* |
| *Complementum Thomæ,* | *li.i.* |
| *Breuiarium theologiæ,* | *li.iiij.* |
| *Summam quoq; theologiæ,* | *li.i.* |
| *In Pſalterium commentarios,* | *li.i.* |

Feruntur & alia eius ſcripta, ſed hęc ſola apud Leandrum Albertũ Bononienſẽ, in quarto libro ſui uoluminis, & alios eiuſdẽ farinę chronographos licebat reperire. Claruit anno a Chriſto redemptore nato, 1290. ſub Anglorum rege Edwardo primo.

THomas wyke ſeu wiccius, Anglus natiõe, Oxonij Canonicus de Olneye, ex eorum ſodalitio quos Auguſtini regulares nominãt, multiplici doctrina ac morum probitate, plurimũ apud ſuos ualuit. Liberalium nanque diſciplinarũ noticiã a pueritia egregie imbiberat, cui rerum inſigniter geſtarum cognitionẽ adiungendam fore ducebat. Laudabili igitur in iſtis omnibus eruditione prędirus, ad memorabilium ſui temporis actorũ conſeruationẽ, ſtudia tandem cõtulit. Et hiſtoriam inde perbreuem congeſſit, ac ſtylo per eã ætatẽ ſatis polito lucubrauit, de pręclarioribus principũ atque aliorum factis, a Guilhelmi Nothi initijs, uſque ad pene poſtremos ſereniſſimi tunc regis Edwardi primi, hoc eſt, ab anno domini, 1067. ad ſuam ſenectutem uſque. Hanc hiſtoriã inter alia rariſſimorũ autorum opuſcula uidi, in Gorleſtonenſi Auguſtinianorum

fratrum Bibliotheca, affixo operi titulo,

*Chronica compendioſa,* li. 1. *Anno incarnationis domini noſtri,*

*Catalogum abbatum de Oſney,* li. 1. *Anno domini. 1129. regnãte Hẽri.*

Atque alia edidit, In hoc ultimo eius opuſculo, numerantur omnes monaſterij ſui pręſides, qui continua ſucceſſione pręfuerant in eodem, per nomina, actiones, & perſiſtẽtię tempora denotati, ad annum uſque ſeruatoris noſtri, 1290. in quo claruit ſub Edwardo pręfato.

IOannes Roſſus, Werwicẽſis, Anglus, Guidonici cliui accola, & uicinarum (ut apparet ſolitudinum frequentator aſſiduus, ex proba in ſcientijs & moribus inſtitutione, plurimarum uirtutum officia, affinibus pręſtitit gentibus. Degustata Oxonij (quod non procul aberat) literarum dulcedine, natura ſemper flagrabat cupiditate diſcendi, donec inueniſſet quod per lõgos quęſiuiſſet ſtudij ſui labores. Vnde inter alia in hiſtorijs narrat, particulares omnes illarũ partiũ ſcholas, in illud uniuerſale coijſſe gymnaſiũ Alphredi regis tempore, & quod olim in Legionum urbe ſub Arthurio mirũ in modũ floruerint magnorũ philoſophorũ ingenia. Eũ tamẽ in pleriſq; nõ laudat Ioãnes Lelãdus acutiſſimus cẽſor, ſed uirũ dicit extitiſſe ĩ antiquitatũ ꝑductiõe, lõge maioris diligẽtię quã iudicij. Chartis iſte cõmiſit ad poſteritatis oblectationẽ,

*De academijs Britannicis,* li. 1.

In mathematicis quoque aliqua edidiſſe putatur, ea tamen ſunt nobis ignota. Oxonij uero in pręfato opere, tres narrat fuiſſe primũ ſub Alphredo inſtitutas ſcholas, Grammaticis primam, Philoſophis alteram, & tertiã Theologis. Poſt pręfatum Thomam, quod Oxonienſis ſit quoque, iſtũ cõſtituo, dubius adhuc quo in loco per ętatem ponatur.

Michael

MIchael Medicus,natione Scotus clariſſimus ſui tẽporis philoſophus, mathematicus,& aſtrologus, multa pro adipiſcẽdis ſciẽtijs naturalibus peragrabat terrarũ orbis loca,In medicina inter primos eruditus,ob ſingularẽ & exquiſitã peritiã, nõ minus Edwardo primo regi Anglię,quã Alexãdro tertio Scotorũ regi,dum uiueret charus acceptuſq; habebat. Vbi Ioãnes Bacõthorpi⁹ in tertio Sẽtẽtiarũ,diſt.xxxiij.et queſt.iij de legis iuſticia diſputat,iſtũ introducit nõ leuẽ autorẽ pro ſuo cõfirmãdo ꝓpoſito, Vt q̃d ea Iuſticia uirtus ſit moralis,et ad alias uirtutes cõmunis ſicut eſt genus ad ſpecies,Eximius iſte phiſicorũ motuũ,curſuſq; ſyderei indagator,inter cętera ingenij ſui monumenta cõpoſuit,iuſſu Friderici ſecundi imperatoris,

| | | |
|---|---|---|
| *Super autore Sphæræ,* | li.1. | *Sicut dicit philoſophus in princip.* |
| *Imagines aſtronimicas,* | li.1. | |
| *Aſtrologorum dogmata,* | li.1. | |
| *In Ethica Ariſtotelis,* | li.x. | |
| *De ſignis Planetarum.* | li.1. | |
| *De Chiromantia,* | li.1. | |
| *De Phyſiognomia,* | li.1. | |

Pręter hęc nihil uidi,etſi his longe plura ex eius emerſerint ingenio. Eũ fuſius in ſuis cõmemorãt ſcriptis,Ioannes Picus Mirandula,Symphorianus Chãperius,& Cornelius Agrippa.Claruit anno a communis ſalutis origine,1290 ſub Ioanne Baliolo Scotorum rege.

GVilhelmus Hothun,Anglus ( de Odone cognominãt externi autores ) Pariſiẽſis doctor et Dominicanorũ ĩ Anglia ꝓuincialis,bis curã illorũ pluríb⁹ annis geſſit,Miſſus ab Edwardo rege legatus ad Bonifacium octauũ pontificem Romanũ,chriſtiani orbis per‑

niciẽ

ficiem, & omnium malarꝫ artiũ mõſtrũ, anno domini 1298, fit auro procurante Dublinienſis per eum archiepiſcopus & citerioris Hiberniȩ primas, ut & eius tyrãnidis & inſatiabilis crumenȩ, in illis regionibus fidelis ſeruus adeſſet. Nam ingẽtis fuiſſe ſpiritus & acutiſſimi ingenij, atque qui poſſet multis artibus ſibi conciliare fauores hominũ, a ſui inſtituti chronographis iactiatur. Ex quo ſummã eius impudẽtiã ac ſupercilium inuerecundũ (cum hominum genus ſuperbiſſimum ſit) facile coniectare licet. Superſtitioſis dogmatibus, doctrinã ſpiritus preſſit, ne Euangelij lux appareret. Pauca quidẽ poſt ſe ſcripta reliquit, atq; illa inutilia ſũt & uana. Videlicet,

*Super Sententias*, li. iiij.
*De unitate formarum*, li. 1.
*Lecturas ſcholaſticas*, li. 1.

De alijs nihil uidi. In Burgundia apud Diuionẽ ex urbe Roma rediens (ut libro tertio Leander habet) in uigilia diui Auguſtini uita exceſſit, eodem anno a Chriſti incarnatione, 1298, quo prȩſulabat, ſub eodem rege Edwardo, fœtido eius cadauere Londinum uſque deportato.

THomas Sperman, Anglus, a teneris annis Dominicanorum famulatui ſe quoque deuouens, inter omnes ſui temporis ſũmiſtas excellens habebatur. Ingenium erat ei uegetũ ac diſcuſſum (ut ferunt autores) & ad perſuaſiones in utramque partem, ſeu dialecticas ſeu ſophiſticas apertiſſimũ. Vnde poſt adeptam ſcholaſticȩ theologiȩ lauream (ut uocant) doctoralẽ, per Anglorꝫ academias & alia ſtudia particularia, doctrinȩ ſuȩ reliquias quãlatiſſime diſperſit. Sed cuius ſpiritus erant neſcio. Obruerãt tunc tenebre malarum doctrinarum, uniuerſum fere mundũ. Ita quod nullus poterat ab Euangelio legem diſcernere,

cuius

Tandiu poſtea ſcholaſticarũ rerum exercitationibus Oxonij dabat operam, ut inſtructiſſimus demum pro papę regno interpres euaſerit, ac magiſter earum facultatum celeberrimus haberetur. Ioannem Baconthorpium inter alios multos, auditorem ac diſcipulum habebat, admirãdę tunc eruditionis & ingenij iuuenem. Ex cuius Sẽtentijs, Quodlibetis, & Ordinarijs quęſtionibus, creberrimas allegationes adducit idẽ in ſuis ſcriptis Baconthorpius, de cognitione hominis reſpectu Dei, de Ydeis Platonicis, de actu liberi arbitrij, de perſonę uocabulo, de uerbo in diuinis, ac ſimilibus, magiſtrũ eum uenerabilẽ appellans, in delicijſque habet, eius ſubtiliſſimas ſoluere rationes. In quarto Sententiarũ papiſticos ſacerdotes a reliquo diſtinguit populo, ut ſint per pontificis characterem, nõ per miniſteriũ uerbi, chriſtianę multitudinis duces. Et id ꝑ magna cõfirmandę ſacerdotalis unctionis autoritate aſſumit. Thomas Waldenus in opere ſuo de ſacramẽtis. Docendo & diſputando ſic magnam ſibi apud Anglos comparabat hic famam, & hęc ſcripſit uolumina,

| | | |
|---|---|---|
| *Elucidationes Sententiarum,* | li.iiij. | *Verbũ dulce multiplicat amicos,* |
| *Quæſtiones ordinarias.* | li.1. | *Verũ reſpectus ueſtigialis formæ,* |
| *Quæſtiones ſolennes,* | li.1. | *Vtrum in diuinis perſona producẽs,* |
| *Quæſtiones ueſpereales.xij.* | li.1. | *Vtrum Chriſtus per ſuũ intellectũ.* |
| *Determinationes ſcripturæ,* | li.1. | *Ego ſum uia, ueritas, & uita,* |
| *Quodlibeta diuerſa,* | li.1. | *Quæſtio in eccleſia fuit, utrum,* |
| *Super Eccleſiaſticum,* | li.1. | *Sicut dicit Auguſtinus libello de,* |
| *Conciones ad uulgum,* | li.1. | |

Et alia multa nobis incognita. Guilhelmi Ludlingtoni contra Gerardum Bononienſem, pro non diuidenda Anglorum ad ſuam cupiditatem prouincia, fortiter olim tuebatur cauſã, ut prodit Gobelinus Alemanus. In Nordouicenſi tandẽ cœnobio ab hac luce migrauit, anno uerę pietatis. 1310. in Ianuario,

 ſub

ſub Edwardo ſecundo Anglorum rege.

GVilhelmus Ludlyngton, Anglus, ex Lincolnienſi ortus diocœſi, poſt ſtudia philoſophica, theologici doctoratus faſtigium, Oxonij Stanfordenſis Carmelita ſuſcepit. Cum inſigne nomē ex continua uerbi prędicatione obtinuiſſet in uulgo, prouincialis in Anglia ſui inſtituti paſtor quintus conſtituebatur a ſuis, quatuorque annis eidem pręfuit curę. In Narbonenſi poſtea Galliarum ſynodo, per Generalē magiſtrum Gerardum Bononienſē, lucra inde quęrentē, diuiſa fuit eorum in Anglia ditio in duas prouincias, q̄d huic atque alijs decem in ea terra theologis non parum diſplicuit. Reſtiterunt enim ſynodo, publicatis etiam libellis, ad non modicā eorum inquietudinem, Nicolao quarto Romano pontifice id ęgre ferēte. Vnde poſt fulminatas excommunicationum ſententias, exul a patria cum quibuſdam complicibꝰ fiebat Ludlingtonus, ad terribilem pœnitentiam in regno alieno dānatus. Interim tamen Pariſijs ſplendide ſe gerebat, uaria condens opuſcula, pręcipuę,

*In Euangelium Mathei,* li. 1. *Anima mea conturbauit me,*
*Determinationes theologicas,* li. 1.
*Sermones ad populum,* li. 1.

Et alia quędam edidit. Pacatis tandem controuerſijs, in generali apud Geneuam ſynodo, effectus eſt Terrę ſanctę, ſeu Paleſtinę & Cypri prouincialis, anno domini. 1309. ſub Edwardo ſecundo, ne auaritia domi laborantes ulterius moleſtaret. In Angliam tamen poſt Gerardi fata reuerſus, Stanfordię demum ſepelitur.

IOannes Gualenſis, ſiue Walleys dictus, Anglus natione, magnus Franciſcanę profeſſionis theologus, in utraque diſciplina diuina & humana, ſui

temporis

temporis eruditiſſimus a plęriſque ęſtimabať. Multis annis (inquit Ioannes Tritemius) in Pariſienſi gymnaſio theologiam glorioſe, & maximo ſuorum auditorum applauſu docuit. Tanta erat eloquentia ac rerum cognitione pręditus, ut arbor uite a quibuſdam dementatis capitibus appellari cœperit. De iſto plura narrant eius ordinis ſcriptores, pręcipue Bartholomęus Piſanus in Conformitatibus Franciſci, ut q̃d multa diſputauerit atque in ſcripta retulerit, ſed ad uerã Euãgelij gloriam, nulla. In ſcholis ſępiuſcule diſputabant hi pharisęi turgidi, de uirtutibus, immo de ipſa perfectione Euangelica, non ex corde, ut inde fierent meliores, ſed maxime ut ſpectēť ab hominib⁹. Multa ſcripſit opuſcula Gualēſis, quib⁹ nõ minimam ſibi gloriam apud poſteros conquiſiuit, ſcilicet,

| | | |
|---|---|---|
| *De regimine uitæ humanæ,* | *li.vij.* | *Cum doctor ſiue prædicator,* |
| *Ordinarium uitæ religioſæ,* | *li.I.* | *Nũquid noſti ordinem cœli!* |
| *De ordinatione uniuerſali,* | *li.I.* | *Quoniam omni negotio tempus eſt,* |
| *De uirtutibus antiquorum,* | *li.I.* | *Quoniam miſericordia & ueritas,* |
| *Manipulum florum,* | *li.I.* | *Ruth paupercula collegit ſpicas,* |
| *Dicta philoſophorum,* | *li.I.* | |
| *Hiſtoriarum collecta,* | *li.I.* | |
| *Additiones celebres,* | *li.I.* | |
| *In Apocalypſim Ioannis,* | *li.I.* | |
| *Lecturam Sententiarum.* | *li.iiij.* | *Quoniam teſte beato Auguſtino,* |
| *Lecturas ſcripturarum.* | *li.plu.* | |
| *Sermones de tempore,* | *li.I.* | |
| *Sermones de ſanctis,* | *li.I.* | |
| *De diuerſis materijs,* | *li.xv.* | |

De cęteris nihil reperi, quamuis Bartholomęus Piſanus & Iacobus Bergomenſis eum dicant pluſquam octodecim edidiſſe uolumina magna. Claruit anno Chriſti dñi noſtri. 1300, ſub Edwardo primo Anglorũ rege, inter ſuos tãdē ſepultus.

GVilhelmus Makleſfelde, inter meridionales Anglos oriundus, & Ariſtotelicis diſciplinis ab ineunte ęta te apud Dominicanos ſodales nutritus, ingenio & doctrina nonnihil ei attulit cœtui. Sophiſtice quidē eruditus erat, maxime in decretis ac legibus papiſticis, & in theologia litigatoria iuxta genus ſuū profūdiſſimus. Atq; ob id non ſolum eſt in ea facultate inſignis magiſter effectus, ſed & apud purpuratum Babylonicę meretricis ſenatū chariſſim⁹ habebatur. Vnde Nicolaus Taruiſinus ex eodem errore (ordine dixiſſem) ad papatum ſub Benedicti, xi, nomine uocatus, iſtū a Biſūtinēſi ſynodo eorū generali redeūtē, diuę Sabinę preſbyterum Cardinalem, licet abſētem & per quatuor mēſes mortuū creauit. Ipſūque ſtatim eodē anno ſequebatur ſāctiſſimus ille pater per abbatiſſam ſibi olim familiarē, quę ficuum obſonium ei parauerat, Peruſij ſublatus. Reliquit Guilhelmus iſte poſteris conſpicienda,

*Problemata quædam*, li. 1.
*Concluſiones ordinarias*, li. 1.
*Orationes ad clerum*, li. 1.

Atque alia complura nobis incognita. In itinere moriebatur, ut antea dictum eſt, cadauere eius ad Londinū delato cū Cardinalatus inſignijs, ut ſuper mortuo Romano ſenatore & illic gloriarentur, anno ab exorta pietate chriſtiana. 1304. ſub Edwardo primo Anglorum rege.

GValtherus Wynterborne, Anglus, in Sareſburienſi patria natus, Ariſtotelicarum doctrinarū Helluo, magnus in theologia magiſter & Edwardi primi Anglorū regis cōfeſſor (ut uocāt) ī Dominicanorum tumenti familia conſenuit. Mox ut mortuum lugiſſent patres antedictū Guilhelmū, apud Benedictum ſuum, eius nominis undecimum papam pecunijs

egerunt,

egerunt,ut hic uenerabilis doctor eius in officio ſuccederet, Specioſũ certe,imo ſplendidum uidebatur excelſis eorũ animis, Cardinalitium pileũ a ſuis geri,eoſq; ob id a magnis ſalutari principibus. Sexto igit̃ mẽſe ante põtificis ex ficuũ ſorbiciuncula necem, ad emptam dignitatẽ uenit, non modica pompa ad diuã Sabinam Cardinalis quoque preſbyter effectus, Quam ad quindecim menſes,morte intercedente uix tenuit. Chartis iſte plura commiſiſſe ab hiſtoricis cõmentat̃, ut ab auida legerentur poſteritate,ſed hos ſolos ab eis exhauſimus titulos,

*Quæſtiones theologiæ,* *li.1.*
*Sermones coram rege,* *li.1.*

At tam barbara, macra, & frigida hęc ſunt,ut bene nãtis ſtomachis nauſeam potius quam guſtum generent. Cũ poſt Clementis.v.electionẽ uerſus Gallias tranſiret,apud Geneuam in Septembri uita exceſſit, anno Chriſti.1305. Sed inde ad Londinum tranſlatum eſt eius corpus,ut ſuper eo apud mundum inſigniter illic gloriarentur quoque.

RIcardus Myddeltonus, uel de Media uilla dictus,natione Anglus, Minoritarum fratrũ profeſſus diſciplinam,Oxonij literis tam diuinis quàm humanis operã dedit. Ingenio acutiſſimus erat, & ad omnẽ fallaciarum cautelam promptiſſimus,in perſoluẽdiſq; ſcholaſticarum altercationũ dubijs exercitatiſſimus. Cęterũ neq; in Elenchis Ariſtotelicis, neq; in iure papiſtico(quod Canonicũ,ſed falſo,appellãt)ulli habebat̃ ętate ſua ſecũdus. Grãdia quędã,ſed parũ utilia, Pariſijs iſte in conſpectu magiſtrorũ diſputauit,docuit,et expoſuit. Cuius cẽſorio iudicio,poſt declarationẽ Frãciſcanorũ regulę ( quę tunc fortiter impugnabatur a multis ) Bonagratia,decimus miniſter

eorum

eorum generalis, cõmiſit examinationẽ doctrinę fratris Petri Ioannis. Quem, ipſe cum aſſiſtentibus, hęreticum declarauit, quod in ſuis commentarijs in Apocalypſim & in Matheum, eccleſiam Romanam meretricem magnam, beſtiam carnalẽ, & diaboli ſynagogam uocaſſet. Ex quo effoſſũ eius cadauer, a pontifice Clemente, extemplo iubebatur comburi. Fertur iſte multa cudiſſe opuſcula, ſcilicet,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum.* | li. iiij. | *Abſcondita produxit in lucem,* |
| *Super diſt. Decreti.,* | li. I. | *Patres noſtri omnes ſub nube,* |
| *De ordine iudiciorum,* | li. I. | |
| *De conceptione Mariæ.* | li. I. | |
| *In Franciſci regulam,* | li. I. | |
| *In quatuor Euangelia,* | li. iiij. | |
| *In Epiſtolas Pauli,* | li. xiiij. | |
| *Contra Petrum Ioannis,* | li. I. | |
| *Quodlibeta theologica,* | li. I. | |
| *Commentarios elegantes,* | li. I. | |

Aliaſque lucubrationes & poſtillas conflauit, ſed earum titu li non cõparent. Claruit anno a ſalutifero diuę uirginis par tu. 1300, ſub Edwardo primo Anglorum rege, apud ſuos tan dem non infimo loco ſepultus. Iſtum pro magno habent au thore, Sententiarij fere omnes.

IOannes Duns natione Scotus, doctor ſubtilis ap pellatus, in Duns Scotię oppidulo, octo paſſuum millibus ab Anglia natus. Oxonij inter Minoritas perpetuis ſe aſtrinxit Franciſci ſtigmatizati ſanctio nibus. Poſt ſcholaſticę ſeu contentioſę theologię profeſſionẽ doctoream inibi factam, Lutetiam a ſuis aduocatus ſũmiſtis, in omnium bonarum literarum perniciem, ſua illic ſparſit dogmata, omnino peregrina & barbara. Portentoſus artifex

ac litigiorũ

errors published

ac ſtigiorum patriarcha, impoſturarũ laberynthos ingenio Dędalino excogitauit, contẽdendi formulas uerbis intricatis ſubtiliter adinuenit, & mõſtrifica conflictationum uocabula formauit, de ſuppoſitionibus, obligatorijs, inſolubilib⁹, hęcceitatibus, formalitatibus, modis intrinſecis, atque alijs ſophiſtarum chimeris, ut Chriſtus in contentione prędicaretur, ac innumeris ſuperſtitionibus in eccleſia ueſtiretur. Stultior enim eſt ea Sententiariorum papiſticorum Theologia ſacra, ex Centaurorum biformi conflata genere, quam ſunt ſcripta fabuloſa Heſiodi & Orphei theologorum gentilium. Eã tamẽ ex hoc Scoto ac ſui ſimilibus, obſcuritatum & ignorantiarum uoraginẽ, pro idolatrico papę ſui regno, impenetrabile eſſe ingenij acumẽ, talpa cęciores papiſte dijudicãt, cũ ſit horrida antiqui Serpentis aſtutia. Cõpoſuit iſte tenebroſus deorũ nũcius, in Petri Lombardi Sẽtẽtias cõmunes, opus bifariũ,

| | | |
|---|---|---|
| *Commentarios Oxonienſis,* | *li.iiij.* | *Cupientes & cet. Circa prologum,* |
| *Reportationes Pariſienſes,* | *li.iiij.* | |
| *Quodlibeta ſcholaſtica,* | *li.1.* | *Cunctæ res difficiles, ait,* |
| *In Metaphyſicam quæſtiones,* | *li.xij.* | |
| *Quæſtiones uniuerſalium,* | *li.1.* | |
| *Quæſtiones prædicamentorum,* | *li.1.* | |
| *In Analytica poſteriora,* | *li.ij.* | |
| *In Ariſtotelis phyſica,* | *li.viij.* | |
| *In Cathegorias, eiuſdem,* | *li.1.* | |
| *De cognitione Dei,* | *li.1.* | *Quia ſumma nobis cognitio,* |
| *Sermones de tempore,* | *li.1.* | *Erunt ſigna & ce. In hoc Euange:* |
| *Sermones de ſanctis,* | *li.1.* | |
| *Lecturam in Geneſim,* | *li.1.* | |
| *De rerum principio,* | *li.1.* | |
| *De primo principio,* | *li.1.* | |
| *Commentarios in Euangelia,* | *li.iiij.* | |

*In Epiſtolas Pauli,* li.plu.
*Collationes Pariſienſes,* li.1.
*Tetragreumata quædam,* li.1.
*Commentarios imperfectos,* li.1.

Cętera nos latẽt. Demum adiuit Coloniã, ut & illic de Aſini umbra certaret, atque ibi in ętate uirili ex Apoplexia defunctus eſt, & apud Minoritas ſepultus, anno redemptionis humanę, 1208. Roberto Bruſio apud Scotos regnãte. Huius ſũt contra ſanam Apoſtolorum doctrinam, cõmenta inſana, Cęremonialia ueteris legis, poſt Chriſti paſſionẽ ſine peccato poſſe obſeruari, Salutem & ſpiritum ſanctum a papa eſſe poſt Chriſtum, Imagines ea fore ueneratione adorandas, qua illi quos repręſentant, & ſine numero ſimilia. Adhuc tamen hęreticus non iudicatur a papiſtis.

Ricardus Crickliadẽſis, Anglus natione, regularis olim diui Auguſtini Canonicus extitit, in illo monaſterio (quod a Walſyngamio Nordouolcarum oppido, paulo plus milleario diſtat) & Crieke uulgo nũcupat. Ex eruditione multiplici (quam per Anglorum gymnaſia deguſtauerat abunde) euaſit tandem in utraque ſcientia homo doctiſſimus. In quanta exiſtimatione ubique habitus fuerit, ob incredibilẽ ingenij acrimoniam, & acerrimum in omni literarum genere ſtudiũ, eius ętatis ſcriptores omnino non tacuerunt. Ariſtotelẽ exponere Chriſtum, aut Porphirium Apoſtolos (qui Apoſtolicis uiris inimiciſſimus fuerat) indigniſſimũ iudicauit, inſignis uerbi Dei miniſter. Sufficere nempe credebat, Chriſtianę fidei dogmata, ad recte inſtituẽdam eius eccleſiam. Ac poſt plurimas ex ſcripturis diuinis conciones et lecturas, portulit e

pectoris

pectoris ſui theſauro, ad fratrū ſuorū cōſolationem futurā,
*De cōnubio Iacob,* *li.1.*
*De teſtamento patrum,* *li.1.*
*Homelias uulgares,* *li.1.*
Et alia adhuc multa, quæ non uidimus. Literaria quędam Nordouicēſis Bibliothecę monumenta, iſtum claruiſſe affirmant, āno a ſalutis noſtrę origine. 1310. ſub Edwardo ſecundo Anglorum rege, atque in ſuo tandem obijſſe cœnobio.

THomas Iorſius, Anglus natione, audaculę Dominicanorum familię doctor, per uniuerſā Angliā atque Cambriā prouintialis gubernator, eādē cum arrogantia non modica, vij. rexit annis. Audiens poſt Gualtheri Cardinalis obitum, pontificem Romanum Clemētem quintum eſſe in Galliarū Lugduno, illuc ſtatim pecunijs onuſtus, properāter acceſſit, ut in demortui ſodalis obueneret locum. Peruenitque celerrimus ad illius curiam, ſecundo ab eius morte menſe, ac precio perſoluto, tertius ex ea factione Cardinalis preſbyter ad ſanctam Sabinam eſt anno domini. 1305. ordinatus, decimo octauo calendas Ianuarij in ieiunijs quatuor temporum. Ab eo die cū ſui ſimilibus, roſtris & unguib⁹ defēdebat iniuſtiſſimas ambitioſi pontificis erga Romanos cauſas. Et eo libētius poſt nūmos numeratos, ex Dominicanis & Franciſcanis plures his diebus promouebāt pontifices Romani, quod cęteris ſophiſtis ſubtilius eos ſcirent prouinciarum principes poſſe dementare, atque ex auditis eorum confeſſionibus ſuas facere creaturas. Hęc antea reliquit inſyncera opuſcula Thomas,
*Commentarios Sententiarum,* *li.iiij.*
*Poſtillam in pſalterium,* *li.1.*
*Sermones per annum,* *li.1.*
Atque illis ſimilia nō pauca. Et claruit anno a Chriſto nato,

 1310.

1310. ſub Edwardo ſecundo Anglorum rege. Germanos ſex habebat, quos omnes imprudentiſſimi parentes, iſtorũ Ammonitarum Molocho obtulerunt, Dominico, ut loquentes aduerſus iuſtũ, in ſuperbia & abuſione deinceps perdurarẽt.

GValtherus Iorſius, Anglus, prędicatorij ſeu Dominicani noĩs quoq; theolog'. ac prefati Cardinalis Thomę Iorſij frater, quęſiuit per inania ſophiſtarum dogmata in clero etiam regnare ad tempus. Et uenit bene nũmatus, accelerato curſu ad prędictum pontificem Clementẽ quintum, Pictauis tunc commorantem, ut de pinguis ex pauperum ſpolijs beneficij precio cum eo cõueniret. Apertiſque theſauris, obtulit ei munera precioſa auri & argenti, quę in torpẽti otio, abſque manuũ ſuarum labore, inſigni tamen fraude cumulauerat. Quibus tantam inuenit in oculis eius gratiam, ut anno Chriſti. 1306. archiepiſcopus Armachanus ac totius Hibernię primas ſit declaratus. Prodijt inde ex latebris uulpinis, in omnẽ circunquaque regionem, ut Chriſti mactaret oues, atque Antichriſto pararet plebem imperfectam. Haſque interim dedit ingenij papiſtici fęces,

*Summam Theologiæ*, li. iij.
*De peccato originali*, li. 1.
*Quæſtiones uarias*, li. 1.

Et alia nonnulla nobis ignota. Claruit eo ſeruatoris noſtri anno quo eius fater, uidelicet, 1310. ſub Edwardo ſecundo Anglorum rege. Tam politici ac prudentes œconomi, iſti erant in ſua diſpenſatione fraudulentię, ut ſub obſcuro mẽdicationis titulo attrahere ſibi maximorum regnorum dominia ſciuerint.

Robertus

RObertus Baſton, Anglus, ex illuſtri procreatus familia, in comitatu Eboracenſi non procul a Notynghamio. primęuā duxit originem. Hunc rhetorem ac poetam e Scardeburgiēſi Carmelitarum cœnobio (cui tunc prefuerat) ſecum accepit rex Edwardus primus in Scotiam iturus, anno domini. 1304. ut in futura Striuelinenſis caſtri fortiſſimi obſidione, inſigniter geſta deſcriberet. De ipſo enim ſic habet Hector Boethius in libro. xiiij. hiſtorię Scotorum. Adduxerat rex Edwardus (inquit) Carmelitani ordinis monachum quempiam, qui carmine Heroico deſtructionem Scotię, Anglorūque uictoriam caneret. Et ſequitur. Neque hoc quidem ſilētio pretereūdū eſt. Cum in Scotorum manus ſequenti anno uiuus ueniſſet Carmelitanus ille, iuſſu Roberti Bruſij, tormētis coactus, ſtylo conuerſo Scotorum uictoriam poſteritati prodidit, carmine quidem barbaro, ſed illi ſęculo haud quaquam contemnēdo. Similia quoque narrant Ioannes Maior in quinto ſuorum Chronicorum libro. ca. iij. ac Ioannes Bellēden in Scotica tranſlatione. Compoſuit igitur principum impulſu, poeta incultus & agreſtis,

| | | |
|---|---|---|
| *De bello Striuelinēſi,* | *li. 1.* | *De planctu crudo metrum, cū car.* |
| *De Scotorum triumpho inani,* | *li. 1.* | |
| *Epiſtolas ad diuerſos,* | *li. 1.* | *Venerabili patrum cœtui, frater,* |
| *Orationes ſynodales,* | *li. 1.* | |
| *Tragœdias uulgares,* | *li. 1.* | |

Poemata quoq; diuerſi generis edidit, & alia complura. Ab iſto teſtimoniū cœpit Nicolaus Treueth, q̄d Edwardus rex maximū euaſerit in prefata obſidione periculum, iaculo feriente corporis ueſtem. Claruit anno ſalutis humanę. 1310. ſub Edwardo ſecūdo. ac Notynghamię ſepelitur, germano illius Philippo Baſton Scardeburgię in eius officio ſuccedente.

DAuid obugę,ſupremę claſſis magiſter,Hibernus natione,patria Kyldarienſis,inter ſui tēporis theologos contentioſos nõ infimus habebatur.Oxonij in Anglia,ac Treueris in Alemania (Gobelino teſte) cum docendo tum diſputando, magnum eruditionis obtinuit nomen.Nam & ipſe unus eorum erat theologorum decem,qui cum Guilhelmo Ludlingtono aduerſus Gerardum Bononienſē ſteterũt, atque ideo in exilium tunc miſſus quoque,In Hibernia tãdē prouincialis Carmelitarum effectus preſes,uniuerſã fere patriam ſuo arbitratu dirigebat,Erat enim philoſophus,rhetor, theologꝰ,ac legis papiſticę inibi peritiſſimꝰ,atq; ita appellatus Hibernicę nationis lucerna & decus,ut Ioãnes Bloxham habet in magno epiſtolarum opere,Dictabat iſte non inelegãter,ſed latine & docte per illam ętatem,

*Epiſtolas.52.ad diuerſos,* *li.1.* *A dilectionis fœdere non recedit,*
*Sermones per annum,* *li.1.*
*Propoſitiones diſputatas,* *li.1.*
*Poſtillas Bibliorum,* *li.plu.*

Cętera quę compoſuit,non uidimus.Claruit anno a Chriſti natali,1320,ac dierũ plenus in Kyldariēſi cœnobio tandē ſepeliebatur.Iſtum ſcribit antedictus Bloxhamus,ſpurium in urbe Pontana,cęlibatu nõ obſtante generauiſſe, Radulphũ kelley,quem poſtea ex generali Carmelitarũ Romę aduocato (procuratorem uocant) Clemēs ſextus Romanus pontifex archiepiſcopum Caſſellenſem fecit,

GVilhelmus Geyneſburg,Anglus, ad honorē depictorum Franciſci uulnerũ funiger factus,in ueſte (ut uocant) griſea, feneſtratos calceos Seraphicus hiſtrio portauit.Liberalibus artibus ex cõmuni Ariſtotele

ni Ariſtotele cõpetenter inſtructus, ad paleſtricę theologię ſtudia ſe uertit, cœpitque ſtatim eloquijs ſanctorum ſanctiſſimi patris uehementer inhiare. Edwardi primi Anglorũ regis, cum Hugone Manceſtrio Dominicano, legatus olim erat ad Philippũ Francorum regem, ſuper Aquitanię prouincię reficiendis damnis. Et quia hãc in concionibus & ſcholis deſēdebat doctrinam, papã non poſſe errare, neque eſſe a quoquam iudicandum, licet mille chriſtianorum animas detruſerit in Gehennam, effectus eſt a Bonifacio octauo, execrabiliſſimo Romanę ſedis monſtro, Wigornienſis epiſcopus, anno domini. 1301. Scripſit ex ſua battologia Cyclopicus miles,

*Diſceptationes ſcholaſticas,* li. 1.
*Sermones ad utrunque ſtatũ,* li. 1.

Alia eius ſcripta nos latẽt, ſed diſpẽdio plane nullo. E medio certe tollẽdę ſũt hę papiſtarũ ſordes, ceu nocentiſſima ſcãdala. Claruit ex Frãciſcano prodigioſus põtifex, anno ab incarnato Dei filio. 1310. ſub Edwardo ſecundo Anglorũ rege.

RIcardus Notyngham, Anglus, ex Minoritarũ quoque ſecta. ſed ingenuis (ut ex ſcriptis appa ret) diſciplinis ab adoſecentia educatus, patriã uniuerſam recondita ſua eruditione per eam ętatem adornabat plurimum. Doctor erat (ut Anglici ſcriptores tradũt) in theologica facultate clariſſim⁹, atque in ſęcularibus ſcientijs nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſublimis & apertus eloquio. Tantuſque tandem in Anglorum academijs docendo & diſputãdo euaſit, ut apud utrã uſque literaturę diuinę & humanę ſtudioſos, magnam cõmeruerit laudem. Eius non uulgariter celebrant nomẽ, ob eruditos in ſcripturas commẽtarios, Stephanus Patrington in opere ſermonum, & Thomas Scropus in ſuis collectionib⁹,

Si in plęriſque errauerit,mirum nõ eſt,antiqui Serpentis aſtu
tia in tantę caliginis regno,omnia perturbãte,Multa profecto
comperitur cuſiſſe uolumina,in omnibus tamen non eſt im-
pius iudicandus,

| | |
|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | *li.iiij.* |
| *Concluſiones ordinarias,* | *li.I.* |
| *Commentarios in Matheum,* | *li.I.* |
| *In Euangelium Lucæ,* | *li.I.* |
| *In Paulum ad Romanos,* | *li.I.* |
| *In eundem ad Corinthios,* | *li.ij.* |
| *Lecturas Bibliorum,* | *li.plu.* |
| *Suarum replicationũ,* | *li.I.* |

Atque alia his multo plura.Nimirũ opera eius multa et mag
na,per omnes fere Anglorũ Bibliothecas uiſũtur, Claruiſſe
uero fertur anno uirginei partus,1320,ſub Edwardo ſecũdo
illius nominis rege,apud ſuos tandem ſepultus,

GVilhelmus Maſſet,Anglus,ſuſcepta Dominicani
inſtituti profeſſione,Logicen , Phyſicen,Ethicen
ac Metaphyſicen,mox magno cum labore didicit,
acſi res chriſtiana his paganorum peſtibus indige
ret,Teſtanturque illius lucubrationes,quam non triuialiter
aut indiligenter ſit in hoc fugitiuo,callido,&c.incerto autho
rum genere uerſatus,Sed quam parum hęc ad Euangelicũ
dogma conueniãt aut proſint,decernat cenſor quiſque ueri-
dicus,qui omnia Dei uerbo ceu Lydio quodã lapide ꝓbat,
Leander Albertus Bononiẽſis,in quarto ſuorũ Prędicatorꝝ
libro,inclytum theologię profeſſorẽ hũc uocat,quod Thomę
Aquinatis doctrinam mendacem,immo diabolicam, aduer
ſus Henricũ Gandauenſẽ tunc mortuũ,tã ſtrenue defenderit,
Contexuit iſte ad ſuorum ( ut putabat ) commoditatem,

Queſtiones

Quæſtiones ordinarias, li.1.
Aduerſus Henricum Gandauenſē, li.1.
Contra Corruptoriū corruptorij li.1.
Quæſtiones de Angelis, li.1.
Poſtillas Bibliorum, li.1.
De decem uirginibus li.1.

Et alia complura, quibus Aſinū domini adhuc ueſtire atque oliuarum ramos ante pedes eius ſternere, quam laborioſe ui debatur, Claruit magnꝰ in Anglia magiſter, anno a cōmunis ſalutis origine, 1320, ſub Edwardo ſecundo Anglorū rege,

THomas Chabham, Anglus, doctor theologus, ętate ſua inſignis, in eorū inueniebatur albo numeratus, quos ſęculares ſacerdotes uulgus appellat, Tam erat iſte benignus ac modeſtus, ut cognomine eius pene obliterato clericus probus ubique diceretur, Vnde defuncto Roberto Wynchelſe archiantiſtite Cantuarienſi, āno domini, M.ccc.xiij. hic plenam electionē ad eam habuit fūctionem, Succeſſit tamen iuſſu regis Edwardi (ut is cui magis fauebat) Gualtherus regnolde, qui ſibi tunc erat a theſauris, Wigornię epiſcopatu huic deſignato, Qualis autem fuerit eius doctrina, facile poterimus ex librorum titulis cōijcere, Nam pœnitentiarij illi canones ac pœnarum pro peccatis menſurationes, imbecillium conſcientiarum carnificina nuſquam ad inſatiabilem ſacerdotum quęſtum uacant, Nempe opera quę ſequuntur edidit,

Sūmam de pœnitentia, li.1,
De peccatis in genere, li.1. Cum ſūma theologicæ facultatis,
Commentarios plures, li.1.
Sermones quoque, li.1.

Ferūtur & alia, eorū tamen nō uidi titulos, Erat in ſcripturis

diuinis poſt ſalias diciplinas, lōga exercitatione peritus, ut au tores tradūt. Et claruit anno a Chriſti natali, 1316. quo efficieba tur epiſcopus, Anglis imperāte Edwardo ſecundo.

Nicolaus de lyra, ex Iudæorū genere in Anglia natus, atque inter Hebreorū Rabinos in literis Hebraicis ab ipſa pueritia nutritus, illud ſāctū idioma ad unguem (ut loquuntur) nouit. Qui mox ut frequētaſſet chriſtianorum ſcholas atque Minoritarum quorumdam ſynceriores iudicij cōciones, abhorrere cœpit a Talmudicis doctrinis, atque ita a tota ſuę gentis inſania ſtultiſſima. Cōuerſus igitur ad Chriſti fidem, ac regenerationis lauacro lotus, Frāciſcanorum familię ſe ſtatim adiunxit. Inter quos in ſcripturis ſānctis ſtudioſiſſimus, ac longa exercitatione peritus, Oxonij & Pariſijs, cum inſulſiſſimis Rabinis, qui populum Iudaicum uana Meſſię aduenturi Policitatione lactauerant, diſputationibus & ſcriptis mirifice conflictauit. Atque contra eorum apertiſſimas blaſphemias, utrūque teſtamentū diligentiori examine ac elucidatione explanauit. Si in pleriſque (ut illi a multis imponitur) delirauerit, tempori eſt imputandum, in quo fere omnia erant hypocritarum nebulis obſcurata. Meliorem certe ceteris omnibus per eam ętatem nauauit in ſcripturis operam. De uerborū ſimplicitate, non eſt quod conqueritentur homines, cū a uocabulis ęſtimāda non ſit ęterni patris ueritas. Pręclara ſcripſit opuſcula (ut abbas Tritemius habet) quibus nomen ſuum celebriter deuenit ad poſteritatis noticiam, uidelicet hęc,

| | | |
|---|---|---|
| *In Geneſim ad literam,* | *li.1.* | *In principio & cæt. Omiſſis,* |
| *In Exodum,* | *li.1.* | *Secundum quod dicit Iſidorus.* |
| *In Leuiticum,* | *li.1.* | *Vocauit autē Moſes & cæt. Sicut,* |
| *In Numeros.* | *li.1.* | *Locutus eſt dominus & cæt. Ex.* |

In

| | | |
|---|---|---|
| In Deuteronomium, | li.i. | Declaratio ſermonum tuorum. |
| In Ioſuæ, | li.i. | Introduces eos & plantes: |
| In Iudicum, | li.i. | Suſcitauit, dominus iudices, |
| In Ruth, | li.i. | In diebus & cet. Hic conſequẽter. |
| In Regum, | li.iiij. | Per me reges regnant, & legum, |
| In Paralipomenon, | li.ij. | Colligite fragmenta ne per, |
| In Eſdram & Nehemiam, | li.iij. | Erit ſacerdos ſuper ſolium, |
| In Tobiam, | li.i. | Hæc oportuit facere & cæt. |
| In Iudith, | li.i. | Arfaxat & cæt. Poſt hiſtorias, |
| In Heſter, | li.i. | In diebus & cæt. Poſtquam, |
| In Iobum, | li.i. | Pacientiam habe in me, & cæt. |
| In Pſalterium, | li.i. | Propheta magnus ſurrexit. |
| In Prouerbia Salomonis, | li.i. | Ecce deſcripſi eam tibi tri. |
| In Eccleſiaſten, | li.i. | Verba Eccleſiaſtes, ſicut dicit, |
| In Cantica canticorum, | li.i. | Oſculetur me & cæt. Expedi. |
| In Sapientiam, | li.i. | Poſt libros hiſtoriales & cæt. |
| In Eccleſiaſticum, | li.i. | Omnis ſapientia & cæt. Hic inci, |
| In Eſaiam prophetam, | li.i. | Hieruſalem Euangeliſtam dabo, |
| In Hieremiam, | li.i. | Prophetam in gentibus dedi, |
| In Threnos Hieremiæ, | li.i. | Quomodo ſedet. In præcedenti, |
| In librum Baruch, | li.i. | Hæc uerba & cæt. Poſt librum, |
| In Ezechielem, | li.i. | Aperti ſunt cœli, & uidi uiſio. |
| In Danielem, | li.i. | Danieli autem dedit Deus, |
| In xij. prophetas, | li.i. | Duodecim prophetarum oſſa, |
| In Machabæorum, | li.ij. | Et factũ eſt & cæt. Poſt hiſto. |
| In Euangelium Mathei, | li.i. | Quatuor facies uni. & quat. |
| In Marcum. | li.i. | Facies leonis a dextris eorum. |
| In Lucam. | li.i. | Facies bouis a ſiniſtris erat, |
| In Ioannem. | li.i. | Facies Aquilæ deſuper ipſorum, |
| In epiſtolas Pauli. | li.xiiij. | Ecce deſcripſi eam tibi tri. |
| In Acta Apoſtolorum, | li.i. | Repleti ſunt omnes ſpiritu ſanct. |

*In epiſtolas canonicas,* li. vij. *Iacobus dei et cæt. Liber iſte.*
*In Apocalypſim Ioannis,* li. I. *Oportet te iterũ prophetare,*

Et rurſus eoſdem libros moraliter expoſuit, ſeptem exceptis. Edidit preteria,

*Super Sententias,* li. iiij.
*De corpore Chriſti,* li. I.
*De idoneo miniſtrante.* li. I.
*Contra Iudæos,* li. I. *Primo quæritur utrum.*
*De Iudæorum perfidia,* li. I. *Cum Dei adiutorio intendo,*
*Contra impugnãtes Euangeliũ,* li. I. *Potens ſit exhortari in doc.*
*Sermones de tempore,* li. I.
*Sermones de ſanctis,* li. I.

Atque alia nonnulla, quę ad manus noſtras nondũ uenerũt. Claruit ãno ab apparẽte in carne Dei filio, 1320. ſub Edwardo ſecũdo Anglorũ rege, ac Pariſijs demum obijſſe fertur. Doctor Martinus Lutherus in. ij. & ix. Ca. in Geneſim, ſe ideo dicit amauiſſe Lyranum, atque inter optimos poſuiſſe, quod prę omnibus interpretibus, ubique diligenter retinuerit ac proſecutus fuerit hiſtoriam.

THeobaldus Anglus, uir uarijs naturę dotibus & ſcientijs excellẽs, ſed animo nimium ſcrupuloſus, ad Carthuſianorum monachorum (ut ei uidebat) grauitatẽ cõuolauit. Arduã putabat domini uiam, ſpiniſque ac uepribus humanarũ traditionum circumſeptam, nimia ſuperſtitione demẽtatus. Ad eos igitur bene ſiginatos atque impinguatos Brunonis porcos acceſſit, ut ſũmę perditionis inueniret paſcua. Cum Hyprocritica lues, nihil citius adferat quam mortem ipſam ſpiritus. Sed hoc unum inuenio laudandum in homine, quod in Sodomis exiſtẽs, ex frequenti Bibliorum atque ueridicorũ Chronicorum lectione, uitas hominũ probatiorum inueſtiga

uerit. Illas ſiquidem collegit a mundi origine ad ſuam ęta tem, et opus ſuum uocabat,

*De progreſſu patrum,* li.1.

Et alia tam exempla quam documenta, ſed ad meditationē inertem atque contemplationē omnino friuolā ſpectantia. Claruiſſe uidetur ex ſuis & aliorum ſcrptis, anno ab incar nato Dei uerbo, 1320. ſub Edwardo tertio Anglorum rege.

OSbertus Pyckenham, Anglus, ex Lynnenſi Nor douolcarum cœnobio Carmelita, natale ſolū (in quiunt ſui) uelut alter Ariſtoteles aut Plato (ſi ab eſſet barbaries) doctrina illuſtrauit multiplici. Tan tum ille ſcientijs (quibus tunc pręſtigiabatur mundus) pro fecit, ut magnorū ſcholaſticę theologię profeſſorū numero, non ſolum in Anglia ſed & Pariſijs aſcribi meruerit. Fuit, ut Tritemij uerbis utar, in ſcripturis (papiſtice deprauatis) eruditiſſimus, & in philoſophia ſęculari egregie doctus (ſe ductus) acuti ac uehemētis ingenij. Hęc & ſimilia ſunt quæ de ipſo, multo adhuc fuſius ſui tradiderūt ſcriptores. Virun tamen ſi ex doctrina iudicetur, ex illiſipſis erat Paleſtinis maleuolis, qui puriſſimos cœleſtis Abrahę Puteos obrue rūt, ſtercorum ſuorum cōmentis opplētes, quos eius olim ſerui, Prophetę atque Apoſtoli foderant. Reliquit enim po ſteris in magnis uoluminibus,

*Lecturam Sententiarum,* li.iiij. *Concluſio una propoſita hæc:*
*Quæſtiones Sententiarum,* li.iiij. *Pro introductione ſententiarum,*
*Replicationum ſuarum,* li.1. *Vtrum uolūtas creata ſit poten,*
*Placita Theologica,* li.1. *Vtrum ex puris naturalibus,*
*Determinationes,* li.1. *Vtrum ſit poſſibile Deum per,*
*De conceptione Mariæ,* li.1.
*Poſtillas Bibliorum,* li.1.
*Sermones uarios* li.1.

His longe plura compoſuiſſe dicitur, ſed iſta ſola in eorum Bibliothecis uidimus. Claruit anno Chriſti domini noſtri 1320. ſub rege Edwardo ſecundo, prefuitque multis annis Londinenſi ſui inſtituti cœnobio, in quo tandem ſepulturam ſuſcepit ſolennem.

IOannes Goldeſton, Anglus in Eboracenſi prouincia oriundus, & Carmelita quoque tandem ex ſuperſtitioſa ad uirginē Deiparā deuotione effectus, celeberrimus (ut fertur) etate ſua Pariſienſis doctor effulſit. Erat in ſcripturis, perperā & ad monachorum atque ſacerdotum queſtum intellectis, ac in philoſophia mundana non infimo loco doctus, ingenio & eloquio peracutus, atque ad perſuadendū in utranque partē idoneus. Ex Lutetia Pariſiorum demū reuerſus, utranque tam interpretatiuam quā ſcholaſticam theologiā, Oxonij pluribus annis publicitus docuit, maiori nominis fama quā auditorum fructu. Erat tamen alijs multis etatis ſue doctoribus in uerbo facundior, in ſententijs grauior, atque in ſcripturis eruditior, ut ex operibus uidi. Sed cōmune cruciantiū Locuſtarū malū in cauteriandis conſcientijs habebat. Multa profecto ſcripſit opuſcula, que ī diuerſis Anglorū Bibliothecis reperi, uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| *Quodlibeta uaria,* | *li.ij.* | *Quaertur utrū Chriſtus ſit ſimpli* |
| *Determinationes theologiae,* | *li.1.* | *Vtrū haec ſit uera. Homo factus eſt* |
| *Quaeſtiones ordinarias,* | *li.1.* | *Vtrū Idaea in diuinis pertineat,* |
| *Diſputationes ſententiarum,* | *li.1.* | *Vtrum Deus ſua ratione formali,* |
| *In Euangelium Mathei,* | *li.1.* | *Cum primo praedicaſſet Euangeliū,* |
| *Moralitates in Matheum,* | *li.1.* | *Sciendum quod triplex eſt merces,* |
| *Moralitates in Ioannem,* | *li.1.* | *Hic eſt Ioannes Euangeliſta qui,* |
| *Moralitates in pſalterium,* | *li.1.* | *Chriſtus eſt ſuper omnia, non tamē,* |
| *In Canonicam Ioannis,* | *li.1,* | *Semen ipſius in eo manet, quod,* |

*Diuiſiones*

Diuiſiones ſermonum, li.1. Ter orauit Chriſtus propter pec.
Sermones de tempore, li.1.
Sermones de ſanctis, li.1. Similis factus eſt leoni in oper.
Orationes ad clerum, li.1.
Collectanea quædam, li.1. Quid eſt homo ſecundum formam,
In magiſtrum Sententiarum, li.iiij. Vtrum uiatori manenti in uia poſ.

De ceteris eius ſcriptis, nihil hucuſque percepi. In moralitatib<sup></sup>(quę myſteriorũ ſũt locutiones) et in elechis Ariſtotelicis plus ſatis abundauit, uir alioqui ingenioſus ac doctus. Claruit anno ueręn pietatis, 1320. ſub Edwardo ſecundo Anglorum rege. inter ſuos tandem ſepultus.

GVilhelmus Alton (quem plerique de Alchono pronunciant) Anglus natione, cum adhuc adoleſcens eſſet, ſtulta ſuorum parentum deuotione, ſeu potius mera inſania, Dominicanorum ſanctionibus deuouit. Neq; in illis erat auſcultator obliuioſus, quę eorum promouent aut hypocriſim aut faſtum (ut ſunt ipſiſſima eorũ ceremonialia & dogmata Thomiſtica) ſed tam proſpero inceſſit gradu, vt inter ſolennes ordinis ſui magiſtros tãdem numeraretur. Iſtum ad aſtra euehunt Leander Bononienſis ac Petrus Vincentinus, quod impenſe Ariſtotelem coluerit, atque in uirginis Marię conceptione labem conceſſerit. Compoſuit aſſiduus ſcripturarum interpres & magiſter Pariſienſis,

Super Eccleſiaſten, li.1.
Poſtillam in Matheum, li.1.
De decem uirginibus, li.1.

Et commentarios adhuc in ſcripturam plures. Nam & declamator ſermonum popularium, non uulgaris apud ſuos iactabatur. Claruit anno a ſalutifero diuę uirginis partu. 1320.

Edwardo

Edwardo rege ſecundo Anglis imperante.

THomas Langforde, Anglus, nõ procul a Maldona in Oſtroſaxię comitatu nat⁹, inter Dominicanos Chelmeſfordienſes prima literarum elementa ad multorum interñitiones didicit. Grandior factus, Cantabrigienſem academiam adiuit, ut eſſet ad decipiendum adhuc potentior. Et creſcente indies eruditione (qualem ea tunc ętas habebat peſſima) theologicorum Rabinorum & illic aſcriptus eſt numero. Vir erat in ſcripturis Ariſtotelico ſpiritu intellectis, nõ mediocriter doctus, ingenioque & eloquio ad id promptiſſimus. A quibus non mediocriter eum quoque commendat, prędictus Leander Bononiẽſis. Opera edidit plura, pręcipue ab urbe condito ad ſuam ętatem,

*Chronicon uniuerſale,* li. 1.

*Sermones per annum,* li. 1.

Aliorum non permanet quicquam, quod apud authores uiderim. Hiſtorię ſemper eo nobis ſunt neceſſarię, quod aliorũ nobis et fortunas et caſus ob oculos ponãt. Claruit anno ab exorta pietate chriſtiana, 1320, ſub Edwardo ſecundo.

ADamus Godham, Angl⁹ natione, inter Minoritas Franciſco Seraphico dicatus, ſic ſtudijs indeſinenter proceſſit, ut Oxonij ſupremum theologicę magnificentię gradũ commeruerit tandẽ. Guilhelmum Ockam Nominalium parentem primum, magnifice contra Reales Scotiſtas, ut nouũ Serpẽtinę calliditatis compararet ſingulare ſibi nomen, illic diſputantem audiuit. Nec iferioris erat ingenij aut doctrinę (inquit in Scotorum geſtis Ioannes Maior. li. iiij. ca. xxi) quam Ockam ipſe, ſed multo modeſtioris loquelę. Ex declamationibus

nibus ac lecturis in theologia ſophiſtica publicis, magnam ſemper habebat cum opinione uulgi inter magiſtros noſtros famam. Et hos tandem emiſit fratralium ſuorum dogmatum inſipidos fructus,

*In textum Sententiarum, li.iiij.*
*Determinationes quoque, li.1.*

Et quędam alia, mihi adhuc ignota. In uarijs Anglici regni ciuitatibus hic docuit, frequentes habebat auditores, ac multos reliquit iniquę farinę diſcipulos. Claruit anno redemptionis humanę. 1320, ſub prędicto rege Edwardo ſecundo.

IOannes Canon, ſiue Canonicus cognomento, Anglus genere, Minoritarum quoque inſtituti nō modicus theologię profeſſor hac tempeſtate habebatur. Hic olim in Pariſiorum gymnaſio, Ioannis Scoti, mirifici illius Minoritarum Herculis, ueſtigia diligentiſſimus diſcipulus obſeruabat, non aliter quam ante eum frater Leo Pecorella in Aluernici montis cacumine ſeraphica Frāciſci ſui ſtigmata. In ſcripturis ac philoſophia, iuxta phytonicum ſpiritum ſui Ariſtotelis, ſubtiliter erat doctus, iuris quoque tam pontificij quā cęſarei (Tritemio teſte) non ignarus. Impudentium mendaciorum magiſter ita effectus, tota die in otio ac mendicitate concinnabat dolos. Protulit interim ex putrido pectoris ſui armariolo,

*Lecturam Sententiarum li.iiij.*
*Diſputationes ordinarias, li.1.*
*In Ariſtotelis phyſica, li.viij.*
*Quæſtiones dialectices, li.1.*
*Lecturas magiſtrales, li.1.*

Atque alia adhuc plura. Diſceptationes theatrales Pariſijs & in Anglia, mira barbarie pluribus iſte tenuit annis. Claruit



yeare ...rifable Bale

autem anno a chriſtianę pietatis origine,1320.ſub Edwardo ſecundo ſępedicto Anglorum rege.

IOannes Walſyngham, Anglus,in Nordouolcarum patria oriundus, ob inſignem utriuſque literaturę diuinę & humanę eruditionē, in gymnaſio Pariſiorũ magiſtrali decoratus infula( ſic eum depingit Tritemius ) legendo & diſputando celeberrimus effulſit. Et anno domini,M,ccc,xxvi in undecimum Anglię prōuincialem magiſtrum per ſuos Carmelitas conſtitutus, ingenio ſubtilis & acutus, parum plus biennio eos gubernabat. Sed ex Albienſi Aquitanię ſynodo generali,cum Ioanne Alerio ac Petro de Caſa,contra Guilhelmum Ockam ( qui Petri Corbarienſis defendebat tunc cauſam ) ad Ioannem,xxij.pontificem Romanum in Aueniionem,ſuper poteſtate pontificia quaminique diſputaturus, uenit. Sed non cõparuit Guilhelmus,licet peremptorie citatus,ſciens a tyrannico pontifice laqueum ſibi ob defectionē parari. Compoſuit iſte animoſus papiſtarum Achilles,in magnis uoluminibus,

*In Sententias Lombardi*, li.iiij. *Vtrum theologia ſit ſcientia*,
*Quæſtiones ordinarias*, li.1. *Vtrum relationes in diuinis*,
*Determinationes*, li.1. *Vtrum efficaci ratione poſſit*,
*Quodlibeta quoque*, li.1. *In diſputatione de quolibet*,
*In prouerbia Salomonis*, li.1. *Viam Sapientiæ monſtrabo*,
*Concluſiones uarias*, li.1. *Quod quidditas rei naturalis*,
*De curſu ſcripturæ ſacræ*, li.1.
*De eccleſiaſtica poteſtate*, li.1.
*Sermones.lx.* li.1.
*Lecturas theologiæ*, li.1.

Et plura alia,quę eius phanaticam oſtendũt doctrinam. Nõ
ſolum

ſolum erat prefato põtifici ob ingenij calliditatem acceptus, ſed & Benedicto.xij. magis, qui ipſum diu retinuit. Claruit anno ſuperius demonſtrato, apud Anglos regnante Edwardo tertio, & in Gallijs ſepelitur.

GValtherus Burley, Anglus, ſecularis (ut uocant) ſacerdos & doctor Oxoniẽſis, maximus ſui temporis habebat ſophiſta. Hic Scoti illius ſubtilis tenebrarum magiſtri, cum Guilhelmo Ockam Pariſijs olim auditor erat, & in Anglia (Nominal)
poſtmodum acerrimus impugnator, aliã adhuc adinuenerũt (Reals.)
obſcurandę ueritatis uiam hi uiri Belial, priore nõ contenti, & illam Nominalium uiam appellabant. Realium uero inuẽtum, tanquam inutile ac uanũ, reijciebant atque inſectabant ubique, ut ex eo haberentur authores noui. Ecce quo ueſanię progrediebantur tunc falſitatis magiſtri, ut Chriſti ueram & puram doctrinam uitiarent ad ſuum quęſtũ, gloriam, ac tyrãnidem. Hęc reuera ingerebant diabolica commenta, ſceleratiores ethnicis, ut ſimplices deciperent, & ne amplius ſyncere tractetur ſermo Euangelicus. De ingenij ſui puluere hic tandem excuſſit,

| | |
|---|---|
| *Commentarios Sententiarum,* | li.iiij. |
| *In Iſagogen Porphirij,* | li.1. |
| *In Cathegorias Ariſtotelis,* | li.iij. |
| *In perhiermenias,* | li.ij. |
| *Commentarios Ethicorum,* | li.x. |
| *In Logicam Scoti,* | li.1. |
| *In Elenchos & Topica,* | li.vi. |
| *In Metaphyſicam,* | li.xij. |
| *De uia modernorum,* | li.1. |
| *In Ariſtotelem de natura,* | li.iij. |

Topice. ces. [illegible] of logike [illegible] places [illegible] inuention

Topicus .ci. [illegible] to places [illegible] inuention

ſpiritũ Guidonis in ciuitatē Aleſti prope curiam papę. Hiſtoria eſt notatu digna.

GVuilhelmus Ockam, Anglus, Minoritanę factionis theologus, et Ioannis Scoti in doctrina ſcholaſtica diſcipulus, tam atrociter in illum eſt demũ debacchatus, ut omnia pene eius dicta oppugnauerit. Inuenerat iſte primum, Nominalium Sophiſtarũ uiã, Realium uię omnino aduerſariam, ut difficiliorem ad ęternam uitam introitum redderet, immo lucem omnem auferret. Veruntamen erga Ioannem. xxij. pontificē Romanum, Petri Corbarienſis cauſam defendēs, ad nihilum quaſi deduxit Papę ac pręlatorum in temporali dominio poteſtatem. Et ſancte quidem, ſi non hoc egiſſet in hominũ gratiam, pręcipue Ludouici quarti Cęſaris, & quia Petrus pręfatus Minorita quoque erat. Hanc ob rem multi (Nauclero etiam teſte) tunc confluebant papiſtarum theologi, ad Auenionem Gallię Narbonenſis urbem (inter quos antedictus Walſyngham inprimis erat) de eccleſiaſtica poteſtate aduerſus illum acriter diſputaturi. Sed ſapiēs elegit potius in aula Cęſaris, ad quem confugerat, quam in curia pontificis diſputare. Magnifice imperator (inquit) defēde me gladio, et ego defendam te uerbo. At Guilhelmus inter cętera ędidit,

| | | |
|---|---|---|
| *In Sententias Lombardi,* | *li. iiij.* | |
| *Quodlibeta magna,* | *li. 1.* | |
| *In opera Ariſtotelis,* | *li. plu.* | |
| *Quæſtiones phyſicorum,* | *li. viij.* | *Vtrum priuatio ſit aliqua res,* |
| *Dialecticam nouam,* | *li. 1.* | |
| *Compendium Theologiæ,* | *li. 1.* | |
| *De actibus hierarchicis,* | *li. 1.* | |

*De ſcientiarum ingreſſu,* li.i. *Studioſiſſime ſæpiuſque rogatus,*
*Apologiam quandam,* li.i.
*De ſacramento altaris,* li.i.
*Opus nonaginta dierum,* li.i.
*De fautoribus hæreticorum,* li.vii. *In omnibus curioſis rebus,*
*Errores Ioannis.xxii.* li.i.
*De paupertate Apoſtolorum,* li.i.
*Dialogos quoque,* li.i.

Et nonnulla alia. Hunc Dublinienſem archiepiſcopũ factũ, excommunicauit Ioannes pontifex, & magiſtrorum Pariſienſium cœtus pro hęretico magno damnauit ac ſua proſcripſit academia, exuſtis etiam libris. Poſtea tamen ab eorum Sorbona denuo eſt admiſſus pro acuto theologo. Claruit anno ſalutis humanę. 1330. ſub Edwardo tertio, in Monacenſi Bauarię cœnobio demum inter Minoritas ſepultus.

ROBERTUS Eliphat, Anglus, Minoritarum fratrum inſtituta cum operimento hiſtrionico, a poſterioribus Franciſci ſequacibus in ętate adhuc tenera ſuſcepit. Fortior ac robuſtior factus, Anglorum gymnaſia, immo Pariſium tandem in Gallijs petebat. Vbi deguſtatis utcunque Ariſtotelicę philoſophię principijs, maiora ſcholaſticarũ diſciplinarum ſtudia percurrebat, quouſque magnũ Theologię magiſterium ſit adeptus. Ex tunc Deum colere dęmoniorum legibꝰ laborabat, cũ Belial componẽs Chriſtũ, & cũ tenebris lucem. Periculoſa hęc, ex Ethnicorum corruptelis contagia, non poſſunt non inficere ad mortem. Nam & iſtos emiſit fœtidos deprauati ingenij fructus,

*Quæſtiones Sententiarum,* li.iiii. *Quæritur utrum commenſuratio,*
*Concluſiones ordinarias,* li.i.
*Lecturas Theologiæ,* li.i.

Atque

Atque huiuſcemodi adhuc alia. Eius in Sententias opus grã de (quia in immenſũ creuerat) abreuiauit Pariſijs Philippus Keyſerbele Carmelita Flandrienſis. Claruit uero, uirginei partus anno, 1330, Anglis imperante Edwardo tertio.

IOannes Baconthorpe, Anglus, a pago natalitio ſic uocatus, Nigeriẽſis cœnobij in Nordouolcarum comitatu Carmelita, talis in omni diſciplinarum genere erat, qualẽ nec ante nec poſt, ex quouis Mendicantium monachorum ſodalitio habebat Anglia. Perluſtratis primum patriç ſuç gymnaſijs, Cantabrigia uidelicet & Oxonio, Lutetiam Pariſiorum acceſſit. Ita tandem & hinc & illinc comparata multarũ ſcientiarũ copia quidem diuite, cum ſummo utriuſque iuris ac Theologiç magiſterio, non ſine magna nominis ſui celebritate, Auerroiſtarum princeps domum redijt. Vbi exactis aliquot annis, in publico ſuorum conuentu Londini, prouincialis prçſes duodecimus deſignabatur, anno domini. M. ccc. xxix. Tandem uocatus Romã, ſuper magna quadã matrimonij quçſtione, exploſus erat primum, ſed poſtea expanſis ulnis exceptus. Opus non eſt ut uariam & reconditam eius eruditionẽ, accurata hic oratione depingam, Illud enim ante nos copioſiſſime fecit Paulus Panſa, rhetor apud Italos prçſtãtiſſimus. Si Dei optimi maximi (inquit) penetralia adire ſuadet animus, nemo melius, nemo accurabilius eſſentiã eius mandauit literis. Si rerũ cauſas, ſi naturç effectus, ſi cœli uarios motus, ac elementorum contrarias qualitates diſcere exoptet quiſquam, hic ſe officinã offert. Chriſtianç religionis arma uulcanijs munitiora contra Iudços ſolus hic Reſolutus doctor miniſtranda tradidit, Meſſiç aduentũ dilucidat, Antichriſti aperit uen

turas

ẽtras fallacias, Mahumeti ſectã proſternit, Scripturę nodos ſoluit, & ęnigmata cuncta ſerenat, & cęt. Atque ut Elenchũ adponam, ſcripſit hic doctor celeberrimus,

| | | |
|---|---|---|
| *In magiſtrum Sententiarum,* | li.iiii. | *Vtrum ad habendã ſupernaturalẽ,* |
| *Compendium legis Chriſti,* | li.I. | *Et ut per omnia fides & mores,* |
| *Quæſtiones ordinarias.* | li.I. | |
| *Placita Theologica,* | li.iii: | *Vtrum ſola fide ſit tenendũ,* |
| *Determinationes,* | li.I. | |
| *In metaphyſicam Ariſtotelis,* | li.xii. | *Eſt enim mea intentio in hoc ope.* |
| *In Ethica eiuſdem,* | li.x. | *Vt dicit commentator in prologo,* |
| *In Politica quoque,* | li.viii. | |
| *In libros de Anima,* | li.iii. | *Intentio mea eſt ſecundum.* |
| *In Metheorora,* | li.iiij. | |
| *De cœlo & mundo,* | li.iiij. | |
| *De generatione & corrupt.* | li.ij. | |
| *De ſenſu & ſenſato,* | li.ij. | |
| *De memoria & reminiſcen.* | li.ii. | |
| *De ſomno & uigilia,* | li.ii. | |
| *De longitu. & breui. uitæ,* | li.ii. | |
| *In phyſica Ariſtotelis,* | li.viii. | |
| *In Elenchos eiuſdem,* | li.ii. | |
| *In Topica,* | li.iiii. | |
| *In poſteriora* | li.ii. | |
| *In priora,* | li.ii. | |
| *In perhiermenias,* | li.ii. | |
| *In prædicamenta,* | li.iii. | *Circa librum prædicamentorum,* |
| *Sophiſmata quoque,* | li.I. | |
| *De ſphera iudiciali,* | li.I. | |
| *De multiplicatione ſpecierum,* | li.I. | *Species multiplicata ad medium,* |
| *De conceptione Marie,* | li.iii. | *Nondum erant abyſſi, & ego,* |
| *Speculum Carmelitarum,* | li.I. | *In primis attende, quod beata,* |
| *In Regulam eorũdem,* | li.I. | *Cuiuſlibet religionis titulus,* |

Cõpẽdiũ

| | | |
|---|---|---|
| Compendium iurium eorūdem, | li.i. | Beatus Bernardus in quodam, |
| Tractatum de ſuo ordine, | li.i. | Omnibus Chriſti fidelibus, |
| De paupertate Chriſti, | li.i. | |
| Commentarios in Geneſim, | li.i. | Tria debent in uniuerſitate rerum, |
| Super Exodum, | li.i. | Hic incipit ſecunda pars, |
| Super Leuiticum, | li.i. | Liber iſte uocatur Hebraice, |
| Super Numeros, | li.i. | In poſtilla quam feci ſuper, |
| Super Deuteronomion, | li.i. | Hic ultimus liber diuiditur, |
| In Ioſue, | li.i. | |
| In Iudicum, | li.i. | |
| In Ruth, | li.i. | |
| In libros Regum, | li.iiij. | |
| In Paralipomenon, | li.ii. | |
| In Eſdram & Nehemiam, | li.iiii. | |
| In Tobiam, | li.i. | |
| In Iudith, | li.i. | |
| In Heſter, | li.i. | |
| In Iobum, | li.i. | Materia huius libri ante alia, |
| In Pſalterium, | li.i. | Beatus qui cuſtodit uerba pro. |
| In Prouerbia Salomonis, | li.i. | |
| In Eccleſiaſten, | li.i. | |
| In Cantica canticorum, | li.i. | |
| In librum Sapientiæ, | li.i. | |
| In Eccleſiaſticum, | li.i. | |
| Super Eſaiam, | li.i. | |
| Super Hieremiam, | li.i. | |
| In Threnos eiuſdem, | li.i. | |
| In librum Baruch, | li.i. | |
| Super Ezechielem, | li.i. | |
| Super Danielem, | li.i. | Anno tertio regni Ioachim, |
| Super Minores Prophetas, | li.xij. | |

| | | |
|---|---|---|
| Super Machabæos, | li.ij. | |
| In Euangelium Mathei, | li.I. | Dicit Apoſtolus ad Hebræos, |
| Iterum in Matheum, | li.I. | Matheus qui & Leui, ex publi. |
| In Euangelium Marci, | li.I. | Paſſio Chriſti intelligitur cum, |
| In Euangelium Lucæ, | li.I. | Hic prologus diuiditur in quat. |
| In Euangelium Ioannis, | li.I. | Ioannes Euangeliſta in hoc prolo. |
| In Paulum ad Romanos, | li.I. | Chriſtus factus eſt ei ex ſemine, |
| Ad Corinthios, | li.ij. | Oſtenſo in epiſtola ad Romanos, |
| Ad Galathas, | li.I. | In hac epiſtola ad Galathas, |
| Ad Epheſios, | li.I. | Ad intelligendum huius epiſtolæ, |
| Ad Philippenſes, | li.I. | Oſtenſo ſuperius in poſtilla quam fe. |
| Ad Coloſſenſes, | li.I. | |
| Ad Theſſalonicenſes, | li.ii. | |
| Ad Timotheum, | li.ii. | Moſes dixit, Tremebundus ſum, |
| Ad Titum, | li.I. | |
| Ad Philemonem, | li.I. | |
| Ad Hebræos, | li.I. | In epiſtola ad Hebræos probatur, |
| Rurſus in Paulum, | li.xiiij. | Ad intellectum huius epſtolæ, |
| In acta Apoſtolorum, | li.iiii. | |
| In epiſtolas Canonicas, | li.vii. | |
| In Apocalypſim Ioannis, | li.I. | Apocalypſis Ieſu Chriſti, & cæt. |
| In Auguſt. de ciui. Dei, | li.xxii | Intentio Auguſtini in libro, |
| In eundem de Trinitate, | li.xv. | Lecturus hæc quæ de Trinita. |
| In Anſelmum de incar. uerbi, | li.I. | Conceptio carnalis beatæ Ma. |
| In eundem. Cur Deus homo, | li.ii. | Prima particula qualiter origi. |
| Sermones uarios, | li.ii. | Lex Chriſtiana rationabiliter, |
| De æternitate Dei, | li.I. | |
| De fide & baptiſmo, | li.I. | |
| De dignitate eccleſiæ, | li.I. | |
| Contra Idololatriam, | li.I. | |
| Contra Iudæos, | li.I. | Vtrum in ſcriptura canonica. |

De potētijs.

De potentijs Animæ, li.i.
De perfectione iuſticiæ, li.i.
De ſanctificatione feſtiuitatum, li.i.
Compendiū chriſtianæ pietatis, li.iiii.
De aſtrorum ſcientia, li.i.
Contra artes Magicas, li.i.
In Canones pontificum, li.i.
De iuriſdictione clauſtralium, li.i.
Contra uanitates ſæculi, li.i.
An potentiæ Animæ, realitate,
Vtrum Chriſtus & Apoſtoli,
Vniuerſis preſens documentum,
Ordinauit in me charitatem,

Pręter hos legi et alios ſuarum lucubrationum titulos, ſed me moria exciderunt. Statura quidem fuit puſilla ( ut habet Ioannes Triſſa ) ſed magno ingenio atque eruditione, Bachonē'qꝫ Pariſienſes illum appellarūt. Poſt multos labores ac dies, circa annum a Chriſti natiuitate. 1346. ex hac luce migrauit, Lōdini ſub Edwardo tertio ſepultus. Si nō fuiſſet hic ſcriptor regno caliginis impeditus, multa & magna certe pręſtitiſſet, nec eo fuiſſet quicquā abſolutius. Inuenio tamen ſentētias aliquot grauiores apud illum, quam apud omnes alios eius temporis ſententiarios. Et eas quidem, ſi dominus dederit, ut fragmenta quędam pietatis colligam. Nam aliqua tūc uidit, quę pronunciare non audebat.

IOannes Thanetes, ab illa Cāntiorum inſula ( quę ad ortū ſpectat ) ſic dictus, natiōe Angl9, incœpti Benedictini monach9, & eccleſię Cātuariēſis ad fanū Seruatoris pręcentor, cęteros cōmilitones ſcientijs pręminebat. Mathematicas ſcrutatus diſciplinas, pręcipue Muſicam, nouos quoſdam ac ſęculo inauditos canendi modulos, ut Amphion alter, cōmonſtrabat, ut eo admiratiores eſſent in magna illa Idoloꝝ ſynagoga ceremonię. His putabat impijs hominū cōmentis, Deū magnifice coli, delirans monachus

qui non alia quam mutuę charitatis officia a chriſtianis petit. Et dum extitiſſet omnium in choro ductor, & ad cantiones anteſignanus, papiſticarum obſeruationum ſtudioſiſſimus, literis mandabat,

*De officiis eccleſiæ Cãtuariẽſis, li.1. Quia propter diuerſas diuerſorum,*

Et quędam alia nobis incognita. Aegyptiorum ſacra, celebritates, & pompas, pro ritibus chriſtianis habebat iſte. Et claruiſſe fert anno a Chriſto nato. 1330. ſub Edwardo tertio Anglorum rege Cantuarię tandem ſepultus.

THomas Spottey, Anglus, Benedictinenſis familię ad Fanum Auguſtini, Cantuarienſis quoque monachus, uarijs diſciplinis excellens, in eo uiuẽdi inſtituto a puero fere ſe exercuit. Sed qualia interim in ſuo monaſterio, in quo tot papiſticorũ diuorũ cadauera a terris eleuantur, deificãtur, ac uenerãtur, obiuerit munera, in Chronicis non inuenio ſcriptũ. Hoc ſolum reperio, quod inter otia literaria, ſuę ciuitatis & duorũ inibi magnificorũ cœnobiorũ, diligentiſſimo ſtudio celebria facta collegerit. Quod & ſuo nomini immortalitatis (ut dicere ſolent) peperit memoriam. Sic inter alia doctrinę ſuę ueſtigia, conſcripſiſſe dicitur, ac poſteris reliquiſſe,

*Chronica Cantuariorum, li.1.*

Ferũtur & alia, ſed tituli nunc deſũt. Tanquã incertus adhuc quo tempore aut ſub quo rege claruerit, hunc ipſi deſignaui locum, poſt pręfatum Ioannẽ ſuę factionis atque urbis municipẽ, donec uenerit qui ei dicat, Aſcende uel deſcende.

GVilhelmus Thorney, Anglus, Benedicti methodũ profeſſus, etiam ad Auguſtini fanum in urbe Cantuarienſi monachum egit. In hiſtoria perſcrutanda, magnam eſſe utilitatẽ diſcernẽs, quod eius carere

luce,

luce, nulla uitę pars commode poſſit, ad ipſius ſtudia auidũ applicuit animum, Vnde ex frequenti authorum lectione, delectũ rerum habens, ut fidelis alũnus, ad ſuam ſe tandẽ conuertit ciuitatem, ut & eius monumenta illuſtria literis ad poſterorum futuram cõmendaret noticiam. Quod in fine non ſegniter fecit, licet non ſine manifeſtiſſimis impoſturis, ex neglecto in tanto gentilium philoſophorũ tumultu, Dei uerbo, Conſcripſit enim, ut ſe non fruſtra uixiſſe teſtaretur,

*Quorũdam diuorum uitas,* li. plu.

Cętera eius ſcripta, nullus hiſtoricorum cõmemorat. Hanc ſtatę quietis ſedem, uicinitatis iure, ſibi uẽdicare poterit, poſt pręcedentem Thomam, cum ſit eiuſdem urbis, profeſſionis, & cœnobij filius, donec uenerit qui utrũque ſubmoueat.

RIcardus Clapole, Anglus, Dominicani propoſiti obſeruator nõ deſidioſus, diu in diuerſis Anglię ſtudijs, ſed particularibus quidem, triuialia, quadriuialia, logicalia, & phyſicalia uarijs ſub pręceptoribus conſectabatur. Sacris demum initiatus, & magnorum obiurgatorię theologię magiſtrorum aſcriptus numero, eandem facultatem magnifice & cum papiſtarũ applauſu docuit. Tam in declamandis ad plebem ſermonibus, quam in diſceptationibus ſcholaſticis, impudentem ſemper, iuxta ſuum genus, induebat faciem. Et non contentus ſimplicitate ſcripturę diuinę, ab Aegiptijs tendiculas quęſiuit, ut incautos caute deciperet. Ex Ariſtotele Hęreticorũ patriarcha, uertiginis ſeu peruerſitatis ſpiritũ immiſit in multos. Fertur ingenij ſui prodigioſi uaria reliquiſſe opuſcula, ſaltem,

*Commentarios Sententiarum,* li. iiii.
*Aduerſus corruptoriũ Thomæ,* li. I.
*De unitate formarum* li. I.

*De immediata Dei uiſione,* li.1.
*Quæſtiones Theologiæ,* li.1.

De cęteris nihil reperi,quãuis plura protulerit. Claruit anno a redẽptionis noſtrę initio.1330.ſub Edwardo tertio Anglorum rege. Veritatem diuini uerbi, ab alio non ęſtimabat iſte cum ſui ſimilibus,quam ab inani paganorum philoſophia.

neuer man beinge xpian wrote mo malicioushe

Galfridus Alyeuaunt, Anglus, in Eboracęſi patria natus,pro Dei timore atque aliarũ uirtutũ officijs,ignauorum parentũ ſocordia,Romani Sodomiſmi fęces et idololatricos cultus, ex profeſſo Carmelitarũ inſtituto guſtauit. Tãtos iſte fecit ĩ impijs hominũ ſine Dei uerbo doctrinis progreſſ⁹,ut magnus apud Oxonienſes,in eorum Babilone Rabinus haberetur. Vehementer ipſis diebus turgeſcere cœpit & illud exiliũ Locuſtarum genus,ſub cãdida ueſte nigerrimum, creuerũtq; cum Dominicanis & Frãciſcanis in caballos ferociſſimos. Nã prȩter epiſcopos,quos in Anglia tunc plures habebãt,Ricardum Northall archiprȩſulẽ Dublinienſem,ac Ricardũ Quye epiſcopum Clouenſem ad Hibernos,& Stephanum Browne epiſcopum Roſſenſem ad Scotos,cũ regijs diplomatibus miſerunt. Impoſtricis doctrinȩ teſtimonia, in diuerſis Anglorũ Bibliothecis hic plura reliquit,

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | li.iiij. | *Sol lucet in uirtute ſua,* | |
| *Commentarios in Lucam,* | li.1. | *Quomodo fiet iſtud? quo.* | |
| *Tabulam originaliũ.* | li.1. | *Abimelech. Auguſtinus de nupt.* | |
| *Sermones ad populum,* | li.1. | | |

Alia eius ſcripta nullibi inueniuntur. Claruit anno poſt natũ Seruatorem.1340. Anglis imperante Edwardo tertio. Per iſtũ & conſimiles,qui ſcripturas a natiuo deprauabant ſenſu,miſit

Deus

Deus ingratis hominibus, operationes errorum, ut ad ſuam perniciem mendacijs crederent.

Robertus Cowton, Anglus, Franciſcanorum incepti, ex uoto ſeruator a iuuentute precipuus, non uulgaris doctrinę ſūmiſtes inter ſuos apparebat cōmilitones, Oxonij plurimū inſūpſit laboris literarij, quo inſigne domum reportaret nomen, ſed Pariſijs multo magis. Ibi enim magiſterium adeptus theologicum, in ſcholaſticarū diſceptationum certamine, probatiſſimos fere ſuperabat, ut eius ordinis hiſtorici ſcribunt. Quamuis non ſit maior peſtis, quam diuinas ſcripturas ita ſubijcere odioſis ſophiſtarum cōtentionibus, Paganorū philoſophiam, Tertullianus Afer, omnium errorum fomitem uocat, & eorum philoſophos, etiā Ariſtotelem, hęreticorum patriarchas. Non ſunt tamen ueriti, hi magni Pharaonis pharmacopolę, multis ad interniciē hoc toxicum parare. Has mortiferas potiones ex tabida officina, pro ſalutiferis & iſte propinabat.

*Quæſtiones Sententiarum*, li. iiij.
*Quodlibeta ſcholaſtica*, li. 1.
*Diſceptationes magiſtrales* li. 1.

Alia nō recolo me uidiſſe, quamuis plura adhuc edidiſſe dicatur. Claruit anno ab incarnato Meſſia, 1340. ſub rege Edwardo tertio. Iſtum ſolebant plerique ſcriptores in teſtem aduocare precipuum, quod Maria originalem in conceptione contraxerit maculam.

Summa ...
A peireso... realm... + theise

Thomas de Hales, Anglus, ex Minoritarū gńe quoque potētiſſimus Paleſtrites, hac tēpeſtate prodijt, Ariſtotelicis magnopere munitus clypeis. In Theologia ſophiſtica doctor hic erat apud *Pariſiēſes, atq; diſceptationi-*

bus

bus Sorbonicis non abſque ſtomacho ſatrapa. Pro non infi- mo authore, quod Maria in conceptione ſorduerit, & iſtum cũ prȩfato Roberto introducit in ſuis collectionibus Petrus Vincẽtinus. Multa peregrinarum doctrinarum portenta cõ- cionib' & ſcriptis ingerebat, ut pro idololatrico papȩ regno, cȩremonias, indulgentias, reliquias, miracula, miſſarum nũ- dinas, flãmas ex antro Patricij, atque horribiles ſpirituum ap paritiones defenderet. Quȩdam & ipſe eructabat, inueterati ingenij Apoſtemata, ſcilicet,

*Diſputationes ſcholaſticas,* li. 1.
*Sermones dominicales,* li. 1.
*Vitam beatæ uirginis,* li. 1.

Si quȩ alia ſcripſerit, apud eius ordinis hiſtoricos manent, e- go hos ſolos uidi, librorum ſuorum titulos. Claruiſſe uero fertur, anno a Chriſti natiuitate, 1340. ſub Edwardo tertio An- glorum rege, ſed ubi obierit, neſcitur.

RAnulphus Hygeden, ex Occidentali Angliꝗ regni patria oriundus, in Ceſtrienſis ciuitatis cœnobio ad diuam Werburgam, perpetuis ſe Benedictinorum monachorum contradidit in- ſtitutis. Literis apud eos diuinis & humanis, tã clarus euaſit, ut inter ſuȩ ȩtatis prȩcipuos earum cultores cõ numeraretur. Prouocatus tandem illorum exemplo, qui ter rarum ſuarũ heroes mũdo depinxerint, occaſionem eſt quo- que nactus, Britannicȩ huius inſulȩ, a mũdi initio ad ſua uſq; tempora, hiſtoriã texere, ſeruata ab Abrahã marginali anno- rũ ſupputatione. Ingenueque fatetur, quod non aliter in hoc ſuo labore fecerit, quam fidelis illa Ruth Moabitis, quȩ meſ- ſorum ſequẽs ueſtigia, ſpicas collegerit. Et tam egregie ope- ram in eo nauabat ſuam, ut a peritis noſtrȩ ȩtatis ſcriptorib'.

Polydoro

Polydoro pręcipue, egregius hiſtoricus famaretur. Edidit tandem nobile opus, iuxta dierum ac mundi ętatum numerum, uidelicet,

*Polychronicon,* li.vij.
*Abbreuiationes aliorum,* li.1.
*Ex Stephano Langton,* li.1.

De cęteris eius opuſculis, nihil hucuſq; percepi. Polychronici opus a prima mũdi plaſmatione, ad.xvi. Edwardi tertij Anglorum regis annum fideli narratione protraxit, ut tam in ſecunda pręfatione quã in operis calce prodit. Et ille erat ab incarnato Meſſia, 1342, in quo ſenex claruiſſe fertur ſub eodem Edwardo rege.

HEnricus Bradſhaw, Anglus, eiuſdem Ceſtrienſis urbis ad limites Cambrię, atque ſolẽnis monaſterij ad diuam Werburgã Benedictinus monachus, ab ipſa adoleſcẽtia literas amauit. Profecit in artibus liberalib⁹, adeo, ut aliorũ eſſet per eas partes eruditor non infimus. Hiſtoriarũ ſtudio magnopere deditus erat, quod in illis uidiſſet omnium fortunarũ & infortuniorum ad ſapientiam exempla. Perrexitq; in illis donec eſſet ex perquiſitore artifex inuentus, ac utinam abſque impoſturis. quod nullibi tunc fiebat. De antiquitate & magnificentia ſuę urbis plura fuſiſſime narrauit, ſicut & fecit Ranulphus. Congeſſitque tandem latino ſermone,

*Vitam Werburgę uirginis,* li.1.

De cęteris eius ſcriptis, adhuc nihil reperi, quamuis alia feratur edidiſſe. Ranulpho Hygedeno collegã hunc conſtitui, dubitans ex authorum penuria, ſub quo rege claruerit, aut quis ſit eius proprius locus.

HVgo Vyrley, Anglus, Nordouicenſis cœnobij Carmelita, uir nõ omnino obſcurus, ſed ameniſſimi ingenij, ac longe ultra quã ętas illa dabat, bonarũ literarũ ſtudioſ⁹ ex ſcriptis apparuit. Verũtamẽ hoc unũ in eo deplorãdũ occurrit, q̃d uir alioqui ſyncer⁹ et prob⁹, doctrinã ſuã ſophiſtica illa Theologia ignominioſe cõſpurcarit. In ſũmis enim ac frequẽtib⁹ habebat delicijs Pliniũ, Ioſephũ, Iuſtinũ, Trogũ Põpeiũ, Herodotũ, Quintilianũ, Aulũ Gelliũ, Suetoniũ, Valeriũ maximũ, Methodiũ, Hilariũ, Auguſtinũ, Iſidorũ, Eutropiũ, Paulũ Diaconũ, Petrũ Cõmeſtorẽ, Ioãnẽ Sareſburiũ, Martinũ Romanũ, Bartholomeũ Anglum, Ranulphum Ceſtrienſem, atque alios ea tempeſtate rariſſimos authores. Ex quibus omnibus, ſingulari memoria dignum opus collegit aptiſſimis imaginibus ornatum, uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| *Figuras hiſtoriarum,* | li. 1. | *Literalis ſcripturæ ſenſus, eſt prin:* |
| *Commentarios in Matheum,* | li. 1. | *Geſta ſpectabilia celeriter a memo.* |
| *Collationes. xviij.* | li. 1. | *Reminiſcamini, quia ego dixi uobis,* |
| *Determinationes. xcvi.* | li. 1. | *Ignorantia an fuerit cauſa peccati,* |
| *Quæſtiones ordinarias,* | li. 1. | *Vtrum ſolis Dei amicis cõferatur do.* |
| *Placita Theologica,* | li. 1. | *Quærebatur inter cætera in diſpu.* |
| *Lectiones ſcripturarum,* | li. 1. | |
| *Sermones uarios,* | li. 1. | |

Et alia plęraque uolumina edidit. Oxonij claruit doctor, ãno uirginei partus. 1344. & Romanę theologię prelector publicus habebatur, non ſine magno auditorũ ſuorum applauſu, fœliciter apud Anglos regnante Edwardo tertio.

IOannes Gualenſis, Anglus & ipſe, cognomento Iunior (an ſenioris fuerit filius, ex hęreditario cog nomine neſcio) Minorita quoq; erat, ac nõ modice

apud eos

apud eos ob uaſritię ęſtimatus, Oxonij poſt imbibita ſophiſtarum dogmata, ingenio magnificus habebatur, ſumptiſque doctoratus ſui inſignijs, ad certum tempus publicis eorũ pręfuit lectionibus. Os habens eloquio mellito delibutũ, item amaritudinis dolo plenum, neminẽ ſerio ad pietatem docuit. Sed artificioſis dialecticorum retibus iniectis, falſorũ dogmatum eſcis, pro atrociſſimo regni Dei hoſte papa, multos perniciose decepit. Vnde ad nullum reipublicę chriſtianę commodum, friuolo tandem labore protulit,

*Lecturam Sententiarum,* *li.iiij.*
*Diſceptationes ſcholaſticas,* *li.i.*

Atque eiuſdem farinę alia nonnulla. Non clariora his fęcibus ſua reddidit tempora (ut de ipſo ſcribit Iacobus Bergomas) ſed longe obſcuriora ac infœliciora. Ita ut ex illis & ſimilibus, niger effectus ſit ſol tanquã ſaccus cilicinus Apoca. 6.

GVilhelmus Delamara, Anglus, Minoritanę factionis etiam artiſta, & Oxonienſis gymnaſij magiſter non infimus, ridicula ſomnia ſub ſpecioſo Theologiæ titulo, in medium proferre non diſtulit. Laborabat iſte apud homines ingenio ſimplices, Euangelij gloriã, impijs humanorũ operũ dogmatib⁹ obſcurare quoq;, ut eo citi⁹ Luna (quę eccleſiã deſignat) ſit tota ut ſanguis, ſeu carnalis effecta, ne Chriſti ſeruatoris poſſideat regnum. Bonauenturę Cardinalis doctrinã mendacem, quod Franciſcanus eſſet, pre cęteris omnibus ſublimauit, ut homines ab ea ſola, neglecto Aquinate, pro recta ſcripturarum intellectione penderent. Ita ſępenumero inuicẽ mordebant Locuſtę. Conflauitque demum hęc ſcripta,

*Super Sententias,* *li.iiij.*

*Quodlibeta ſophiſtica,* li.1.
*Correctorium Thomæ,* li.1.
*Additiones ad Bonauenturam,* li.1.
*Lecturas ſcholaſticas,* li.1.

Et adhuc alia id genus portenta. Magnus erat Aquinatis Thomę, lõge poſt eius mortem aduerſarius. ſpinoſis ſui Scoti dogmatibus magis adhęrens. Claruit anno a Chriſti ſeruatoris ortu, 1340. ſub rege Edwardo tertio.

BRenlanlius cognomento Britannus, genere tamen Anglus, ac Ioãnes Caton, et ipſe ſimiliter Angl9. ob uariam atque reconditam eruditionẽ, a pleriſq; bonis autoribus commemorantur ac laudantur. Pręſertim a Ioanne Pico Mirandulano comite in libro. xii. aduerſus Aſtrologos. Hi (inquit) aſtrologiam, non ſolum qua parte religionem lędit chriſtianã, ſed plane totam ut omnino uanam et falſã deteſtabãtur, Illorumque opinioni ſubſcribit Agrippa, qui dicit Aſtrologiam nihil habere, quam meras poetarum nugas et fabulas, portentoſaque figmenta. Aſſumptis calamis, ingenioſe ac docte iſti ſcripſerunt aduerſus execrabiles,

*Aſtrologorum prænotiones,* li. plu.

De cęteris eorum ſcriptis, nulla ſuperſunt (quę uiderim) apud authores monumenta. Validiſſimis argumentis hi probant, iudiciarias illas ſuperſtitiones, non hominum ſed malorum potius dęmonum fuiſſe inuenta. His etiã dieb9 claruiſſe putantur.

IOãnes Teukeſbery, ex ea (ut apparet) procreat9 Anglorum patria, quę ad Occidentem eſt, diocoeſi uero Wigorniẽſi, Oxonij peregrinas artes tenera ętate a ſophiſtis ſophiſta didicit. His ſycophantijs

ſeu

ſeu mendaciorũ fallacijs inſtructi nebulones, quæcunque tũc falſa,uel reipſa impoſſibilia omnino erãt,facile eſſe uerisſima cõuincere nitebantur,ut ſic ueritas chriſtiana,cum uellent,oppreſſa et extincta iaceret, Omnia hæreticorum dogmata (inquit Hieronymus) ſedem ſibi et requiem inter hęc Ariſtotelis & Chriſippi ſpineta reperiũt, Compoſuit artifex iſte ac magiſter impietatis,

*Sophiſmatum Elenchos* li.1.
*De raritate et denſitate,* li.1.
*De alterationibus,* li.1. *Vniformiter continue uariari,*
*Suppoſitiones quoque,* li,1.
*Opus Chiromantie* li.1.

Ac eiuſmodi plura adhuc alia,Nil magis uidẽt hę diſciplinæ tradere, quã egregie ineptire, aut ex induſtria ſubdolis uerborum cauillationibus errare, Claruit uaniloquus iſte anno domini. 1350, ſub Edwardo tertio,

MAtthęus Florilegus, Anglus, a collectis chronicorum floribus cognomen illud ſortitus, ſcriptor ętate ſua non inelegans, egregiam profectoin ea functione nauabat operam, Vir erat ſuo ſęculo in omni genere bonarum literarum plane eruditus,et quantũ ad hiſtoriam,in recta annorum ſupputatione ſingularis, Cõſultis enim plerіſque autoribus,qui res Anglicas deſcripſere,alios regum tempora obticere uidit, alios preterire rerũ inſigniter geſtarũ ętates,& omnes fere in calculationibus inuicem diſcrepare,quod in eo ſcribendi genere terribilem adfert incommoditatem. Ad aptiſſimam igitur temporum & annorum lineam,a Chriſti natiuitate uſque ad annum eius. 1342, laborioſo ſtudio annales perduxit, regum atque pontificum metropolitanorum initia connotans ac fines, Opuſq;

illud ſuum aptiſſime prętitulauit,

*Flores hiſtoriarum.* li.1. *Temporum ſummam lineam,*

Aliaque illum edidiſſe opuſcula,ex ſtylo facile crederem. Claruiſſe autem uidetur,anno aſſumptę per Chriſtũ humanitatis.1350.ſub Edwardo tertio Anglorum rege fortunatiſſimo.In cuius.xvi.anno pręfatum opus cum Ranulpho fœliciter finiuit.

MAttheus Pariſius, Anglus,ad fanum diui Albani (quod olim Verolamium dicebatur) Benedictinus monachus, liberalibus literis ab infantia eruditus,ad hiſtorię commoditatem plęraque etiam contulit. Exquiſita enim diligentia ueterum chronographorum ſcripta percurrens, pręſtantiora omnia,commodiſſimo ſeruato ordine ſelegit.Atque ex uaſtiſſimo pelago,in lympidiſſimos compendio riuos deduxit, ut lectores longo inquirendi labore leuaret.Ob eximias ingenij & animi dotes,in uita acceptus erat,ſed poſt mortẽ ob elucubrationes eruditas magis.Nã & eius autoritati ſe plurimum fauere,teſtatur Ioannes Lelãdus in Arthurij ſui aſſertione.Congeſſit dilucida breuitate,quę ex longa lectione & experimento didicit,operibuſque prębfexit titulos.

*Antiquitates fani Albani,* li.1.

*Geſta Anglorum quoque,* li.1.

Et alia nõnulla,quãuis mihi adhuc ignota.Propter nominis ac ſtudij idemtitatem (ut uocant) in utroque,hos duos una collocaui,admonitus interim uarijs coniecturis, unum ab altero in ętatum reſpectu non multum diſtare.

Ioannes

IOãnes Poleſtede, Sudouolcas, Anglus, in Carmelitana familia ad Gippeſwicum contubernalis conſors effectus, bonam ętatis partem prophanis Ethnicorum ſtudijs iuxta temporis morem tranſigebat. Oxonij tandem ſophiſticę Theologię adeptus diadema, ex pręguſtatis ſordibus Ariſtotelicis, omnem ueritatis uiam ſophiſta corrumpebat. Adeo tamen interim ſuę complacuit ſectę ut omnium eorum eſſet in Anglia, anno domini. M. ccc. xxxv. prouincialis paſtor. xiiij. conſtitutus. Ita ex illis Paleſtinorum paſtoribus erat (nam Carmelus in Iudęa uerſus Aegyptum eſt) qui in Gerar cum Iſaac ſunt rixati, Gene. 26. Obturauit certe prauis dogmatibus, fontes purę doctrinę & gratię Euangelicę puriſſimos. Et opuſcula hęc magiſterij ſui tempore congeſſit,

| | | |
|---|---|---|
| *Cõmentarios Sententiarum,* | *li. iiij.* | |
| *In Ariſtotelis Phyſica,* | *li. viij.* | *Conſyderatio philoſophi in hoc,* |
| *Conciones per annum,* | *li. I.* | *Dicite filiæ Syon, ecce rex,* |
| *Super Auguſtinum indices,* | *li. I.* | *Amat mortem qui præcepta,* |
| *Epiſtolas ad diuerſos,* | *li. I.* | *Omnibus Chriſti fidelibus,* |
| *Viſitationum dictata,* | *li. I.* | |

Feruntur & alia, ſed nondum uiſa. Septimo regiminis ſui anno, naturę iura perſoluit, anno Seruatoris noſtri Ieſu. 1341. & quarto idus octobris, Eboraci in ſuo cœnobio, ſplẽdenti marmore tectus, regnante Edwardo tertio.

IOãnes Folſhã, Nordouolcas, Angl⁹, Carmelitani quoq; ſodalitij uotarius, in ęde eorũ Nordouicẽſi Ariſtotelice primũ philoſophari didicit. Commigrans inde Cantabrigiam, poſt aliquot annos deguſtatis ſcripturarũ corticib⁹, fit diſceptatoriæ theologię doctor non infimus, cãdida ſuis ſyllogiſmis probe

probe ſciēs in atra uertere, & homines in Aſellos. Vnde poſt ſublatum uita Poleſtedum antedictum, ex ſynodali omnium decreto, in eius prȩfectura .xv. ſucceſſit. Etiā iſte litigans Paleſtinorum paſtor, in Abrahȩ puteos aridȩ doctrinȩ harenam iniecit. Theologia ſcholaſtica (inquit Lutherus) plane degenerauit in philoſophiam quandam, quȩ nullam ueram Dei cognitionem habet. Opera ſequentia edidit, ut ſaltē poſteris ingenij fertilitatem talem qualem demonſtraret,

| | | |
|---|---|---|
| *Iſagogen Metaphyſices,* | li.1. | *Omnes homines naturaliter ſcire,* |
| *Quæſtiones Theologiæ,* | li.1. | *In præſenti quæſtione quæram,* |
| *Moralitates rerum,* | li.1. | *Triplex eſt eſſe rerum, quædam,* |
| *De arte prædicandi,* | li.1. | *Sciendū quod a themate inchoan.* |
| *De matrimonio,* | li.1. | *Vtrum matrimonium ſit de iure,* |
| *Flores ex Chryſoſtomo,* | li.1. | *Quod pſalmus quinquageſimus,* |
| *Collationes per annum,* | li.1. | *Immenſi uinculo debiti con.* |
| *In Anſelmum indices,* | li.1. | *Abſentia boni nihil eſt aliud,* |

Feruntur & eius in quoſdam Salomonis libros commentarij ſolennes, ſed eos (quia titulis carebant) non appoſui. Poſt ſextum prȩpoſiturȩ ſuȩ annum, Nordouici in ſuo cœnobio fūctus eſt uita, anno uerȩ pietatis 1348. & decimo octauo die Aprilis, ſub eodem Edwardo rege.

RObertus Eboracēſis, in ea ad Septētrionē Anglorū ſatrapia natus, ut ſub religionis fuco mūdū egregie demētaret, Dominicanorū fratrum ordinē intrauit. Nempe ipſi erant, quos propheta Sophonias, ueſte peregrina indutos dicebat, qui arroganter ingrediebantur ſuper limen in die illa, & implebant domum domini Dei ſui iniquitate & dolo. Inter hos Robertus poſt Ariſtotelica ſtudia, nefarias ſeu maleficas artes, Goetiam ac Theurgiam, cum experimentis Necromāticis

profūde

profũde didicit. Et ut habet Henricus Cornelius Agrippa, tam in libro de ſcientiarũ uanitate quam in epiſtola ad Triſtemium abbatem ſuper occulta philpſophia, Cum ſe Magiã tradere pollicetur, non niſi deliramenta, ſuperſtitiones, et meras nugas preſtitit. Effutiuit enim,

*De Magia cæremoniali,* li. I.
*Correctorium Alchimiæ,* li. I. *Cũ õnis rerũ emẽdatio illius,*
*De myſterys ſecretorum,* li. I.

Et quędam alia. Circa hæc tempora claruiſſe putatur hic preſtigiator qui ſuppreſſo nomine recto, ſub fratris perſcrutatoris titulo, libros ſuos uulgabat. Dubitantes igitur de nomine, alij Ricardum, alij Robertum eum uocant.

HVgo de Ductona, Anglus natione, Dominicanorum quoq; inſtituti (quos prędicatores hiſtorici uocant) ſummiſta ac tandem Theologus doctor, non uulgariter apud eos reſplenduit. Illum ingenti præditum literatura, Leander Bononienſis in quarto illuſtrium uirorum libro affirmat, et quod magna cum laude Anglicanam olim prouinciam uniuerſaliter rexerit, ſuorum fratrum pręſes. Totis hic niſibus laborabat, ut aperta eſſẽt (cõtra id quod pręcabatur Heſter) iniquarum gentiũ ora, ut in ſuperſtitione laudarent idolorũ fortitudinem, ac prædicarent carnalẽ regem, Antichriſtum papam, in ſempiternum. Et ediſſe ob id hęc pauca memoratur, ac poſteris ad futuram cõmunicaſſe lectionem,

*Scholaſtica certamina,* li. I.
*Lecturas Theologiæ,* li. I.
*Conciones uulgares,* li. I.

Et hęc ſola ſunt ex eius opuſculis, quę apud autores ãnotata, legimus. Quam parum iſta in rem chriſtianam conducant,

nullus fere eſt qui ignorat, Claruit anno ſalutis humanę, 1350. ſub pręfato rege Edwardo.

Ioannes Olney, Anglus, ex quadam inſula parua ſic nuncupata oriundus prope Gloceſtriã, Carthuſiẽſis ſectę monachatum a uirili ætate percoluit. Ex illis erat quãimpie pijs ac ſuperſtitioſe deuotis, qui pro ſanctorũ miraculis, prodigioſa quęque mendacia uertunt in hiſtoriam, ac ſimplicioribus Delphici oraculi loco credenda proponunt. Hypocritarum natura eſt, ſimulare uarios dei cultus, et interim deſtruere puram illam in ſpiritu et ueritate adorationem, Atque ita ab ipſis mutatur uera Dei gloria, in uitulos aureos Ieroboam. Hic certe inter cęteras monaſterialis otij inutiles occupatiões, ex diuerſis ſuarum ſuperſtitionum autoribus in aceruum collegit,

*Miraculorum diuæ Mariæ* li. v.
*Meditationes ſolitarias.* li. 1.

Cum plęriſque alijs id genus deliramentis. Quis periculoſa hęc fuiſſe tempora nõ iudicat? dum chriſtianę doctrinę loco regnarint tam execrabiles impoſturę. Claruit autem anno a Chriſti natiuitate, 1350. ſub ãtecicto rege Edwardo.

Benedictus Icenus, Cardicenſis epiſcopus, Anglus natione, et ordine (ut uocant) Eremita diui Auguſtini, tam ualebat diſertæ linguę beneficio, ac uaria ſcientiarũ ſupellectile, ut multos ſui temporis Theologos, Theologus et ipſe anteiret. Nam et illius ad uulgum declamationes tam arridebant Antonio epiſcopo Nordouicenſi, ut eum prę alijs omnibus in ſuffraganeũ. ſeu ſuę potius functionis ſocium admiſerit. Pauciſſimos ad iſtum uſque, Auguſtinianorum fratrum ſcriptores ob id ſolum reperi, quod

rarius

varius eorum uiſitauerim Bibliothecas. Reliquit uero,ut ex ſuis quoque laboribus emolumenti aliquid ad poſteros tãdem manaret,

| | |
|---|---|
| *Sermones per annum,* | *li.1.* |
| *Epiſtolas hortatorias.* | *li.1.* |

Fuerũt et alia quę edidit,quorum tituli modo non occurrũt. Claruit enim,ſed non immunis a temporis ſui contagijs ,anno a redemptionis noſtrę initio,1340,ſub Edwardo tertio Anglorum rege,Nordouicique ſepelitur,

IOannes de Sãcta Fide,Anglus,apud Nordouolgios oriundus ,et in Burnehamienſi Carmelitarũ collegio cœnobiarcha , preclaris animi corporisque dotibus, ſi ſyncerus adfuiſſet ueritatis amor, reſplenduit, In ſacrarum ſcripturarũ lectione,ac uulgãdis ad plebem concionibus,facundus pro ætate erat,ut abunde teſtantur (qui adhuc ſuperſunt )editi ab eo tã cõmentarij quã ſermones. Nec ſophiſtarum dogmata magni faciebat,quum Oxonij adeſſet Theologicę paleſtrę magiſter. Plus ęquo tribuit tamen,Romani Antichriſti decretis ac decretalib⁹,illorũ utcũq; perit⁹. Et ſic Paleſtin⁹ ille,puriſſimos Abrahę puteos adhuc cõtaminauit. Ad poſteritatis memoriã hæc (quæ ſequuntur( ſyntagmata reliquit,

| | | |
|---|---|---|
| *Gloſſemata in Ioannem,* | *li,1.* | *Cũ iam de prologo mẽtionem,* |
| *Encomion eiuſdẽ Ioannis,* | *li.1.* | *Chariſſimi doctores et ſacrarũ,* |
| *Prædictorũ indices,* | *li.1.* | *Abimelech prælatus malus eſt,* |
| *In Canonicam Ioannis,* | *li.1.* | *Sicut dicit Apoſtolus Paulus,* |
| *Directorium eiuſdem,* | *li.1.* | *Accuſare peccatorem ſolet,* |
| *Collationes ſcripturarum,* | *li.1.* | *Sufficit tibi gratia mea,* |
| *In Euangeliũ Matthæi.* | *li.1.* | *Liber generationis et cæt.* |
| *Super eodem indices,* | *li.1.* | *Adorare Chriſtũ uenerunt,* |

*Tabulam iuris,* li.1.
*Concordantias Thome,* li.1.
*Loca cõtrarietatũ,* li.1.
*Sermones de tẽpore,* li.1.
*Sermones de ſanctis,* li.1.
*Quæſtiones diſputatas,* li.1.
*Alma mater eccleſia iure.*
*Abſtinentia, ſecũda ſecũdæ,*
*Venerabilis doctor Beda,*
*Veritas de terra orta eſt.*

Ac multa alia, quorum cenſura penes operum ſuorum lectores manebit. Burnehamię tandẽ poſt fata quieuit, uir nõ omni ex parte negligendus, anno chriſtianę pietatis.1359.&.xviij. die Septembris, ſępedicti regis Edwardi tempore.

THomas Stubbes (ſic eum appellat Leander Bononienſis) genere quidem Anglus, ac profeſſione Dominicanus, Theologię papiſticę pręceptor apud ſuos nõ incelebris iactitabatur. Ex ſuo tam Ariſtotele quam Aquinate, plura in gymnaſijs problemata dubia, pro onerãdis hominũ conſcientijs reliquit. Et ut obſtrueret ora laudantium dominũ, cautelas adinuenit quamplurimas. Putabat diuina oracula, ut ea quę ad naturę ſpectant uſum, humanis egere adiumẽtis, nec ſolo Dei ſpiritu regi. Hinc eſt, quod cum ſacris ſcripturis, ſuas admiſcuerit ineptias & execrabilia ſomniorũ phantaſmata. Cõpoſuit ad regni papiſtici commoditatem,

*De conſtitutis eccleſiæ,* li.1.
*Aduerſus impugnantes eadem,* li.1.
*De ſtipendijs miniſtrorum,* li.1.
*Perfectionem uitæ ſolitariæ,* li.1.
*De arte moriendi,* li.1.

Atque alia huius generis non pauca. Si non pro papa plus ſatis ſuo ſenſu abundaſſet hic ſcriptor, ſicut & ceteri eiuſdem farinę cõmilitones, fuiſſẽt librorũ argumẽta ſatis pia. Claruiſ-

ſe fert

ſe fertur anno a Chriſto nato.1350. ſub eodẽ Edwardo rege.

ROBERTUS Worſop, Anglus, ex Eboracẽſi patria natus, atque in Ticullienſi eiuſdem diocœſeos Auguſtinianorum fratrum cœnobio educatus, ob utriuſque literaturę, diuinę ſcilicet & humanę (ut uocant) peritiam, habebatur acceptus. Quippe poſt papiſtici doctoratus inſignia, ad epiſcopatus apicem euectus, nonnũquam prędicabat, ac ſerpentinũ uirus ex profanis comparatum ſtudijs, effudit in uulgum. Pro miſere cruciandis hominum conſcientijs, nata primum fuit & hęc quoque tenuium locuſtarum ſecta, ut ex inutilibus illorũ ſcriptis apparet. Nam ex quatuor Angelis erat, qui curſum diuini uerbi in uniuerſo prępediuit mundo, Apoca. 7. Opera uero hęc pauca, Robertus tandem edidiſſe fertur,

*Introitum Sententiarum,* li. 1.
*Scholaſticas quæſtiones,* li. 1.
*Sermones populares,* li. 1.

Aliud quicquam ſi emiſerit, eiuſdẽ eſt farinę. Nil niſi Chimeras fere, reboabat hęc ętas infœlix, ut in monſtra uerteret homines. Claruit anno a Chriſti incarnatione, 1350. ſub ſępedicto Edwardo, Ticullię demum ſepultus.

IOANNES Eſtwode, uel (ut habent exemplaria nonnulla) de Aſhenden, Anglus natione, uir in ſecularibus literis omniũ ſui temporis (Tritemio teſte) doctiſſim⁹ erat. Proculdubio philoſophus & aſtronomus habebatur, nulli per illam ętatem ſecundus, ingenio pręſtans & eloquio facetus, ſtylo tamen ex temporis infœlicitate duriloquus & incultus. Ex Mathematicis peritiſſimis, diuinationũ regulas iuxta ſyderũ atq; planetarũ diſpoſitiones

 hauſit

hauſit ac perſcripſit. Et ex abundante ſuo ingenio, pręclara congeſſit opuſcula, quibus ad hunc uſque diem, nō incelebre gerit nomē. Atque ex ipſis adhuc ſupereſt Aſtrologię iudiciarię opus inſigne, quod uulgo appellatur. Summa Anglicana.

*De mundi accidentibus*, li.ij. *Intētio mea in hoc libro eſt*,

*Elucidarium planetarum*, li.I.

An alia pręter hęc ediderit, autores fatentur ſe ignorare. Pręfatam uero Summam compleuit (ut in eius poſuerat fronte) anno redemptionis humanę, 1347. regnāte Edwardo tertio. Huius perſępe meminit in ſuis ſcriptis Ioānes Picus Mirādulanus comes.

RAdulphus Radiptorius (ſic eum cognominat Bartholomeus Piſanus in cōformitatib⁹ Franciſci) Anglus Minorita, & Oxonij doctor ſophiſticus, ex ingenij alacritate facundus Apollo a ſuis iactitabatur. Nihil intactum reliquit, hęc ex Abyſſo locuſta, quod uiride prius erat, aut recta fide in Dei uerbo uiuum ſed inutilium uociferatonum machinis omnia, ingenti animarum ruina quamimpie uaſtabat. Proh dolor, nec aliud erat peſtilentiſſimę ætatis huius, inter doloſe meditantes hos monachos regimē. Reliquit hic ſcriptis, ut poſteri quoque idipſum doctrinę genus ſaperent.

*Super Sententias*, li.iiij.

*Queſtiones ordinarias*, li.I.

*Lecturas ſcholaſticas*, li.I.

Magnam quoque Bibliorum partē expoſuiſſe, ſeu potius ſuis corrupiſſe blaſphemijs perhibetur, quę hucuſque nō uidimus. Vixit anno ab exorta pietate chriſtiana, 1350. ſub ſæpedicto Anglorum rege Edwardo tertio.

Ioannes

IOannes Tytleſhale, in orientali Anglorum patria natus, & Nordouicēſis Carmelitagij preſes, ſolita ſuperſtitione illū gubernabat cœtū. Adeo in re literaria ſed impoſtrice ac ſophiſtica, Oxonij profecit, ut ſupremę claſſis magiſter, tam in theologia quam in iure papiſtico pręcipuus haberetur. Declamator ſermonum (inquit in utroque opere poſt Boſtium Tritemius) omniū ſuo tēpore celeberrimus erat, ingenio ſubtilis & eloquio cōpoſitus. Inuenitur tamē in regno perditionis ac peccati, ſua cōtra Dei uerbū ſtatuiſſe figmenta, diuinę ueritatis ignarus. Quoniā ex undiq; cōparatis hominū corruptelis, emiſit tādē in magnis uoluminibus, opera quę ſequuntur,

| | | |
|---|---|---|
| *In magiſtrum Sententiarum,* | li. iiij. | *Vtrum a uerbo incarnato,* |
| *Determinationes in Theologia,* | li. 1. | *Vtrum quælibet notitia creata,* |
| *In Apocalypſim Ioannis,* | li. 1. | *Eſt aūt Apocalypſis Græcus ſermo,* |
| *Sermones de tempore,* | li. 1. | |
| *Sermones de ſanctis,* | li. 1. | |

Lecturas in ſcripturam, & alia plęraque in Bibliothecis reliquit. Extremū iſte diem circa hęc tēpora Romę demū obijt, a ſuis illuc miſſus. Inter ſcriptores papiſticos, hi potiori cēſura ſūt digni, qui ſcripturas (deprauate quāuis) expoſuerint, quā illi qui pręter nugas nihil dederint.

RObertus Holcoth, Anglus, Dominicanorū inſtituti theologus magnus, penſata tēporis malignitate, uenit nō omnino reijciēdus. Polluit profecto tam multiplici bonarum literarū notitia, ac naturali quadam in agendis prudentia, ut celebre inter magiſtros Oxonienſes obtinuerit nomē. Et licet eius doctrina non ſit omni ex parte ſyncera, eſt tamē eruditiōe nō mediocri plęriſq; in locis referta. Nam plurimę lectionis uir erat, atque apertiſſimi ingenij, ut habet

ut habet tam Tritemius quam Leander Bononienſis. Erra uerunt pene omnes, qui in iſtis tenebrarum ſeculis extiterũt, quod in tanta orbis excæcatione, fictis allegorijs nimium in- herentes, nudę ueritati acquieſcere noluerint. Interim tamen Robertus iſte protulit, pro poſterorum (ut ipſe putabat) ſub leuandis exercitijs,

| | | |
|---|---|---|
| *In ſapientiam Salomonis,* | *li.1.* | *Dominus Petra mea & robur,* |
| *In Prouerbia eiuſdem,* | *li.1.* | |
| *In Cantica canticorum,* | *li.1.* | |
| *In Eccleſiaſten,* | *li.1.* | |
| *In Eccleſiaſticum imperfecte,* | *li.1.* | |
| *Super Euangelia,* | *li.iiij.* | |
| *De peccatis mortalibus,* | *li.1.* | *Hæc eſt uia, ambulate in ea,* |
| *Moralizationes hiſtoriarum* | *li.1.* | *Theodoſius de uita Alexandri,* |
| *De ludo Scaccorum,* | *li.iiij.* | *Multorum fratrum ordinis noſtri,* |
| *De impunitate peccati,* | *li.1.* | *An omne peccatum ſit impu.* |
| *Quæſtiones Sententiarum,* | *li.iiij.* | *Vtrum quilibet uiator & cæt.* |
| *Determinationes quæſtionum,* | *li.1.* | *Vtrum aliquis in cauſu,* |
| *De immortalitate animæ,* | *li.1.* | |
| *De libertate credendi,* | *li.1:* | |
| *De motibus naturalibus,* | *li.1.* | |
| *De effectibus ſtellarum,* | *li.1.* | |
| *Vniuerſalia quinque,* | *li.1.* | |
| *Lecturas Scripturarum,* | *li.1.* | |
| *Quadrageſimale quoque* | *li.1.* | |

Et alia plura, ut facile uideri poterit per omnes fere Anglorũ Bibliothecas. Peſte demum eſt extinctus, in lectione ſeptimi capitis in Eccleſiaſticũ, anno a ſalutifero diuę uirginis partu, 1349. ſub Edwardo tertio Anglorum rege.

GValtherus Catton, Anglus, in Nordouicēſi Minoritarum collegio Frãciſci Aſſiſiatis obſeruator indefeſſus,

feſſus,uerum cõmiſcuit falſo,lucẽ tenebris, Ariſtotele Chriſtum. Porro philoſophicas diſciplinas omnino ad pietatẽ neceſſarias credebat,neque aliunde quam ab illis, Euangelicę doctrinę integritatẽ aut puritatẽ ęſtimabat. At noxior peſtis nõ eſt, quam Scripturas diuinas ſic ſubijcere paganorũ placitis. Talia tamen carnalium Antichriſtorum fuere ſemper ſtudia,ut cum iniquo Serpente ſemini promiſſo tãto fortius ſe opponerẽt. Ex otioſo pectore emiſit demũ,ut Orphei muſas a ſuis iactitatos,

*Sententiarum cõmentarios* li.iiij.
*Quæſtionum reſolutiones,* li.I.

Et eius farinę alia nonnulla. Veritatem curioſi ſophiſtę ac lucifugi tenebriones,nuſquam elucidant his argutionibꝰ,ſed horribilibus dubijs intricant. Claruit autem anno Chriſti domini noſtri,1350. ſub eodem Edwardo rege.

CLimitonus Langley, Anglus,naturę & fortunę lineamentis,qualis per omnia fuerit apud hiſtoriographos noſtros non reperi. Hoc nihilominus inſigne de ipſo teſtimoniũ profert Ioãnes Maior in libro primo & ca. v. de geſtis Scotorũ, quod eum olim Oxonienſis acadæmia philoſophum ac theologum præclarum inter alios multos emiſerit. Sed ſi ex doctrina cenſeri quiſquam debeat, impoſtor profecto erat,ac ſceleratiſſimus Antichriſti impuri ſatelles,ab Euangelij ſynceritate deſciſcens ad ſuperſtitiones omnino diabolicas. Scripſiſſe enim inter cętera perditiſſimi ingenij monumenta fertur.

*Problemata ſophiſtica,* li.I.
*De orbibus aſtrologicis,* li.I.
*Replicationes ſcholaſticas,* li.I.

Pluraq; alia id genus nugmaẽta anilia. Furẽtis Satanę rabida

ſunt hæc arma, quibus circuit, aſſidue quærens quem deuo-ret, quibus ſolida obſiſtendum eſt fide. Claruit iſte anno ab incarnato dei uerbo. 1350. ſub Edwardo tertio.

IOannes Mandeuyle, Anglus, ad fanum Albani natus, armatę militię auratus eques, & doctor in medicinis ætate ſua precipuus, multę in pauperes miſerationis fuiſſe perhibetur. Mirabilem iſte ac prodigioſã, peragratis plęriſq; triũ orbis partiũ Europę, Africę, & Aſiæ ciuitatibus, quaſi totius terrę peregrinationem fecit. Enimuero Scythiam, Armeniam maiorẽ & minorem, Aegyptum, utramq; Libyam, Arabiam, Syriam, Mediam, Meſopotamiam, Perſiam, Chaldęam, Gręciam, Illyriã, Tartariam, Indiam, atque alia uaſti orbis regna laborioſo itinere uiſitauit. Ad natale ſolum in fine reuerſus, rem omnem a peregrinationis exordio literis mandauit, atque in tribus linguis Anglica, Gallica, & Latina graphice depixit, hoc titulo prę-fixo,

*Itinerarium, xxxiij. annorum,* li. ij. *Cũ terra Hieroſolymitana,*
*De mirabilibus mũdi,* li. 1. *Quoniam ita res habet ut,*
*Deſcriptiones regionum,* li. 1.

Fertur & in re medica edidiſſe quædam, ſed tituli nõ adſunt. Doluit plurimum uir pius uirtutẽ ſuis temporibus negligi, clerũ errare, eccleſiam Chriſti calcari, ac regnare dęmones, ſimonia ubique dominante. Leodij tandem obijt, anno a Chriſti Ieſu natali. 1372. die. xvij. Nouembris, apud Guilhelmitas ſepultus.

GVilhelmus Couentre, Anglus, & Carmelitani inſtituti monachus, fuſiori narratione uir certe (ſi tẽpus daretur) dignus, ex cruribus uitiatis Claudum Conuerſum, ſe ſepius in ſuis nuncupabat ſcriptis. Ex fre-

quenti

quenti enim diuinorum eloquiorũ lectione (quibus aſſidue uacabat) inſtar Catonis aureas non raro ſententias protulit, Vt ſunt iſtę. Per iram homicidij, fraternitas primũ deperijt. Iniqua conſuetudine error inoleuit. Ab initio Deus quoſdã qui eum familiarius colerent, ab alijs ſegregauit, de quibus uirgo beata, quaſi linea deducta pullulauit, quę ſaluatorem edidit. Prodeſcit Hieroſolymã petere, aut alia inuiſere loca ſacra. Sed multo pręſtaret eo precio pauperes alere domi. Et ſimiles. Eratque omni bona eruditiõne nõ infœliciter refertus, ſcripturis pręcipue ſacris, niſi quod illis perperam intellectis monachorum ſectas immodice nonunquã extulerit. Edidit utroque ſtylo, opuſcula quę ſequũtur,

| | | |
|---|---|---|
| *De laude religionis,* | li. ij. | *Cum tua cœlitus inſpirata polici.* |
| *Scutum Carmelitarum,* | li. iij. | *Admoniti affatibus fratrũ ſuauiſ.* |
| *De regula & cõfirmatione,* | li. I. | *Cuiuſlibet religionis titulus.* |
| *Præconia uirginis glorioſæ,* | li. I. | *Archa fœderis Maria Christi,* |
| *Annales breuiores,* | li. I. | *Anno. 18. regni Ioſaphat regis,* |
| *Elucidarium fidei.* | li. I. | *Sæpius a condiſcipulis rogatus,* |
| *Compendiũ hiſtoriarum,* | li. I. | *Legitur enim quod ab ordinis iſti* |
| *Aduerſus peccata,* | li. I. | *Pœnitentiam age, Apocalyp. 2.* |
| *Carmina diuerſa,* | li. I. | *Iſidorus annos, a principio tibi,* |

Et alia nõnulla. Opuſculis ſuum pręfigere nomen nuſquã eſt aſſuetus, ſed humilimus occulere. Solum in primo libro de laude religionis per literas capitales ſe prodidit, Ranulphi Ceſtrienſis ſequutus exemplum. Claruit anno ſalutis humanę. 1360. ſub Edwardo tertio Anglorum rege.

IOannes Paſchall, Angl⁹, ex honeſta Sudouolcarum (quę hucuſque durat) procreatus familia, in Gippeſwicenſi cœnobio perpetua ſe pactione Carmelitis cõiũxit. Cãtabrigię tãdẽ rixarũ magiſterio ĩ

 theologia

theologia potitus (doctoratum uocāt) linguę politę beneficio fit primo per Guilhelmum Nordouicenſem antiſtitem, epiſcopus titularis, uocabulo Scutariēſis, atque illi a ſuffragijs. Poſtea uero per Edwardum regem Landauenſi pręſulatu donabatur, relicto in priori functione ſuę profeſſionis & cœnobij monacho Roberto Hyntleſhā epiſcopo Sanaſcopolenſi. Hoc in iſto malū reperio, quod uita & doctrina Antichriſto ſeruiuerit. In ſcripta hic retulit inter cętera ingenij monumenta,

*Homelias.67.de tempore,* li.1. *Qui habet mandata mea & ſeruat,*
*Homelias.80.de ſanctis,* li.1. *Erat Andreas frater Simonis,*
*De chriſti paſſione,* li.1. *Expedit nobis ut unus moriatur,*
*Conciones per annum,* li.1.
*Lectiones ſcripturarum,* li.1.

Diſputationes quoque fertur edidiſſe quamplures, quas tamen adhuc non uidi. Ex uita tandem migrauit, anno Seruatoris noſtri Ieſu, 1361. in cathedrali (ut uocant) Landauenſis urbis templo, xvij. ſui pontificatus anno ſepultus, ſub ſępedicto Edwardo rege,

IOannes Howden, Anglus, uir eruditus & pius ac per illā ętatē nō infima laude dign⁹, pręſtitit plane q̄d erat, nempe theologū, diuinorūque eloquiorum amatorem. Poſt profana Ethnicorum ſtudia, ac futilium rerum diſquiſitiones, cum cytharede Dauid introibat in potentias domini, ut eius ſolius commemoraret iuſtitiam, ac mirabilia magna pronūciaret. Reuera ex utroq; Dei teſtamento flores collegit, quos ut ille, poeta lyricus refocillandi animi gratia, ad harmoniacam lyram deuotiſſime ſuauibus cecinit rhithmis. Huius generis codices reliquit plures, carminibus rhithmicis plenos, preſertim,

Lyram

*Lyram dulciſonam,* li.1.
*De paſſione domini,* li.1. *Aue uerbum, ens in principio,*
*Speculum Laicorum,* li.1.
Et alia quędam. Eſt profectò in eius opuſculis, non tam orationis uenuſtas, quam huberrima ſententiarum grauitas. Si ſit in Marię prę conijs utcunque inſyncerus, ob temporis infoelicitatem, pie condonetur ei. Claruiſſe fertur anno a Christo incarnato, 1350. ſub Edwardo tertio.

Ricardus Aungeruyle, Anglus, ab urbe natali de Bury quoque cognominatus, patria Sudouolcas, Edwardi Anglorũ regis cancellarius & epiſcopus Dunelmēſis pręminebat. Literarũ ac literatorũ fautor erat ętate ſua maximus, non ſecus atque olim ſub Auguſto Cęſare Mecoenas ille Hetrurius, ſciẽtijs tã diuinis quã humanis et ipſe eruditus. Ad Frãciſcũ Petrarchã et alios uiros doctiſſimos plures dedit epiſtolas, totidẽque recepit. Et poſt inſtitutã Oxonij Bibliothecã (quã publico illic ſtudioſorũ hoĩm cõmodo inſignẽ erexerat) de librorũ amore atque utilitate, tractatũ perpulchrũ edidit, quem Gręco pręnotauit uocabulo,
*Philobiblon,* li.1. *Theſaurus deſiderabilis ſapientiæ,*
*Epiſtolas familiares,* li.1. *Ricardus miſeratione diuina,*
*Orationes ad principes,* li.1.
De cęteris hiſtorici tacent. In antedicti operis prefatione, cõfitetur ſe Ecſtatico quodam librorum amore potenter arreptum. Quod in habitatione ſua Arkelandię compleuit. xxiiij. die Ianuarij, anno a cõmunis ſalutis origine, 1344. ętatis ſuę. lviij. &. xi. pontificatus.

Valtherus Bederychworth, uel ad fãum diui Eadmũdi, ex magno illo Buriẽſi Sudouolcarũ monaſterio Benedicti monachus, eruditione multiplici in literis diuinis & humanis, doctoris nomen et gradũ

 obtinuit

obtinuit. Per uarios uerborum tropos & myſticas locutiões ſolebat ſcripturas exponere ſacras, ut fidei loco iuſtificare noſtra credantur impura opera. Et hanc interpretandi hypocriticam artem, ſenſum ſpiritualem appellant. Ita ſe exaltant ſupra Deum, & id uertunt ad ſuas cogitationes, quod ipſe propoſuit ad ſalutem. Hi per ſapientiam carnis, aliter uolunt cognoſcere Chriſtum, quam ex ſuo uerbo. Compoſuit iſte inter cęteras ingenij nouitates,

*Moralitates Pſalterij,* li. 1.
*Collationes monaſteriales* li. 1.

Extant & alia eius ſcripta in monachorum Bibliothecis, ſed titulos ignoramus. Claruiſſe fertur hic Peripateticus theologus, anno a Chriſto redēptore nato, 1350, ſub Edwardo tertio Anglorum rege, ac in ſuo tandem ſepeliri cœnobio.

GVilhelmus Pachenton, Anglus natione, literis tam ſacris quam profanis ab ipſa adoleſcentia clarus, ob inſignem in hiſtoria laborem, inter illuſtres ſuę patrię ſcriptores merito collocandus accedit. Tantus erat illi diſcēdi appetitus, ac tanta rerum ſciendarum ſitis, ut guſtatis artium rudimentis primis, ſociorum plures ętate maiores breui temporis curriculo doctrina ſuperauerit. Videnſque demum rerum geſtarū cognitionem multis poſſe prodeſſe, & adferre utilitatē non modicam, ad id prudenter animum applicauit, atque ad Chronica conſcribenda onus aſſumpſit. Vnde ad poſterorum commoditatem illuſtris ſcriptor Latine exarauit,

*Hiſtoriam Anglicæ gentis* li. 1.

De cęteris eius opuſculis, nullus eſt apud chronographos ſermo. Quo autem tempore claruerit adhuc non habeo. Sed quia circa annū a Chriſti natiuitate, 1360, affatim celebrat ob

inclyta

inclyta facta Edwardi regis nomen, hunc pro tempore poſſidebit locum.

SImon Iſleppus, Anglus, naturæ & fortunę dotibus clarus, magnaque poſt literas humaniores utriuſque iuris ac theologię peritia prędítus, ad maxima regni tractãda negotia a rege uocabatur. Cum uir inſignis ex ſumma integritate ac rerum prudentia haberetur, eſt demum creatus poſt Ioannem & Thomam (qui eodem obierunt anno) archiepiſcop⁹ Cantuarienſis a Clemente. vi. Romano pontifice, antiſtitum ordine quinquageſimus tertius, ut Polydorus habet. Eo tempore agere cœpit rex Edwardus, ne pontifices Romani deinceps in eligendis epiſcopis poteſtatem haberent, ſed ut tantum a principe deſignatos confirmarent. Vt de Anglica pube bene mereretur Simon, Oxonij collegium condidit, Cantuarienſe a ſua uocatum functione, quod in hunc diem celeberrimum eſt, tam ſcholaſticorum cœtu quam doctrinæ cultu frequenti. Congeſſit uero,

*Decreta ſacerdotalis ordinis,* li. I.

*Epiſtolas ad diuerſos,* li. I.

Aliorum nihil memoratur ab hiſtoricis. A ſęculo tãdem migrauit, anno a Chriſti regis ortu ſecundum carnem. 1365. Poſt archiepiſcopatus ãnos. xvi. ſub Edwardo rege prędicto. Eius tempore duo Minoritę Londini cremabantur, ob lęſam religionem papiſticam, ſed non inueniuntur eorum articuli.

THomas Radclyf, Anglus, Leyceſtrienſis ciuitatis (quæ eſt in interiore regionis parte ſita) alumnus, & ex Auguſtinianorum fratrum ęde cœnobita, doctor & epiſcopus non infimi nominis extitit. Ingeniũ habebat fœcũdũ & amplũ, atq; ad res magnas

accommodum

accomodum,ut in quodam eiuſdem ordinis Regiſtro uidi. Sed quum e ſuggeſto de chriſtianis moribus diſſereret,impedimento magnopere tūc ei fuere ſordidorum ſophiſtarū nebulę,quo minus Sacraticos aperiret campos,aut ueram ex ſcripturis ſacris ſapiētię uiam oſtenderet. Compoſuit tamē ne apud ſuos omnino uacuus & inanis haberetur,

*Lecturas ſcholaſticas,* li.1.
*Conciones uulgares,* li.1.

Ex omnibus eius ſcriptis,hęc pauca fuere reperta inter ſuæ factionis commilitones. Claruit pro ſua tempeſtate non parum ęſtimatus in Anglia declamator,anno ab incarnato Meſſia.1360.ſub Edwardo pręfato.

NIcolaus de Lynna, Nordouolcarū urbe natus, & in eiuſdem ſuburbijs ad lacum Tegæū inter Carmelitas conuerſatus, Magorum ſui temporis celeberrimus habebatur. Vir erat in Matheſi, alijſque profanis eruditus ſciētijs,philoſophus, genethliacus, & aſtronomus. In Oxonienſi academia,tunc omnium ſuperſtitionum parente (ubi fuerat ea ætate notiſſimus) ęqualem ſuę artis conſortem habebat Ioānem Sombe ſuęque profeſſionis & cœnobij monachum, qui cum eo miranda quoque fecit. Vt olim Chaldęi Babyloniorum uates, in eluſione dęmonū,nō in uirtute Dei,prodigia fecerunt per incantationes et exorciſmos. Iſtos ob eorū eruditionem multiplicem,non uulgaribus in ſuo Aſtrolabio celebrat laudib' Galfridus Chaucer pœta lepidiſſimus. Ex ſuo ſenſu depromſit Nicolaus opuſcula hæc,a multis deſyderata,

| | | |
|---|---|---|
| *Canones tabularum,* | li.1. | *Volentibus prognoſticare futuros,* |
| *De natura zodiaci,* | li.1. | *Ad honorem Dei,& habendam,* |
| *De planetarum domibus,* | li.1. | *Inuenit quidam ex ſapientibus,* |

De Sphæra

*De Sphæra iudiciali,* li.I.
*Aſtrologorum dogmata,* li.I.
*De figuris & ſignis,* li.I.
*De mundi reuolutione,* li.I.
*De uſu Aſtrolabij,* li.I.
*Pro ægrotantibus,* li.I.
*De eclipſi ſolis,* li.I.
*De aſtrorum iudicijs,* li.I.
*De uarijs genituris.* li.I.
*Pro ſuis Carmelitis,* li.I.

Et alia complura. Quę omnia non ſemel uidi, in nobili illa Nordouicenſiū Carmelitarū Bibliotheca. Claruit cū antedicto ſocio, anno a ſalutifero diuæ uirginis partu. 1360. regnante Edwardo tertio, ac Lynne tandem obijſſe fertur.

GVilhelmus Alnewyck, ex Septentrionali Anglorum patria et comitatu Northumbrię, prope Scotiam ęditus, putans in ſolo Franciſci nodoſo funiculo deliteſcere Chriſtum, illius inſtitutum inſanus arripuit. Non ſatis illi fuit, hiſtrionicos huius ſectæ tūc mores imitari, immo fanaticā Sophiſtarum doctrinam ſacroſācto Dei Euangelio moliebatur anteferre. Nihil Oxonienſis theologus, in quotidianis lecturis depromebat, quam paganicę ſuperſtitionis fęces ac tenebras. Nihil magis in uotis habuit quam corrūpere Dei legem & in eius ſeruos dolum facere. Iſta enim ſunt quę protulit, ut habet Bartholomæus Piſanus,

*Sophiſmatum Elenchi,* li.I.
*In philoſophiam naturalem,* li.viij.
*Lecturam Sententiarum,* li.iiij.

Ac ſimilis inuentionis alia nonnulla. Quam diſtent hæc a recto chriſtianæ eruditionis ſcopo, diſcernat ille, qui uel ſcrip

ture ſacrę ſcintillam attigerit. Claruit anno ab apparente in carne Dei filio.1360.ſub eodem Edwardo rege,

BArtholomęus Anglicus (ſic fere ab omnib' cognominatur) commutandę uitæ gratia Minoritas petijt, & cōmunem cū illis cohabitationem Franciſco Seraphico ſupſtitioſe deuotus elegit. Vir erat iſte, in philoſophorū naturalium libris ſtudioſiſſimus, ſed nō infœliciter & abſurde (ut maior ſuę factionis ac tyrocinij numerus) tandem doctus, Laborabat in illis atque in theologis non ōnino ſophiſticis, homo per eam ætatē pius ac bonus, ut poſteri facilius ad literam intelligerent, Scripturarum & Chronicorum ęnigmata, quę ſub rerum naturalium figuris ac proprietatibus erant uelatæ. In fine ergo collegit ex eorū autoribus probatis (quorum poſt prętationē centum fere recenſet nomina) ingēs uolumen, quod prętitulauit,

| | | |
|---|---|---|
| *De proprietatibus rerum,* | *li.xviij,* | *Cum proprietates rerum ſequātur,* |
| *De rerum accidentibus,* | *li.1.* | *Deſcriptis proprietatibus rerum,* |
| *Chronicon de ſanctis,* | *li.1.* | |
| *Poſtillas ſcripturarum,* | *li.1.* | |
| *Sermones uarios,* | *li.1.* | |

Et alia adhuc plura. Prędictam ęditionem de rerum proprietatibus, ſe ideo coaceruaſſe pręfatur, ut liquido perciperentur difficiles diuinorum eloquiorū allegorię. Claruit anno a Chriſti Seruatoris ortu.1360. ſub rege Edwardo tertio.

RIcardus Radulphi, Anglus, Lychefeldenſis archidiaconus, & Oxonienſis olim gymnaſij Cācellarius magnus, ſcientijs liberalibus, utroque iure, ac theologia habebatur ea tempeſtate doctiſſimus. Effectus demū archiepiſcopus Armachanus, ſummus Hibernię primas, ac Romanę eccleſię Cardinalis preſbyter, ab Anglorum epiſcopis cōductus (ut habēt Wiclenus in Trialogo, atque in Ziza-

niorum faſciculo Waldenus) nouem concluſiones Auenione coram pontifice Innocentio.vi.ac ſuorum Cardinalium cœtu aduerſus fratrum mendicabula, anno domini.M.ccc.lvii.audacter protulit, uerboque & ſcriptis ad mortem uſque defendit. Non erãt illis diebus amici Herodes & Pilatus, prælati & fratres, ex nimia eorum elatione. Porro grauis inter ipſos tũc generabatur ſimultas, quos antehac impia pax erga ueritatem Euangelicam conglutinauerat. Multa compoſuit criſtatus iſte Achilles uolumina, quibus animi & ingenij patefecit magnitudinem,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | *li.iiij.* | |
| *Quæſtiones earundem,* | *li.1.* | |
| *Lecturam Theologiæ,* | *li.1.* | |
| *Sermones ad clerum,* | *li.1.* | |
| *Sermones de tempore,* | *li.1.* | *Parate uiam domini, rectas,* |
| *Laudes diuæ Mariæ,* | *li.1.* | *Aue gratia plena, & cet.* |
| *Quæſtiones Armenorum,* | *li.xxix.* | *Reuerendis in Chriſto patribus,* |
| *Propoſitionum ſuarum,* | *li.1.* | *Nolite iudicare ſecundum faciem,* |
| *Aduerſus mendicantes ualidos,* | *li.1.* | *Chriſtus fuit pauper, quia Adæ.* |
| *De paupertate uaria,* | *li.vi.* | |
| *De intentionibus Iudeorum,* | *li.1.* | |
| *Epiſtolas elegantes,* | *li.1.* | |

Atque alia multa. Cardinalis Armachani (inquit Volateran.) Auenione in conſiſtorio, uehemens non nocuit inſectatio, dictitantis, Turpe eſſe chriſtianis ſponte mendicos eſſe. Obijt anno uirginei partus.1359. in Auenione (ut fertur) ſepultus. Cõtra iſtũ fortiter ſcripſerunt Ioãnes Hildeſheim Rogerus Conewey Galfridus Hardeby, & alij mẽdicantium fraterculi.

we must forsake & follow

Finit præſentis operis Scriptorum
Britanniæ Centuria Tertia,
Authore Ioanne Balco,

# ILLVSTRIVM BRITANNIAE Scriptorum, Centuria quarta, Authore Ioanne Balȩo Anglo.

IOannes Wicleuus, Anglus, theologorum ſui temporis maximus, docendo & diſputādo magiſtralem (ut uocant) cathedrā Oxonij ſolus per annos tenuit plurimos. Prȩter uitā q̄ uere Apoſtolicā duxit, ingenio, facūdia, atq; eruditione multiplici, omnes in Anglia commilitones longe ſuperabat. Illum ȩternus pater, anno poſt Seruatorem natum, M.ccc.lx. per ſuum ſuſcitauit ſpiritum, ut in medijs impiorum Locuſtarum tenebris pro ſua ſtaret ueritate, magnanimus Ieſu Chriſti pugil, fieretque aduerſus Antichriſtos inuictiſſimum eius ȩtatis organum. Erat profecto ſuorum temporum Elias ualidiſſimus, ut diſtorta reſtitueret omnia. Vnus & primus poſt Satanæ ſolutionem extitit, qui in tenebroſo illo ſȩculo ueritatis lucem attulit, & coram tota diaboli Synagoga auſus fuerat confiteri Chriſtum, reuelareque fœdiſſimam Antichriſti magni turpitudinem. Illuxit enim ut ſtella matutina in medio nebulæ, ac diebus multis permāſit teſtis in eccleſia fidelis. Quaſi ſol ſplendens, in templo Dei refulſit, & quaſi thus ardens in igne. Erat ei fides integerrima, & ingenium ueritatis ſēper amantiſſimum. Dedit illi Dominus cor ad præcepta, ut Iſrael doceret teſtamentum æternum. Aſcendit ab ortu ſolis, & cōtempto Beſtiæ charactere, uiuo Dei uerbo fideles ſignabat in frōtibus uiuis. Velut alter Dauid cum leonibus luſit, Romaniſtis præparatis ad eſcam. Validiſſimis argumentis, eorū tetigit ac detexit ſuperſtitiones, uires infirmauit ubique, ac hoſtilia deiecit caſtra. Contra illum ſteterunt urſi, prædonica

gens

gens monachorum,cum tota cōgregatione Choræ,ſed ſpiritu oris domini cōſumpti ſunt.Percuſſi erant cęcitate in foribus iuſti,ſaluũque fecit egenum a gladio oris eorum,ac diſſipauit eos.Perlongũ hic foret narrare,quot interim ab his Antichriſti miniſtris,ſuſtinuerit piiſſimus uir,improperia.deſpectiones,atque exilia.Viuente Anglorum rege Edwardo tertio,ſecurus manſit inter ferociſſimos Sodomæ tyrannos. Sed ipſo mox defuncto (ut Annales tradunt) ſub Ricardo ſecundo exilium ad aliquot annos eſt paſſus in Bohemiam. Impauidus tamen Chriſtum ſemper docuit,Euangelii decorem renouare conatus.Edidit nempe ad utilitatẽ chriſtianę reipublicæ, opuſcula quæ ſequuntur,ut ex aduerſariorum ſcriptis collegi,

| | | |
|---|---|---|
| *Trialogorum ſuorum,* | *li.iiii.* | |
| *Sermones in Epiſtolas,* | *li.iiii.* | *Si epiſcopus in confirmatione,* |
| *Sermones in Euangelia,* | *li.iii.* | |
| *De religione perfectorum,* | *li.iii,* | *Circa epiſtolæ ſententiam,dicendum,* |
| *De ſermone domini in monte,* | *li.iii.* | + + + |
| *De Chriſto & Antichriſto,* | *li.ii.* | Boheme hath laboured in heresies |
| *De fide & perfidia,* | *li.ii.* | & scismes ever sithence yt tyme |
| *De Eccleſia & membris,* | *li.ii.* | yet laboureth. |
| *De Antichriſto & membris,* | *li.ii.* | *Quemadmodũ dominus Ieſus ordinat* |
| *De diabolo & membris,* | *li.ii.* | *Prout omnipotens Deus in trinitate,* |
| *De dominis & ſeruis.* | *li.ii.* | *Famuli primo iuſte ac libenter,* |
| *Dialogũ ueritatis & mendacii,* | *li.ii.* | |
| *Confeſſionem de Euchariſtia,* | *li.I.* | *Sæpe confeſſus ſum,& adhuc,* |
| *Determinationes de Euchar.* | *li.I.* | *Hoſtia conſecrata in altari,* |
| *Grammaticæ tropos,* | *li.I.* | |
| *Abſtractiones Logicales,* | *li.I.* | |
| *Logicam de aggregatis,* | *li.I.* | |
| *De uniuerſo reali,* | *li.I.* | |

De formis Idæalibus, li.1.
De eſſe Idæali quorumlibet, li.1.
De eſſe in ſuo prolixo, li.1.
De eſſe intelligibili creaturæ, li.1.
Logicam de ſingulis, li.1.
De phyſica naturali, li.1.
De intentione phyſica, li.1.
De una cōis generis eſſentia, li.1.
De eſſentia accidentium, li.1.
De neceſſitate futurorum, li.1.
De materia cœleſtium, li.1.
De temporis quidditate, li.1.
De temporis ampliatione, li.1.
Metaphyſicam uulgarem, li.1.
Metaphyſicam nouellam, li.xij.
De centro infiniti, li.1.
Ad parliamentum regis, li.1. Proteſtor publice, ut ſæpe alias.
De fonte errorum, li.1.
Diſtinctiones rerum theologicarum, li.1.
Concluſionum ſuarum, li.1.
Theologiæ placita, li.1.
Cathegorias theologicas, li.1.
Summam intellectualium, li.1.
De dotatione eccleſiæ, li.1.
De ſtipendijs miniſtrorum, li.1. Cōſyderate qui ſacerdotibus ſtipēdia.
De compoſitione hominis, li.1.
De incarnatione uerbi, li.1.
De humanitate Chriſti, li.1.
De abhominatione deſolationis, li.1. Cum uideritis abhominationem deſol.
De diabolo millenario, li.1. Cum conſummati fuerint mille anni,
De lege diuina, li.1. Vt de legibus loquar chriſtianorum,

Gloſſas

| | | |
|---|---|---|
| Gloſſas ſcripturarum, | li.1. | |
| Gloſſam Nouellam, | li.1. | |
| Gloſſas uulgares, | li.1. | |
| Gloſſas manuales, | li.1. | |
| Ordinaria Laicorum, | li.1. | |
| De ciuili dominio, | li.1. | Aperta eruditio legis diuinæ, |
| De eccleſiæ dominio, | li.1. | |
| De dominio diuino, | li.1. | Quoniã plæriſq; pſeudogloſſatores, |
| Ad quæſita regis & concilij, | li.1. | Dubium eſt utrum regnum Ang. |
| De terno amoris uinculo, | li.1. | |
| Reſponſiones argumentorum, | li.1. | |
| Reſponſiones ad obiecta, | li.1. | |
| Ad Rationes Kynyngham, | li.1. | |
| Ad.xiiij.argumenta Strodæ, | li.1. | |
| De papa Romano, | li.1. | Pro eo quod hæc inſolita diſſentio, |
| De nequitijs eiuſdem, | li.1. | |
| De origine ſectarum, | li.1. | |
| De earũdem perfidia, | li.1. | |
| In regulam Minoritarum, | li.1. | Regula ac uita & cet. Hic Minoritæ, |
| De.iiij.ſectis nouellis, | li.1. | |
| Dialogum de fratribus, | li.1. | |
| Contra mendicitatem ualidam, | li.1. | Illuſtriſſimo duci Gloceſtriæ, Ioãnes, |
| Speculum de Antichriſto, | li.1. | Dicũt primo Euãgelij prædicatores, |
| Speculum militantis eccleſiæ, | li.1. | |
| Articulorum ſuorum, | li.1. | |
| In.xxiii.caput Matthæi, | li.1. | Ieſus locutus eſt ad turbas & ad |
| De conuerſatione eccleſiaſticorũ, | li.1. | Prælati relicto predicationis offi. |
| De epiſcoporum erroribus, | li.1. | Octo ſunt quibus decipiuntur ſimpli. |
| De.xxxiii.erroribus curatorum, | li.1. | Pro eo quod curatorum officium, |
| De perfectione Euangelica, | li.1. | Primo fratres dicũt ſuã religionem, |
| De ueritate Sciptura, | li.1. | Diabolus quærit multis modis, |

Supplementum

| | | |
|---|---|---|
| Supplementũ Trialogi, | li.1. | |
| Excuſationes ad Vrbanum, | li.1. | Gaudeo plane detegere cuique, |
| Conſtitutiones eccleſiæ, | li.1. | |
| Aduerſus conſiliũ terræ motus, | li.1. | |
| Scholia ſcripturarum, | li.1. | |
| De gradibus cleri, | li.1. | |
| De clericorum ordinatione, | li.1. | Quia ſacerdotium ordinatur a Deo, |
| De cura paſtorali, | li.1. | |
| De pœnitentia, | li.1. | |
| De Hypocriſi, | li.1. | Attendite a fermento phariſeorum, |
| De blaſphemia, | li.1. | |
| De ſimonia ſacerdotum, | li.1. | Heu magni ſacerdotes in tenebris, |
| De ſolutione Satanæ, | li.1. | |
| Cõcordantias doctorum, | li.1. | |
| De ſtatuẽdis per plebẽ paſtorib⁹, | li.1. | |
| De purgatorio ſectæ Chriſti, | li.1. | |
| Super oratione dominica, | li.1. | |
| De præcationibus ſacris, | li.1. | |
| De orationis efficacia, | li.1. | Docet nos dominus Ieſus chriſtus ora. |
| De ſpiritu quolibet, | li.1. | |
| Omnis plantatio, | li.1. | |
| In.xvij.caput Ioannis, | li.1. | Subleuatis oculis in cœlum Ieſus, |
| Si quis ſitit, | li.1. | |
| De chriſtianorum uillicatione, | li.ij. | Redde rationem uillicationis, |
| Chriſtus alius non expectandus, | li.1. | |
| De diuite apud Marcum, | li.1. | Cum egreſſus eſſet in uiam, |
| De confeſſione Latinorum, | li.1. | |
| De remiſſione fraterna, | li.1. | Si autem peccauerit in te fra. |
| De clauibus regni, | li.1. | |
| De clauium poteſtate, | li.1. | |
| De baptiſmo chriſtianorum, | li.1. | |

De phari-

De unico ſalutis agno, li.I.
De.vii,donis ſpiritus ſancti, li.I.
De fide ſacramentorum, li.I.
De religioſis priuatis, li.I. Omnes christiani in ſpiritus feruore,
De ſacerdotio Christi. li.I.
De ſacerdotio Leuitico, li.I.
Aduerſus clerū determinacōnes, li.I.
De peruerſo Antichri dogmate, li.I. Cum puri concionatores doceant,
De præſcito ad beatitudinem, li.I.
Speculum ſcripturarum, li.I.
Schedas & cartulas, li.I.
De unitate Christi, li.I.

Atque alia non pauca. Nam Aeneę Syluij teſtimonio, erant plusquam ducēta Wicleui uolumina pulcherrime conſcripta, per Subincū Leporem archiepiſcopum ad Pragam Bohemorū concremata. Tranſtulit quoque in Anglicū ſermonem Biblia tota, cum quibuſdam ueterū doctorū tractatibus. Fieri nō potuit, quin hoc pectus inhabitarit Spiritus ſanctus, unde tot libri tam eruditi prodierint. Reuerſus ab exilio tandē uiſ uere pius & ſanctus obijt, in ſua parœcia de Lutterworth Lyncolnienſis diocœſis pago. anno domini, 1387, ſepultus. Et anno Christi. M. cccc. xxviij (qui fuit ab eius morte quadrageſimus primus) Romani pōtificis Martini quinti & Senēſis concilij tyrannide, per Anglorum prælatos exhumatum erat mortuum eius cadauer & exuſtum publice, non ſecus atque olim per Apoſtatam Iulianū diui Ioannis Baptiſtę oſſa ſacra. Habetis ita Wicleuum in huius Cēturiæ principio, ignotum, immo deſpectum mundo, ſed celebrem & clarum in regno Christi. Hunc non dubitabitis Euangelicum doctorē, ſanctorum aſcribere Catalogo, etiam ſi mille Antichriſti eū execrētur. Reſurgunt nobis (inquit Lutherus) iſta corpora ſāctorum

cum

Johannes wicleuus &
Martinus Lutherus
resurgent.

cum reſurgente Ieſu Chriſti Euãgelio, nihilque aduerſus ea promouebunt epiſcopuli, cum ſuis Herodibus & Pilatis deſperatiſſimi.

IOannes Kynyngham, Anglus, ex Sudouolcarũ prouincia & Gippeſwicenſi Carmelitagio progreſſus, inter magiſtros Oxonienſes ob raram eruditionem præcipuũ locum habebat, atque primam inter ſuos uiceſimus primus, in Anglia & Hibernia præfecturam. Ioãni Lancaſtriæ et Aquitaniæ duci regis Edwardi filio tam erat amatus, ut & ſibi & cõiugi eſſet ad mortes uſque a confeſſionũ ſecretis. Cum Ioãne Wicleuo pro Antichriſti regno, hic primus in ſcholaſtica certamina uenit (ut in ſuo zizaniorũ faſciculo pronũciat Waldenus) modeſtiæ tamen limites, eius admiratus doctrinæ excellentiam, prætergrediebatur nuſquam. Cum eo uiciſſim de ſcripturis & doctoribus conferebat Wicleuus, eius in dicendo animaduertens candorem, atque ut rectius tandem ſaperet, inſtantius dominum præcabatur. Compoſuit iſte papiſticus Achilles,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | *li.iiij.* | *Mirabilis facta eſt ſcientia,* |
| *Commentarios Metaphyſices,* | *li.xij.* | |
| *In Threnos Hieremiæ,* | *li.1.* | *Refert Seneca in declamati.* |
| *In Ezechielem,* | *li.1.* | *Iſte liber ſicut & alij,* |
| *In Canonicam Iacobi,* | *li.ij.* | *Circa hanc epiſtolam ſicut,* |
| *Scripturæ præconia,* | *li.1.* | *In medio annorum notum fa.* |
| *De natura Angelica,* | *li.1.* | *Secundum quod ſuperius tactum,* |
| *Contra propoſitiones Wicleui,* | *li.1.* | *Vt ait Caſſiodorus in libro,* |
| *Aduerſus Idæas eiuſdem,* | *li.1.* | *Reuerendus magiſter Ioannes,* |
| *Pro primo ingreſſu,* | *li.1.* | *In iſto actu duo intendimus,* |
| *De temporis ampliatione,* | *li.1.* | *In materia ſæpe tacta,* |

*De eſſe intelligibili,* li.1. *Habito frequenter multiplici,*
*Ad quaſdam allegationes,* li.1. *Iam reſtat dicere ad autori.*
*De natiuitate Chriſti,* li.1. *Veritas de terra orta eſt,*
*De paſſione eiuſdem,* li.1. *Pace morieris, Hier. xxxiiij.*
*De Spiritu ſancto,* li.1. *Spiritus ſanctus dabit eloqui,*
*Sermones de tempore,* li.1. *Dabo tibi coronam, Apoca.2.*
*Sermones de ſanctis* li.1. *Hoc eſt corpus meum, Math.*
*Quæſtiones uarias,* li.1.

Plęraq; inſuper in Bibliorum libros gloſſemata feciſſe perhibetur, quæ mihi iam cognita non ſunt. Sexto tandem ſui regiminis anno, in Eboracēſi ſui cœtus cœnobio ex hac luce migrauit, anno poſt natum Seruatorem .1399. & quarto idus Maij, Ricardi ſecundi regis tempore.

GVilhelmus Lynwode, Anglus, frequentatis patriæ ſuæ gymnaſijs, florentem ætatem politioribus adornabat literis, indolem habens quoque ad id ſemper accommodam. Ad utriuſque iuris ſtudia inde diuertens, ſciebat ſtatim diſcernere inter fas & nefas, nā ita de ſe, licet falſo, ut tunc erant, iactitabat ea facultas. Interim tamen inſatiabilis lucri negotijs hærens, rapendi formulas pietatis ſpecie adūbrabat. Chriſti patrimonium terrenam ſubſtantiam opeſque eſſe contendens. Ex frigidiſſimis hominum placitis conſtituta produxit, & ea omnia debebant, ut eius temporis Theologia, per papę canones comprobari. Protulitque tādem ex diuturna in illis exercitatione, commentarios,

*In conſtitutiones prouinciæ,* li.vi.
*Summam cauſarum,* li.1.

Neque aliud quidpiam ipſum ediſiſſe adhuc comperior. Pro rebus mere ſpiritualibus hic in opuſculis ſuis habet, adulte-

ria, ſtupra, fornicationes & ſimilia, eximitq; ea a iure magiſtratus. Claruiſſe putatur āno Chriſti.1360. ſub Edwardo tertio.

PEtrus Paterſhull, Anglus, ob doctrina famatum diui Auguſtini nomen, ſolitarię Auguſtinianorũ fratrum militię, perpetuò ſe aſcribi ac mancipari fecit. Naturali adhuc iuuenis pollebat induſtria, nec minori per Anglorum academias ſedule conquiſita eruditione ualebat. Inde theologicum adeptus magiſterium, tã ex diſceptationibus ſcholaſticis quam templorum concionibus, ingens doctrinæ reportabat nomen. Verũtamen ex illis erat, qui friuolis ſophiſmatib⁹ & hominum impiorũ figmẽtis, domini conculcabãt uerbum, ut ex ficta falſaque carnis iuſticia, fœdiſſimum erigeret idolum. A ſuis iſte prędicatur hęc ſcripſiſſe opuſcula,

*Sententiarum lecturam,* li.iiij.
*Determinationes, theologię,* li.1.
*Poſtillationes ſcripturæ,* li.1.
*Ad utrumque ſtatũ ſermones,* li.1.

Feruntur & eius inuectiua, aduerſus tunc pullulantes Romanæ Synagogę, ſuæque fratralitatis hoſtes, ſed eorũ nos latent tituli. Claruit nimirũ anno a redemptionis noſtræ initio.1360. ſub Edwardo rege prædicto.

NIcolaus Treueth, Anglus, ex Nordouolcarum comitatu, natalium ſplendore conſpicabilis, genitorem habens Thomam Treuethum equitem auratum ac iuſtitiariũ regis, inter Dominicanos ab adoleſcentia conuerſatus, atque eorum inſtituta profeſſus, politioribus ( ut tunc erant ) literis, & ſe & familiam ſuã ornabat. Oxonij tãdem doctorea rei theologicę

+ a Bishops mitre.



donatus infula, in ſcholis diſceptando, & in templis declamando, illuſtris habebatur. Erat proculdubio rebus tam diuinis quam humanis, diuturno exercitio peritus, lingua & ingenio promptiſſimus, hiſtoricuſque ea tempeſtate celeberrimus. Congeſſit exquiſito labore, Annales Anglicorum regum, qui a comitibus Andegauenſibus in linea maſculina originem traxerunt, incipiens anno domini. 1135. a rege Stephano, & finiens in morte Edwardi primi, ãno Chriſti, 1307. Hæc quoque in fine ſuorum laborum monumenta poſterorum commendauit memoriæ.

*In declamationes Senecæ,* li. 1.
*In Ouidium de tranſformatis,* li. 1.
*In Boetium de conſolatione,* li. 1.
*In Valerium & Rufinum,* li. 1.
*Annales ad Chriſtum,* li. 1.
*Annales regum Angliæ,* li. 1.
*In Auguſtinum de ciuitate Dei,* li. x.
*Commentarios in Geneſim,* li. 1.
*In Pſalterium,* li. 1.
*In Ariſtotelis problemata,* li. 1.
*Quodlibeta theologica,* li. 1.
*Commentarios ſcripturæ,* li. plu.
*De peccatis,* li. 1.
*De uirtutibus,* li. 1.
*Quæſtiones uarias,* li. 1.
*Athenienſiũ Romanorũq; res geſtas,*
*Fons ſapientiæ in excelſis,*
*Corruptio humanæ naturæ,*

Cætera non noui. Ioannes Ludouicus Viues, in cenſura ueterum interpretum operis diui Auguſtini, de ciuitate Dei fatetur iſtum cum adiuncto ſibi Thoma Walleys, nihil illic expoſuiſſe ſacrum. Claruit anno a Chriſto nato. 1360. ſub Edwardo tertio Anglorum rege.

Rogerus

ROgerus Conewey, in Cambria ſeu Guallia Anglicorum Britonū, ad urbem illius cognominis prope niuiferas alpes natus, ex literario labore inter Minoritas ſuos Franciſco dicatos, magnū eruditionis ſibi cōparauit nomen. Vnde & Oxonij pileatus heros, pro tuenda terminariorum ſui ordinis queſtura, ſeu caſeariorum fratrum callida mendicitate, aduerſus Ricardum Radulphi archiepiſcopum Armachanū tunc mortuum permulta moliebatur. Non enim poterat Seraphicum hoc cucullatorum hiſtrionum genus ferre, ut quiſquam aduerſus eorū apertiſſimas inſanias, uel ſemel mutiret. Quo argumento ſuboleuit olim ac detexit horum hypocriſim Guilhelmus de ſācto Amore in ſuo opere de periculis nouiſſimorū temporum. Compoſuit uero magnus iſte Antigoniſta,

*Contra errores Armachani,* li.1.
*Determinationes ſcholaſticas,* li.1.
*Quæſtiones theologiæ,* li.1.
*Lecturas & ſermones,* li.1.

Et alia quę nos latent. Tanta tūc poterat hęc ualida fratereulorum exilium mendicitas, ut magno eſſet terrori pontificib⁹ ac maximis mundi monarchis. Claruit hic anno a Chriſti incarnatione. 1370. ſub præfato Edwardo.

NIcolaus Durham, ex Dunelmēſi Septētrionaliū Anglię partiū diœceſi ac patria oriundus, inter Carmelitas Nouicaſtrēſes (quā urbē Monachopolim olim appellabāt) Adoleſcētię primitias cū ętate reſidua uirgineę matri ſuperſtitioſ⁹ obtulit. Cętera de ipſo fuſi⁹ ī ſuis narrāt Catalogis, Tritemius, Boſti⁹, & Burellus, Vt quod fuerit in ſcripturis (ſolum ut decipiat) eruditus & in philoſophia Ariſtotelica ſubtiliter doctus,

Quod

Quod in uniuerſitate oxonieſi legendo & diſputando (ſyncerę Chriſti ueritati cōtraria) magnas cōmeruerit a papiſtis laudes, atque quod ſcripſerit opuſcula, quibus deplorati ingenij uenam oſtenderit in Dei blaſphemijs locupletē, præcipuę,

*Commentarios Sententiarum,* li. iiij.
*Determinationes quæſtionum,* li. 1.
*Contra Wicleui doctrinam,* li. 1.
*Originalia doctorum,* li. 1.

Digeſſit quoque quorūdam aliorum fuſiora ſcripta ad cōpendium, quo cęteris eſſent lectu faciliora. Claruit Antichriſti mācipiū & propugnator non modicus, anno uerę pietatis. 1370. ſub illuſtriſſimo Anglorum rege Edwardo tertio.

ALexander Eſſebienſis cœnobij præpoſitus, ſeu prior (ut uocant) ordinis Canonicorum regularium diui Auguſtini, Anglus, inter rariſſimos ſuę tempeſtatis rhetores ac poetas merito celebrandus occurrit. Ouidium Naſonem, & Palladium Methonæū imitatus, de faſtis ſeu ſacris diebus elegiaco metro tractatum edidit. In quo maiora feſta ac ſanctorū per anni circuitum uitas pulchre deſcribit, ut noſtris quoq; diebus, & eius pene exemplo fecit Baptiſta Mantuanus. Et licet eius carmina non habeantur omni ex parte emūcta, nitida, & pura (ut hæc noſtra fortaſſis peteret ętas) ſunt tamen eruditionis plena, atque Virgilianum in plęriſque odorem ſpirantia. Sed ab inquinante ſuperſtitione ac fabulis immunia non proclamamus. Scripſit pro ingenij ſui exercitatione,

*De ſacris diebus,* li. 1. *Omnia quū nequeam ſanctorū ſcrib.*
*Epitomen Britannicæ hiſtoriæ,* li. 1.
*Vitam Bertellini Eremitæ,* li. 1. *Quoniam quanto intellectui noſtro,*
*Vitam Cungari Eremitæ,* li. 1. *Dūquidā conſtantinopolitanus impe,*

*Carmina*

*Carmina & epiſtolas,* li.1.

Et adhuc alia tam metro quam proſa literis commiſit. Sunt qui iſtum Somerſetenſis patriæ, ſunt qui Staffordienſis comitatus alũnum fuiſſe autumẽt, quos ſuis relinquo iudicijs. Claruiſſe fertur anno redemptionis humanę.1360. ſub Edwardo tertio rege.

GVilhelmus Rameſey, Anglus, Benedictinorum inſtituti Crolandienſis monachus, inter uarias ſui cœnobij functiones, bonarum literarum ſciẽtias hubertim ſemper coluit. Ex proba primũ in gymnaſijs inſtitutione, poeta, philoſophus, & hiſtoricus, tam barbaro ſęculo eruditus euaſit, ingenio atque inuentione pręcipuus. Vnde de Granta Giruiorum, ſtudiorum fortaſſis ſuorum parente, crebram ac magnificam in ſuis operibus mentionem facit. Hoc tamẽ in eo lugemus malũ, quod pro uera hiſtoria aniles fabellas, ſuperſtitiones, ac mera mẽdacia ad monachorum quęſtum in ſcriptis admiſerit. Heroico nempe poſt Felicem Crolandienſem edidit carmine,

*Vitã Guthlaci Eremitæ,* li.1.

*Geſta ſui cœnobij,* li.1.

Atque alia nonnulla, quibus ingenij fœcundi uires expreſſit. Ob ſtudij ac doctrinę parilitatem in utroque, Alexandro ſodalem hunc feci, ne a noſtro ſcriptorum Catalogo plene excideret. Poſtea fortaſſis proprium inueniet locum.

HVgo Whyte (Albus latine ſonãt) genere quidem Anglus, ſed profeſſione Benedictinenſis familiæ monachus, in ſuperbiſſimo illo Petroburgenſi monaſterio, multiplici literarum peritia reſplenduit. Hiſtoricus habebatur ætate ſua

 percelebris,

percelebris,multaque diligenter inquiſita in ſuo cœnobio an
tiquitatis ueſtigia,hominum memoriȩ per literarum characte
res commendauit.Bonis ac prudentibus grata deberet cordi
ſēper eſſe diligentia,licet recta diſſonis ac uera friuolis ſȩpius
admiſcuerint, qui quantum potuerunt, ſtudium conferebant
ad hiſtoriæ conſeruationem.Qua parte non omnino contem-
nēdꝰ eſt hic Hugo,qui īter occupatiões monaſteriales collegit,
*Hiſtoriam Petroburgenſem*, li.1.
An alia extent eius ſcripta,adhuc plane ignoro. Luculentum
certe rerum geſtarum ſcriptorem, Ioannes Lelandus ipſum
appellat. Sed qualia geſſerit munera, aut ſub quo claruerit re
ge,uſque modo mihi plane non conſtat.

ROgerus Suicetus, Anglus ( ut habet Ioãnes Ma
ior libro primo,ca.v.de geſtis Scotorum ) cal-
culator acutiſſimus,ex Oxonienſi olim gymna
ſio prodijt.Eum nihilominus ob inutiles ſpinas
et aculeata ſophiſmata,uehementer increpat Io-
ãnes Ludouicus Viues in libro quarto de corruptis artibus,
Suicetus ( inquit )maximum dedit incrementum calculationi
bus,quȩ ſũt cauillationes ſtultarum ſubtilitatum,quas idcirco
Ioannes Picus quiſquilias Suiceticas ſolitus erat aptiſſime
nomine nuncupare.Idem quoque inuenitur apud Ioannem
Franciſcũ &alios autores probos,qui deteſtabantur nõnunq̃
tam futiles nugas.Iſte inter cætera protulit,
*Calculationes aſtronomicas*, li.1.
*Ephemeridas quaſdam*, li.1.
*In arte Cabaliſtica*, li.1.
*Mathematicas commentationes*, li.1.
Et hi ſoli librorum ſunt tituli, quos apud diuerſos autores in-
ueni,Claruiſſe uero putatur,anno ab exorta pietate chriſtia-
na,1370.

ñ̃a.1370.ſub Edwardo tertio, & plęriſq; (licet barbarus) eius ætatis uidebatur miraculum.

GAlfridus Grandfelde, Anglus, ex Northamptonēſi in mediterranea inſulæ regione, fratrum Eremitarū diui Auguſtini cœnobio, ſcientijs cū profanis tum diuinis luculēter pro ea ętate eluceſcebat, Poſt adeptum proculdubio in Cantabrigienſi academia theologię ſcholaſticę magiſteriū, legēdo et diſputando ualuiſſe plurimū in ordinis ſui Regiſtro narratur, Veruntamen in quotidianis cōcionibus multo plus laborabat pro propagando Antichriſti regno, quam Chriſti ad hominum ſalutem Euangelio, Ex quo demum epiſcopatu potitum Annales tradunt, licet non addant titulū, Ad poſterorum memoriam chartis ipſe cōmiſit,

*Sermones dominicales,* li.1.

*Determinationes theologiæ,* li.1.

Aliud nihil reperire potui, apud rerum & hiſtoriarum eius ordinis cōſarcinatores, Claruit āno Chriſti dñi noſtri, 1370. apud Anglos regnante Edwardo ſępedicto, ac Northamptonę ſepeliri fertur.

IOannes Stokes, Anglus, ex Sudberiēſi (ut a ſuis narratur) Dominicanorum fratrum apud Sudouolcas cœnobio, Cantabrigienſis gymnaſij magnus eminebat ſophiſticus doctor, Ex æſtuante ambitione is multa ſibi arrogās, inſaniebat circa quęſtiones friuolas et pugnas uerborum, ex quibus oriuntur contentiones & inuidiæ, ut inquit ad Timotheum Paulus: Cū Carmelitis enim Cantabrigię e ſuggeſto aſpere litigabat, ſuper eorum temere iactitatis, Antiquitate, Titulo, ac per Antichriſtum Confirmatione, rebus omnino futilibus & nihilo

æſtimãdis. Ac ſuper his ſcripſit, quo mũdo notior eſſet utro-rumque fatuitas,

*Determinationes in eoſdem,* li. I. *Non poteſt oſtendi iure aliquo,*
*Ad rationes Hornebij,* li. I.

Cæterorum eius opuſculorum (ſi quæ ſint) nihil hucuſq; uidi. Eum ſimilibus armis tandem uicit Ioannes Hornebius, pro ſua ſecta ſignifer bellicoſus. Hęc anno a Chriſto redẽpto renato. 1373. pullulabant primum, ſub Edwardo tertio.

IOannes Horneby, Anglus, ad fanum Botulphi in Lincolnienſi comitatu Carmelita, inter Cantabrigienſis academiæ magiſtros ac ſupremæ facultatis Rabinos non infimum quoque locum habebat. Vt iſte audiuerit ſuã ſectam a Ioanne Stokes Dominicaſtro, arcte & grauiter in prædictis articulis impugnari, ad ferocia duella ſe ſtatim accinxit. Ac palæſtræ locum ingreſſus, ſtultiſſima ex ſuo Ariſtotele effutiuit argumenta, temerario ſtulto ſtultior ipſe repertus. Victorię tamen aſſecutus triumphum, in perpetuum aduerſus eiuſcemodi futuros hoſtes munimẽ, duplex a gymnaſij rectoribus obtinuit diploma, Ioãne Dunwico præſide. Et in fine produxit ad hominum futuram memoriam, totius rei geſtę ſeriem, quam uocauit,

*Defenſorium ſui ordinis,* li. ij. *Sane dici poteſt & ſatis cathol.*
*Pro parto Triumpho,* li. I. *Datus eſt ei decor Carmeli, Eſa.*
*Pro Sententiarum introitu,* li. I.
*Determinationes uarias,* li. I.
*Ordinarias quæſtiones,* li. I.
*Sermones ad populum,* li. I.

Ac eius farinæ alia. Quam otioſa fuerint hæc tempora, quãdo de rebus adeo friuolis tam acriter ſit dimicatum, perpendat ſapiens lector. Claruit Hornebius anno ab incarnato

Meſſia,

gymnaſio, contẽdentium theologorũ aſcriptus eſt numero, ingenioſus ſophiſticarum quęſtionũ diſceptator. Prouincialis ſui ſodalitij præpoſitus per uniuerſam Angliam & Cambriam effectus, conciones plures corã rege atque alijs regni primorib⁹ crebro fecit. At in multis interim ſerpentina aſtutia, traditę nobis a Chriſto ueritati contradixit. Hominumq; memorię per ſua commendauit ſcripta.

*Aduerſus Armachanum*, li.1.
*Ordinarias quæſtiones*, li.1.
*Poſtillationes ſcripturarum*, li.1.
*Conciones per annum*, li.1.

Præter hæc, apud eorũ hiſtoricos nihil uidi. Huius prodigioſa contra pium Armachanum ſcripta, in ſola fraterculorũ impudenti mendicitate collocant perfectionẽ chriſtianã. Claruit anno ab incarnato Dei uerbo. 1370. ſub Edwardo tertio.

THomas Ryngſtede, Anglus, ab opulenta rerum humanarum diuinarumque (ut tunc erãt) peritia famatus, Dominicanis ſodalib⁹ conſuetudine longa ſuperſtitioſe cõuixit. Ingenio enim et linguę perpolitę facundia, magnatum plurimos non ſolum oblectabatur, ſed etiã in ſui pertrahebat amorẽ. Docte reuera diſſerebat, quicquid in colloquijs obuenit, ſed ad Antichriſti potius quam Chriſti commodum ſemper. Poſt acquiſitum igitur ſcholaſticę theologiæ doctoratum, ob conciones (quas coram rege nonnullas fecerat) Bangorẽſis conſtituebatur epiſopus. Legalia cũ Euangelio carnalis pædagogus ſeruanda docuit ne Chriſti ſui ſit particeps chriſtian⁹ grex. Et ſubſequẽtia opuſcula latinis literarum characteribus dedit.

*Lecturam Sententiarum*, li.iiij.
*Placita theologica*, li.1.

*Commentarios in pſalterium,* li.1.
*In parabolas Salomonis,* li.1.
*Diſtinctiones Theologiæ,* li.1.
*Lectiones in ſcripturam,* li.1.
*Ad clerum Oxonienſem,* li.1.
*Prædicationes ſolennes,* li.1.

*In abditis parabolarum conuerſa,*
*Ab Aeona Poſſidonius Rhodius,*

Plures etiã utriuſq; inſtrumenti libros commentaſſe dicitur, qui ſparſim habentur in Anglorum Bibliothecis, eos tamen hucuſq; non uidi. Claruit anno a Chriſti Ieſu natali .1370. ſub Edwardo tertio, in ſua eccleſia ſepultus.

SErtorius Gualenſis, Anglus ſecundum Tritemium, ac totius Minoritanorũ inſtituti per Europam miniſter uniuerſalis, numero decimus nonus, anno dñi. M.ccc.lvi. in ſynodo eorum generali Maſſilię, ob illius eruditionem & famam conſtituebatur. Alij quidam arbitrantur iſtum appellari Fortanerium Vaſalli, & fuiſſe genere Aquitanum, quæ terra tunc ſub Anglorum regis fuerat ditione. In quinto hic pręfecturę ſuę anno, per Innocentium ſextum Romanorum pontificem, creatus eſt primo archiepiſcopus Rauennas, & poſtmodũ patriarcha Gradenſis, ac Romanæ curiæ Cardinalis preſbyter. Extant pręclara ſtudiorum eius monumenta, præcipue commentarij,

*In Auguſtinum de ci. Dei,* li.xxij.
*Quodlibeta diſputata,* li.1.
*Lectiones theologicæ,* li.1.
*Sermones ad utrũque ſtatum,* li.1.

Denique fertur in Bibliorũ libros uaria etiam lucubrauiſſe ſyntagmata. Sed hęc ſola a Frãciſcanorum ſcriptoribus ãnotata reperi. Anno præterea a communis ſalutis origine .1362.

affirmant

+ treatiſes, or ordinances.

affirmāt illū obijſſe, atq; in Italia ſepeliri. His diebus Hermā-nus quidā in ſuperiori Germania duos libros edidit, de fratrū mendicātium nequitijs, quos Eccleſiæ Lachrimā uocabat.

IOannes Roditon, ex Benedictinorum inſtituto monachus Anglicanus, multa ſui temporis doctrina inſtructus, raris & eximijs inter ſuos excelluit donis. Et licet Oxonium, illum emiſerit philoſophum ac theologum, ut in Scotorum geſtis narrat Ioannes Maior, libro primo, ca. v, Lutetia tamen Gallorum urbs maxima, multo abundantius ipſum nutriuit in eiſdem, Sed quid humanę inuentiones pręſtare poterunt ſcripturis? quid artes Ariſtotelicæ ad ſapientiam diuinam? quū cæcitas nihil miniſtret quam meras tenebras. Reliquit hic tandem ex ſuis laboribus talibus qualibus, hæc poſteris inſpicienda uolumina,

*Lecturam Sententiarum,* li. iiij.
*Replicationes ſcholaſticas,* li. I.
*Determinationes theologiæ,* li. I.

Et his ſimilia complura, Iſtum inter eos enumerat theologos Petrus Vincentinus, qui Deiparam tenent in originali macula conceptam. Claruiſſe uero fertur, anno ab incarnato Dei filio, 1370, ſub antedicto rege Edwardo.

STrodus Anglus, eodem in Scotorum geſtis Ioanne Maiore, et illo ipſo in libro teſte, ab Oxonio quoque prodijt ſophiſta ſubtiliſſimus. Omni enim impoſtrice doctrina armatus, pro Antichriſti regno aduerſus Wicleuum, tumentes attollebat criſtas. Octodecim argumentis ſophiſticis, & alijs poſitionibus iniquis, ueritatem nitebatur ſupprimere, Sed a gloria maieſtatis illius oppreſſus, in foueā cecidit quā parauerat, Ita quod poſthac nec cleri dotationē,

dominium,

dominium,cęlibatum, miſſas, horas, cęremonias,nec ſimile quidpiam fulcire poterat argutijs friuolis. Euomuit tamen ad poſteritatis corruptelam,

*Conſequentiarum formulas,* li.1.
*Sophiſmatum ſtrophas,* li.1.
*Sũmulas Logicales,* li.1.
*Poſitiones contra Wicleuum,* li.1.

Et alias adhuc perſimiles,tenebricoſi putei fęces,Paganicæ temeritatis flagitium eſſe tunc dicebant,Sodomitarũ cælibes, & omnem abijcere pudorem,ſacerdotes cõiuges ducere chriſtianas. Claruit Strodus anno chriſtianæ pietatis,1380,ſub rege Ricardo ſecundo.

EDwardus Tertius Anglorum rex,Edwardi ſecũdi filius ex Iſabella Philippi pulchri Francorum regis filia,poſt annos pueriles grauioribus ſtudijs ac moribus pectus conformauit regiũ.Huic principi ( inquit Polydorus ) abſque cæteris naturæ dotibus,cum primis formę dignitas ſuffragabatur,ingenium prouidum,perſpicax,ac mite.Nihil porro non ſapiẽter, non conſyderate agebat.Homo permodeſtus & frugi,illos ſũme diligebat,honoribuſque ornabat,qui probitate,modeſtia,ac uite innocentia alios antecederent.Nam Ioannem Wicleuũ eminentiſſimum eius ætatis theologum,ac Dei aduerſus impios organum,non eſt paſſus a malignãtibus Antichriſti miniſtris uiolenter opprimi.Sed illum ſapienter audiebat,protegebat,fouebat.Eoque in uinis ( kyriãdro teſte ) inter fęroces & indomitos Samariæ tauros,tutus ſemper euaſit. Autore autem Wicleuo,amiſit tũc in Anglia Romanus pontifex creãdorum epiſcoporum ius,& poteſtatem imperandi ſacrorum prouentuũ decimas ac Petri denarios. Decretumque fuit, ut

iudices ac procuratores cauſarum,non Normãnice deinceps ut hactenus,ſed Anglice loquerentur ad plebis commodum, ne amplius haberent interprete opus. Sed hęc tã ęgre Polydorus tulit,ut pertinacem & infamem hæreticũ Wicleuum uocaret,pręcipue,quod regi ante omnes ſũmum in cunctos ordinis præfectos imperium & ius tribuerit. Edidit rex iſte,

| | |
|---|---|
| *Leges populares,* | *li.1.* |
| *Immunitates magnæ chartæ,* | *li.1.* |
| *Priuilegia Viſimonaſterienſia,* | *li.1.* |
| *Ad Romanos pontifices,* | *epi.plu.* |

De alijs nulla eſt mentio. Militaris diſciplinę apprime ſciens erat,ut res ab eo geſtę teſtimonio ſunt. Ioannem Gallorum & Dauidẽ Scotorum reges una captiuos habebat. Caletum atque Beruicũ in manu forti cœpit ac tenuit, a Ludouico Bauaro Romani imperij uicarius conſtitutus. Vixit annos. lxv.regnauit.li.ac tandem obijt anno chriſtianę ſalutis.1377. apud Viſimonaſterium ſepulturæ datus.

RIcardus Lauynham, Anglus patria Sudouolcas, in Gyppeſwicenſi Carmelitarũ collegio a teneris annis educatus, perluſtratis Anglorum aliarũque regionum gymnaſijs, omni diſciplinarũ genere doctiſſimus euaſit. Vnde Oxonij gradatim ad theologici magiſterij euectus faſtigium,omnes Peripateticorum philoſophorum ac ſcholaſticorum ænigmatiſtarũ de facili diſſoluebat nodos. Diſſerendo enim acutus erat, & in dicendo facundus. Sed hoc male audit,& merito his dieb⁹. Quod ingenium tam fœlix ac bene natum,adeo fœdis & friuolis corruperit ſophiſtarum dogmatibus. Non ſolũ ab Euãgelica ueritate,his nebulis excęcatus,auditũ auertebat, immo

fideliſſimos

fideliſſimos illius pręcones, Wicleui diſcipulos, potiſſime Ioā nem Puruey, uirum chriſtiane eruditum, acerbiſſimis argutiorum pugnis & maledictis inſequebatur. Multa compoſuit iſte, de rebus diuerſis opuſcula, quibus uires ingenij oſtēdit,

| | | |
|---|---|---|
| *Sententiarum quæſtiones* | li. iiij. | *Quæritur utrum finis per ſe,* |
| *In Ethica Ariſtotelis,* | li. x. | *Sicut in dictis Pythagoræ leg.* |
| *Encomion uirtutis,* | li. I. | *Virtutem laudamus, Ethicorum,* |
| *Dictionarium ſcripturæ,* | li. I. | *Caſſiodorus ſuper Pſalmo,* |
| *In reuelationes Brigidæ,* | li. I. | *Derelinquetur filia Syon, ſicut,* |
| *Commentarios in Eſaiam,* | li. I. | *Ad ſingulare præconium prophe.* |
| *In Paulum ad Titum,* | li. I. | *Influentia ſpiritualis homini,* |
| *Clypeum paupertatis,* | li. iij. | *Pauperes fiducialiter requieſcent,* |
| *Contra hæreticos,* | li. I. | |
| *De fundatione ſui ordinis,* | li. I. | |
| *Quæſtiones ordinarias,* | li. I. | |
| *Sermones de tempore.* | li. I. | *Solutum eſt uinculum linguæ, Marcī* |
| *Sermones de ſanctis,* | li. I. | |
| *De inuentionibus rerum,* | li. I. | *Quoniam de rerum inuentione,* |
| *De futurorum euentu,* | li. I. | *In materia de euentu futu.* |
| *De proportionibus,* | li. I. | |
| *Summulas Logicales,* | li. I. | *Iuxta proceſſum Ariſtotelis,* |
| *De ſpeciebus argumentorum,* | li. I. | |
| *Sophiſmatum canones,* | li. xij. | *Conuerſio eſt tranſpoſitio,* |
| *De ſuppoſitionibus,* | li. I. | *Suppoſitio eſt ſtatio termi.* |
| *De inſolubilibus,* | li. I. | *Sicut nexus amoris quandoque,* |
| *Syntagmata rerum,* | li. I. | *Eſt ſciendum, quod quædam conſuīo.* |
| *De fallacijs,* | li. I. | *Fallacia eſt deceptio ſiue,* |
| *De potentijs actiuis & paſſi.* | li. I. | *Cum potentia cuiuſcunque rei,* |
| *De primo inſtanti,* | li. I. | *Ad cognoſcendum quando eſt,* |
| *De natura inſtantium,* | li. I. | |
| *De potentijs animæ,* | li. I. | |

| | | |
|---|---|---|
| De decem prædicamentis, | li.1. | Tractaturus de decem prædi. |
| De Anima quoque, | li.1. | Anima eſt actus corporis, |
| Vocabularium theologiæ, | li.1. | Cum difficultas uerbalis multum, |
| Cauſas naturales, | li.1. | Deus & natura nihil fruſtra, |
| Terminos naturales, | li.1. | Quæritur utrum diffinitio naturæ, |
| Compendium Metheororum, | li.iiij | |
| De cœlo & mundo, | li.ij. | Summa cognitionis naturæ, |
| Speculum Naturale, | li.viij. | Ne tedioſum ſit ſtudentibus, |
| Quæſtiones Phyſicorum, | li.viij. | Vtrum materia de ſe aliquem, |
| De ſcientia & ſenſu, | li.1. | Circa conſyderationem quare ſenſus, |
| De diſtantia planetarum, | li.1. | Nota quod ſecundum Aſtronomos, |
| De Identitate & diuiſione, | li.1. | Diſtinctiones ſunt ſeptem enume. |
| De regulis conſequentiarum, | li.1. | Omnis propoſitio affirmatiua, |
| Contra Ioannem Puruey, | li.1. | De ſacramento Euchariſtiæ di. |
| Excerptiones doctorum, | li.x. | Tullius de natura Deorum, |
| Quæſtiones ueſpereales, | li.1. | |
| Orationes ad clerum, | li.1. | |
| De arte obligatoria, | li.1. | Obligatio eſt oratio, mediante, |
| De conuerſione propoſitionum, | li.1. | Circa conuerſiones aliquarum, |
| De ſcire & neſcire, | li.1. | Scire multis modis dicitur, |
| Probationes propoſitionum, | li.1. | Conſequentia eſt antecedens & con. |
| De proprietatibus elementorũ, | li.1. | Præmiſſus eſt ſermo a nobis, |
| De exceptiuis & excluſiuis, | li.1. | |
| De ampliatiuis, | li.1. | |
| De finitis & infinitis, | li.1. | |
| Compẽdium Gualtheri Recluſi, | li.1. | In primo capite libri quem, |
| Annotationes in Tobiam, | li.1. | Notatur primo capitulo, quomodo, |
| Abbreuiationes Bedæ, | li.1. | Britannia, cui quondam Albion, |
| Hiſtoriam trium Magorum, | li.1. | Dicitur primo capit. quod ſicut, |
| Argumẽta in epiſtolas Hierony. | li.1. | In hac epiſtola reſpondet Hiero. |
| Ex Auguſtino de ciuitate Dei, | li.1. | |

Dicta

*Dicta Senecæ & Tullij,* li.1.
*Lecturas Oxonienſes,* li.1.

Et alia ſine certo numero, quæ in omnibus fere fratrum mē-dicantium Bibliothecis habebantur. Briſtollij tandem obijſſe fertur nondum ſenex ſed ætate florente, ubi Carmelitis præ-fuerat. Plęrique nihilominus ipſum ferunt, cum Simone Sud-bery Cantuariorum archiepiſcopo ac Ioannitarum magiſtro, a ſeditioſis interfectum, anno a Chriſti ſeruatoris ortu. 1381. dum eſſet Ricardo Anglorum regi a confeſſionibus.

IOannes Tompſon, Anglus, in Nordouolcarū patria de Tompſono oppidulo oriūdus, Lyn-nę in cœnobio Carmeli (ut uocant) habitum quoque induebat. Neceſſe non eſt, de hoc uiro narrare plura, quum in utroque Catalogo Ioā nes Tritemius de illo tanta dixerit. Vt quod fuerit in ſcrip-turis longo exercitatus ſtudio, & continua ueterū lectione eruditus. Eloquio clarus & ingenio copioſus, declamatorq́ ſermonum egregius. Ad iſtum plane obſtupeſco, quod Wi-cleuiſtarū tempore ſectarius ac magnus prædicator exiſtens, nullos in ſuis concionibus, certe perquam eruditis, ſicut nec in alijs eius opuſculis, Hęreticos taxauerit, pręter ſolos ſacer dotes Simoniacos. Abrahæ coniugium Ioannis Baptiſtæ uir gnitati pariſicabat, ac alia miranda per eam ætatem, docuit. Qui & dum eſſet Oxonienſis academię doctor, præclara hęc cudebat opuſcula,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | li. iiij. | |
| *Moralitates ſcripturæ,* | li.1. | *Pulſatus fratrum inſtantijs.* |
| *In Eccleſiaſticum,* | li.1. | *Prout recitat beatus Auguſtinus,* |
| *Lecturarum indices,* | li.1. | *Abyſſus quid ſit, & cui compa.* |
| *Poſtillationes in Ioannem,* | li.1. | *De uerbo ſpecialiter eſt notand.* |

| | | |
|---|---|---|
| *Directorium earundem,* | *li.1.* | *Abycere temporalia quid ſit,* |
| *Moralitatum indices,* | *li.1.* | *Abhominatur Deus ſex,ſcilicet,* |
| *Sermones de tempore,* | *li.1.* | *Exurget regere gentes,Roma.* |
| *Sermones de ſanctis,* | *li.1.* | *Ego mater pulchræ dilectionis,* |
| *Quadrageſimale quoque,* | *li.1.* | *Parce domine populo tuo,* |
| *Conciones ad clerum,* | *li.1.* | *Benedicite ſacerdotes domini,* |
| *Ex Redenaus in fulgentium,* | *li.1.* | *Abrahæ par erat coniugium,* |
| *Ex Treueth de tranſſformatis,* | *li.1.* | *Abbas a monacho ueneno occiditur.* |
| *De mirabilibus mundi,* | *li.1.* | *Lana terræ Abrahæ,quæ non,* |
| *Abbreuiationes doctorum,* | *li.plu* | |

Et alia nõnulla,quę nos latent.Claruit autẽ ãno poſt Seruatorem natum.1380,ſub Ricardo ſecundo Anglorũ rege.Eodẽ tempore ex eadem ſecta Guilhelmus Badby,Ioannis Lancaſtrie ducis confeſſor,effectus erat epiſcopus Wigorniẽſis,qui tamen diu non ſuperfuit.

GVilhelmus de Anglia(aliud ei cognomen,eius familię ſcriptores non tribuũt)ordinis Eremitarum diui Auguſtini,iuxta profeſſionis ſuæ uocabulum ſolitudinis amans,magnum ex eo ſanctitatis obtinuit nomen.In quodam diuorum illius ſectæ Catalogo reperi, quod iſte ſemel in corporis Chriſti pręſentia (inſufflatum a ſacrificulo panẽ idolatrę intelligũt) compulſus fuerit ſcriptis pręmonere ſuos Anglicos ſuper futuris in eos cladibus ab anno domini.M.ccc.lxxix.ad ultimos dies uſque,ob pullulantes ( ut dicebat) tunc hæreſes. Sed huiuſcemodi deliris credere,qui extra miniſteriũ uerbi, ſpiritu erroneo ſomnia diabolica portendũt, pluſquam fanaticum eſſet. Membranis denique ( ut ferunt ) dedit ad poſterorum cautelam futuram,

*Super futuris Anglorum malis* *li.1.*

Quod

Quod alia ediderit,non lego, Talia ſunt ſemper Satanæ commenta, ut ita ſuperſtitiones ſuas per hypocriſim alat, ac ueritati præcludat uiã, Claruit anno ſuperius memorato ſub Ricardo ſecundo, inter papiſticos ſãctos (Sabellico teſte) tandẽ ob impoſturas relatus.

HEnricus de Bury, Anglus natione, patria Sudouolcas, in Clarenſi cœnobio, fratrum Eremitarum diui Auguſtini (omiſſo Euangelio) profitebatur clauſtralis uitæ methodũ quoque. Huic ab ineunte ętate, animus ſemper ad literas erat, pro quibus obtinẽdis, præter Anglorum gymnaſia celebria, & exteras uiſitauit terras. Pariſijs enim theologici doctorat[9] inſignia, et in Anglia totius ordinis ſui regimen, prouincialis præpoſitus ſuſcepit. Ingenio acutiſſimus fuit, & ad declamandas e ſuggeſto conciones, ſed papiſtico more, paratiſſimus. Tandemque edidit ad nominis ſui perpetuandã memoriam,

*Lecturam Sententiarum,* li. iiij.
*Quæſtiones theologiæ,* li. I.
*Sermones de beata uirgine,* li. I.
*Sermones quoque de tempore,* li. I.

Atque alia id genus plura, licet nobis incognita, Hunc eorũ Catalogo aſcribit Petrus Vincentinus, qui affirmant Deiparã in originali peccato conceptam, Claruit anno a Chriſti natiuitate. 1380. ſub rege Ricardo ſecundo.

THomas Fyle, Anglus Dominicanorum fratrum cum cucullo propoſitum aſſumẽs, tales habebat ſub ipſis præceptores, quales tum ætas illa tũ ſecta tam exitialis germinabat, Succreſcẽtibus annis, in utraque diſciplina, humana & diuina

tantũ

tantum profecit, ut in gymnaſio Cantabrigienſi ad doctoratus gradum, & in ſede Eligenſi ad epiſcopatus apicem ſit prouectus. In declamandis certe ad plebem ſermonibus, & in diſputandis ad cleri cōmodum quæſtionibus, peculiare præ alijs multis ex Ariſtotelico ſpiritu tūc donum habebat, Ac deprōpſit tum demum opuſcula hæc pauca,

*Conciones per annum*, li. 1.
*Scholaſtica certamina*, li. 1.

Præter hæc nihil ab eius familiæ ſcriptoribus, eorum quę ediderit accepi. Claruiſſe autē fertur, anno uirginei partus. 1380. ſub Ricardo ſecundo Anglorum rege, regni proceribus ob prædicationes acceptus.

GValtherus Britte, Anglus, ex illa inſulæ parte, quæ ad occidentem uergit, natus & educatus, Ioanni Wicleuo Oxonij docenti, ob Apoſtolicum ſpiritum diſcipulus adhærebat fideliſſim'. Et uidens poſt eius obitum, quibus machinamētis ac technis ſubuertere rem Euangelicam hypocritæ peſſimi niterētur, arrepto mox calamo, uir inclytus uaniſſimis eorum conatibus obſtitit pro uirili. Oſtendebatque firmiſſimis rationibus ac ſcripturarum autoritate, quod rerum terrenarum poſſeſſionibus corrupti, non poterāt ęterne Dei ueritati uim non inferre, ut ſuis omnino cupiditatibus aduerſæ. Compoſuit igitur inter ingenij ſui opuſcula,

*Pro tollendis a clero poſſeßionibus*, li. 1.

In quo opere docet, inſaniſſimā illam eccleſiæ per excæcatos principes dotationem, matrem eſſe Simoniacæ peſtis, atque omnium iniquitatum & blaſphemiarum altricem. Claruit anno a redemptionis noſtræ initio. 1390. ſub rege Ricardo ſecundo.

Guilhelmus

GVilhelmus Wodeforde, Anglus, Minoritanæ factionis matæologus, & Oxonienſis acadæmię ſophiſticus doctor, a clero cum Iuda traditore conductus, pro Antichriſti regno aduerſus ueritatē arma ſuſcepit. Indocte doctus, & ſupra modum arrogans nebulo, cū Scoti ſui formalitatibus ac quidditatibus Ariſtotelicis, Wicleuum eſt aggreſſus in re ſacramenti, atque alijs eccleſiæ ritibus, Romana ſuperſtitione corruptis. Sed infœliciter nimis, & nō ſine aperta inſcitiæ ſuę nota cum mortuo Dei Apoſtolo pugnauit, quum præter ſophiſmata, hominum conſtitutiones, & mera mendacia protulerit nihil. Scripſit tamen ad Thomā Arundelum archiepiſcopum Cantuarienſem,

*Contra Wicleui Trialogum,* li.1.
*Contra.18.articulos eiuſdem,* li.1. *Reuerendiſſime pater, mādatis ueſtris,*
*Aduerſus Gualtherum Britte,* li.1.
*Determinationes Oxonienſes* li.1.
*De cōformitate noſtra ad chriſtū,* li.1.
*Quæſtionum.72 de Euchariſtia,* li.1.
*Pro damnando Wicleuo,* li.1.

Et nonnulla alia. Pro conſeruandis cleri poſſeſſionib⁹ ac decimis, præfatum parauit opus in Gualtherum Britte, & Ioanni Treneuaunt Herefordenſi epiſcopo dedicauit. Claruit anno ſalutis humanæ.1396. quo in Wicleuū deſipiebat. Hic ille eſt, quem ſuum patrem & magiſtrum iactitabat Waldenus in libro de ſacramentis, Ca.50.

GVilhelmus Cockiſſorde, Anglus, apud Nordouolcas ex ęde Lynnēſi Carmelita, et Cātabrigiēſis ſcholę magiſter pileat⁹, ſic a Ioanne Tritemio in utroq; laudatᷓ Catalogo, ut amplioríb⁹ pigmētis nō egeat. Vir erat (īquit) ī ſcripturis diuinis

*De incarnatione uerbi,* li.1.
*Sermones per annum,* li.1.

Dicitur & lecturas in ſcripturam edidiſſe plures, quas tamen non uidi. Pro ſui Antichriſti ſynagoga papiſticus ſatelles, Wicleui, immo Chriſti diſcipulos eſt inſequutus, ueruntamen non abſque nigro calculo. Claruit anno domini, 1390, Lynne tandem humatus,

IOannes Gaſcoyne, Anglus, egregia indole clarus, ac politiori literatura muſiſque a puero nutritus, Ciceronis facundiā in dicendo exprimebat. Sed uirtutis ſpem omnem ademit execrandum illud Antichriſtianæ legis ſtudium, ex quo tandem emerſit Decretorum ſeu papalium excrementorum Oxonij ſupremus magiſter. Et quum Ioannes Wicleuus in potenti Chriſti uerbo, eccleſiam eius ſponſam, ab idololatria manifeſta (quę quotidie in Euchariſtię miniſterio fiebat) chriſtianæ auocaret. Iſte ex. xij. primis eius doctrinæ cenſoribus unus ſub Cancellario Guilhelmo Berton, hęreſeos illum quā impie damnabat. Congeſſit tamen eleganti ſtructura Latine & docte,

*Vitam magni Hieronymi,* li.1.
*Aduerſus Wicleui dogmata,* li.1.

Et alia nonnulla. Dicebat Wicleuus, ludibrium eſſe Satanæ, Chriſtum per tranſubſtantiationem ſic impanari, & fieri papæ creaturā, quaſi nō ſuffecerit chriſtiano eū ſemel īcarnari. Claruit iſte anno a Chriſto nato. 1381, ſub Ricardo ſecundo.

IOannes Aſtone, Anglus, artium liberalium Oxonij magiſter, & primus in Chriſto Ioannis Wicleui optimi uiri diſcipulus, ſpreto Antichriſti profano dogmate, ſynceram Euangelij diſciplinam non

ſegniter apprehendit. Vir iſte eruditus & pius, ob liberam ueritatis aſſertionem,clero tandem præſentatus papiſtico,hæreſeos damnatur anno domini,M,ccc,lxxxij. dieque,xix. Iunij. Et quia detrectabat in,xxiiij,articulis,quos pie docuerat, Chriſtum uoce & ſcriptis Londini abnegare,ac ſponte affirmare in Euchariſtia eſſe accidens ſine ſubiecto, perpetuis carceribus adiudicabatur, Edidiſſe inter cætera a ſcriptoribus fertur,

*Contra uſurpationes cleri,* li.1.
*De recto uſu ſacramenti,* li.1.
*Rationem ſuæ fidei,* li.1. *Ego Ioannes Aſtone preſbyter,*
*Contra mendicitatem otioſam,* li.1.
*Ad plebem conciones,* li.1.

Hæc ſola protuliſſe illũ,ex eius articulis atque aliorum ſcriptis deprehendi. Quotidianis lachrimis ingemuit uir ſanctus damnabilem chriſtianæ plebis per Antichriſtos excęcationē. Et firmus in doctrina uerbi perſeuerauit ad exitum uſque,uir uere Apoſtolicus ac pius.

THomas Varoye, natione Scotus,non obſcuro genere natus,ſingulari morũ ac literarum educatione pro ſubeundis (ut poſtmodum euenit) in republica muneribus ſuccreuit. Erat iſte poſt longa liberalium artium ſtudia, doctor & pręppoſitus primus Bethwaliæ( ut habet Ioãnes Maior i libro ſexto,Ca.iiij.de geſtis Scotorum ) poetaque ętati ſuæ cõueniēs, hoc eſt,imperitus ac barbarus. At quamuis inconditum & agreſte ſit eius carmen,ob rerum ueruntamen geſtarum hiſtoriam,non uenit omnino contemnendum. Compoſuit utroque ſtylo,& proſa & metro,opuſcula diuerſa,pręcipue,

*De prælio Otterburnenſi,* li.1. *Muſa refert fatũ,fore ſcriptum,*

Rhithmos

*Rhithmos & odas,* li.1.

De reliquis eius editionibus hiſtoriographi tacent, Claruit anno a Chriſti incarnatione .1390. ſub Ioanne Stuarto Scotorum rege, quem permutato nomine, Robertum tertium appellant. Ioannis nomen (quod in ſcripturis Euangelij nũtio inuenitur dignum) præſtigioſi papiſtæ exoſum habent, ac infortunatum, immo ipſis formidandũ in regibus ſomniant. Vide Polydorum, Boethium, & Maiorem in eo delirantes.

Robertus Iuorius, Anglus, Londini ex Normãnorum mercatorũ ſtemmate fertur oriundus. Eſt enim in Normannia urbs eius cognominis antiquiſſima, unde auus illius, dum Anglis adhuc pareret, originem habuiſſe creditur. Iſte inter Carmelitas Londinenſes a pueritia conuerſatus, eruditionis ſuæ, qualis tunc habebatur in precio, experimentum dabat ampliſſimum. Denique poſt ſtudia tranſmarina Cantabrigiẽſis doctor, & uniuerſalis ſuę ſectę præſes ãno do. M. ccc. lxxix. uiceſimus ordinatus, peracta ſemper functionis cura, quod reliquũ temporis erat, id totum in explicandis ſcripturarum ſuo more codicibus inſumebat. Et ex pingui tãdẽ eius (ut aiuut) Minerua, hęc ſcripta promanabant,

*Super Eccleſiaſticũ,* li.1. *Sicut dicit beatus Auguſtinus,*
*Monumenta prouinciæ,* li.1. *Ad perpetuam rei memoriam,*
*Conciones ad clerum,* li.1. *Ecce homo. Ioannis. xix, Reuerẽ.*
*Sermones ad populum,* li.1.
*Lecturæ ſcripturarum,* li.1.

Extabant in Bibliothecis & alia eius opuſcula, ſed hæc ſola ſunt quę per inueſtigationẽ obtinui. Londini demũ expletis. xiiij. præpoſituræ ſuę annis, quinta die Nouembris mortem oppetijt, ãno redẽptiõis hũanæ, 1392, ĩ ſuo humatus cœnobio.

HEntiſberius Anglicus, teſte in Scotorum geſtis Ioanne Maiore Hadyntonenſi, libro primo, Ca v, dialecticus exercitatiſſimus, ab Oxonio primum prodiuit. Contentioſus iſte palpabilium tenebrarũ artifex, ſyllogiſando per demonſtrationes ſophiſticas, omnes alias ſcientias obſcuriores atq; cognitu difficiliores reddidit. De eo nempe infernalis Abyſſi fumo, exierũt Locuſtę ille formidabiles, magiſtri uidelicet noſtri ex omni monachorum & pſeudoſacerdotum genere, theologi ac iuriſtę, ut ſole perinique obſcurato, ueritati ſe opponerent, & per mortiferæ carnis ſapientiam, perditionis uiam aperirent. Pro animabus reuera excæcandis exarauit iſte,

*Sophiſmata ſubtiliſſima,* li.1:
*Dialecticam quandam,* li.1.
*Regulas Grãmaticales* li.1.

Et ſimiles corruptiſſimi ſui ingenij fęces. De eius Dialectica mentionem facit Ioannes Ludouicus Viues, in opere ſuo de corruptis artibus. Claruiſſe pręterea fertur anno nati Seruatoris, 1380, ſub rege Ricardo ſecundo.

THomas Wynterton, Anglus, ex Stanfordienſi Auguſtinianorum fratrũ collegio, in diocœſi Lyncolnienſi, philoſophus ac theologus, doctrinę ſuæ eminentia obtinuit, non ſolum ſupremæ facultatis Oxonij magiſterium, ſed & per totam Angliam eiuſdem familiæ Prouincialem prefecturam. Synchronos, ſeu paris ętatis iſte erat cũ Ioanne Wicleuo, atque ipſi a iuuentute quodãmodo familiaris, ſed in eum tandẽ grauiſſime ſtomachatus, quod in re ſacramenti negauerit eſſe per eorum tranſubſtantiationem accidens ſine ſubiectio. Exitium igitur quæſtubus ex miſſis timens, ſub Abſolutionis titulo ſcripſit,

*Contra Confeſſionẽ Wicleui,* li.1. *Sicut teſtãte Apoſtolo ad Roma,*

*De fide*

*De fide Euchariſtiæ,* li.1.
*Diſputationes theologic,* li.1.
*Conciones per annum,* li.1.

Sunt & alia ab eius ſectæ ſcriptoribus numerata, quę tamen ipſe non uidi. In libro aduerſus Wicleuū, decē habet concluſiones, decē perſuaſiones, & decem contradictiones, omnino ſophiſticas. Claruit anno Chriſti, 1382, ſub Ricardo rege prędicto.

IOānes Aſhwarby, Angl⁹, theologię magiſter Oxonienſis, atque in eccleſia eiuſdem urbis ad diuam Mariam uicarius (ut uocant) uir diſertus et doctus, Ioanni Wicleuo pijſſimo pręconi in plæriſque fauebat impenſe. Iſte tam in lecturis quam in concionibus publicis diſputator acutiſſimus, illius cauſſa quæſtuarios inſectabatur fratres, eorum mendicitatem otioſam eſſe probans atque damnabilem coram Deo. Iudicium (inquit) ſibi manducant & bibunt, qui tam impudenter ueros Chriſti pauperes ſuo iure ſic ſpoliant. Ex quo ipſum deinceps, fidei ſubuerſorem, ueritatis inimicum, ac Antichriſti pręambulonem nominabant, Edidit uir inclytus,

*Determinationes ſcholaſticas,* li.1.
*Ordinarias quæſtiones,* li.1.
*Placita theologica,* li.1.
*De triplici neceſſitate,* li.1.
*Contra mēdicitatem fratrum,* li.1. *Chriſtus enumerans in Euāgelio,*
*Aduerſus Ricardum Maydeſton,* li.1.
*Sermones ad clerum,* li.1.
*Sermones ad populum,* li.1.
*Lecturas ſcripturarum,* li.1.

*Cum operibus*

Cum operibus alijs. Plura declamabat in eos prælatos, qui Euangelij functionem negabant eis eſſe liberam, qui donum habent. Claruit anno ab exorta pietate christiana. 1380. & in ſenſiſſimum in his aduerſarium ſenſit Ricardum Maydeſton.

RIcardus Maydeſton, Anglus, in Roffenſi Cantiorū diocœſi oriundus, Ayleſfordienſis monaſterij Carmelita, plurimarum ſcientiarum ſtudioſus a iuuentute perſeuerauit. Poeta fuit ea tempeſtate non uulgaris, rhetor, philoſophus, mathematicus, ac theologus, ſed hæc omnia ſophiſtarum ſordibus deformabat turpiter. In Oxonieſi gymnaſio cōſtitutus doctor, cū Ioanne Aſhwarby doctore etiam theologo, pro fratrum mendicitate clerique iuriſdictione, diu literaria pugna papiſtice dimicabat. Ioanni Lancaſtriæ duci a confeſſionibus tandem, concordiam inter regem Ricardum ac ciues Londinenſes, anno domini, M. ccc. xciij. factā, hexametris pentametriſque uerſibus deſcripſit, ornatioribus certe quam pro tempore. Atque alia (quæ ſequuntur) in lucem emiſit,

| | | |
|---|---|---|
| *Super Sententias,* | li. iiij. | *Dux uirginitatis tu es, hier.* |
| *Quæſtiones ordinarias.* | li. 1. | |
| *Contra Ioannem Aſhwarby,* | li. ij. | *Vtrum Chriſtus in Euangelio enu.* |
| *De ſacerdotali functione,* | li. 1. | *An quilibet conſtitutus in ordine ſa.* |
| *Protectorium pauperis,* | li. 1. | *Conſtituit eū ſuper excelſam ter.* |
| *Contra Wicleuiſtas,* | li. 1. | *Fluat ut ros eloquium meum,* |
| *Sermones de tempore,* | li. 1. | *Refulſit ſol in clypeos aureos.* |
| *Sermones de ſanctis,* | li. 1. | |
| *In canticum Moſi,* | li. 1. | *Vir mitiſſimus propheta que præ.* |
| *Compendium Auguſtini,* | li. 1. | *Flores ex beato Auguſtino de ciuita* |
| *Concordiam regis & ciuium,* | li. 1. | *Tullius in laudē tantā ſuſtollit.* |
| *Ad clerum. xvi. cōciones,* | li. 1. | *Pulcherrima fœminarum elegi.* |

*Præcationes*

| | | |
|---|---|---|
| *Præcationes metricas,* | *li.1.* | *Kyrie eleyſon, miſerere, pater pie.* |
| *In Cantica canticorum,* | *li.1.* | *Exhauriri nequit diuina miſeratio.* |
| *Lecturas ſcholaſticas,* | *li.1.* | |

Alia adhuc multa edidit, ſed iſta ſolummodo apud autores & in Bibliothecis reperi. Ex hac uita tūdemum migrauit calēdis Iunij, anno a ſalutifero diuæ uirginis partu, 1396, Aylesfordiæ in ambulatorio ſui cœnobij ſepultus, ſub antedicto rege Ricardo.

PEtrus Stokes, Anglus, ex Hychinenſi Carmelitarum cœnobio in diocœſi Londinenſi emergens ſophiſta, non ſecus atque uulpes doloſa, uineam domini exercituum a Ioanne Wicleuo ſuiſque diſcipulis iam denuo rigatam, ſeu pijs monitis fotam, demoliri quærebat. Et inſtar ferocientis Sauli autoritate armatus regia, ſimulque Guilhelmi Curteney Cantuarienſis archiepiſcopi diplomate, Oxonium uenit fallaciarum magiſter, anno domini, M.ccc.lxxxij. cum eis diſceptaturus, & illos hereſeos dānaturus. Eius ſunt non mediocriter experti tyrānidem, Philippus Repyngdon, Nicolaus Herforde, Ioannes Aſtone, Laurentius Redenam, & alij, licet non ſine ingenti uitę ipſius periculo. Compoſuit uero inter cætera, ad Cantuarienſem archiepiſcopum,

| | | |
|---|---|---|
| *Contra Wicleui articulos,* | *li.1.* | *Pater in Chriſto reuerendiſſime,* |
| *Lecturam Sententiarum,* | *li.iiij.* | |
| *Bibliorum commentarios,* | *li.1.* | |
| *Replicationes lectionum,* | *li.1.* | |
| *Ordinarias quæſtiones,* | *li.1.* | *Vtrum uoluntas, recta ratione,* |
| *Præconia ſcripturæ ſacræ,* | *li.1.* | *Adiuua me, & ſaluus ero & medi.* |
| *Concluſiones. liiij.* | *li.1.* | *Nunquid præter diuinum adiutoriū,* |
| *Collationes uarias,* | *li.1.* | *Pax uobis, Ioannis. xxi. chariſſi.* |

BAnkinus Londinenſis, Anglus, in eadem urbe magnifica ad Septentrionalem Thameſis ripam natus, & in Auguſtinianorum fratrum æde illic celebri educatus, tandiu literis operam dabat, donec haberetur Oxonij ſupremę facultatis magiſter. Illico prodijt famatus apud uulgum uerbi diuini declamator, & ſcholaſticarum rixarum effictor acutus, Vehemenſque Wicleuiſtarū inſectator erat, & in antedicto pontificū & pharisęorum Londini concilio, quod Terręmotus ſubito exortus, diruptis paſſim domorum ædificijs, iuſtiſſima Dei uindicta dirimebat. Scripſit tamen poſtea,

*Contra poſitiones Wicleui,* li.1.
*Determinationes uarias,* li.1.
*Sermones ad plebem,* li.1.

Atq; alia longe plura, ut eorum chronographi tradunt. De iſtis duobus mentionem facit Thomas Waldenus in Zizaniorum ſuorum faſciculo. Vbi illum cōmemorat claruiſſe āno ab incarnato Dei uerbo, 1382, ſub rege Ricardo ſecundo.

GVilhelmus Berton, Anglus, theologiæ papiſticæ doctor, & Oxonienſis academiæ cancellarius, primus erat qui ſuperbiſſimum Romuli uicarium papam anteponens Chriſto, Ioannem Wicleuum ſeruum eius fideliſſimum ac theologum chriſtianiſſimū, hęreticum illic declarabat. Et iudex ueſanus cōſtituit ſuper eius doctrina ſyncera, cēſores duodecim, uiros nimirū improbos, & de Euāgelij ſimplicitate perperam ſentientes, ex mendicātium ordinibus ſex, atque ex alijs factionibus, theologis ac legis peritis totidē, Qui omnē in eū exercentes tyrānidē, phy

 tonico

tonico ſpiritu ducti, uocibus & ſcriptis ueritatem Dei dāna-
bant, ſaltem is Guilhelmus, quo cæteris calumniandi anſam
præberet, qui & edidit,
*Determinationes in Wicleuum,* li. 1.
*Super eius condēnatione,* li. 1. *Guilhelmus Berton Cancellarius,*
Quod alia adhuc ſcripſerit, Waldenus non prodit, qui tamen
huiuſcę ætatis facta, cæteris diligentius annotauit in Zizani
orum ſuorum faſciculo. Claruit anno poſt Seruatorem natū.
1381. ſub Ricardo rege prędicto.

ROBERTUS Humbleton, Anglus, a puero inter
Dominicanos commilitones degens, in gentiliū
philoſophorum diſciplinis, quæ callidam tunc
fouebant antiqui Serpentis aſtutiam, ſublimiter
ſe exercuit. Inde aſſutæ, ſeu potius male conſarci
tæ Lombardi theologiæ, Oxonij bacchalaureus effectus, con-
ſilijs impiorum pontificum & phariſęorum Londini, contra
chriſtiana Wicleui dogmata uerboſus bellator adfuit, ut au-
tor eſt Waldenus. Ex quo & ſimilibus pro Antichriſto faci-
noribus, in phariſaici magiſterij euectus cathedram, pro eius
regno pluſquam diabolico plæraque diſputauit. Conflauitq́
demum ex undique comparatis fæcibus,
*Summam theologiæ,* li. 1. *Incipiendum eſt a primis,*
*Aduerſus Wicleuiſtas,* li 1.
*Lectiones ſcholaſticas,* li. 1.
Cętera quæ edidit, nos latent. Claruit magnus in Ariſtoteli
ca theologia magiſter, et inter ſuos Dominicanos pręlector,
anno chriſtianæ ſalutis. 1390. & cum eo Ioannes Gylbert ex
eodem inſtituto epiſcopus Meneuienſis,

IOannes Tyſſyngton, Anglus, Seraphici Franciſci
Minorita, poſt artium prophanarum ſtudia, theolo
giam ſcholaſticā Oxonij profeſſus, ex Ariſtotelico
ſpiritu

ſpiritu ad Antichriſti commodum ſcripturas interpretabatur omnes. Iſte unus erat ex. xij. primis Wicleuiſticæ doctrinæ cenſoribus iniquis, qui anno domini. M. ccc. lxxxi. Oxonij in conuocatione Rabinorum ſub Guilhelmo Berton Cancellario, Hæreſeos pium hominem ac ueritatis inſtauratorem damnabant. Parum poſtea fatetur tamen in Euchariſtica confeſſione, magiſtros olim Pariſiẽſes, ſcilicet anno Chriſti. 1140. eſſe pro ſignificare in dominicæ cœne uerbis accepiſſe. Hic præter moleſtias quotidianas, quas mordax Locuſta, Dei ſeruis inferebat, crumenæ ex miſſis proſpiciens, euomuit tandẽ, ſub contrarię confeſſionis titulo,

*Aduerſus Wicleui cõfeßionẽ,* li. 1. *Semel confeſſus eſt filius Dei,*
*In re ſacramentaria,* li. 1.
*De confeßione auriculari,* li. 1.
*Diſceptationes ſcholaſticas,* li. 1.

Et eius farinę alia. Confitetur in præfato opere longe maiorẽ fuiſſe inter theologos cæcitatem citra Roberti Lyncolnienſis tempora, ſeu fratrum mendicantium originem, quam prius erat, atque id fieri diuina ultione. Ad mentem tamen non inde redit hypocrita, ſed anno a Chriſti Ieſu natali, 1392. in magna Stanfordienſi ſynodo fideles peſequitur.

GValtherus Dyſſe, Anglus, ætate iuuenili tam rudis erat atque literarum neſcius, ut uiliſſimo inter Carmelitas Nordouicenſes ab uno ad alterum diuenderetur. Ad ſe tandem inde reuerſus, ſcientijs aſſiduo labore tam profecit, ut Cãtabrigienſis academiæ doctor haberetur per ea tempora celeberrimꝰ. Nec apparuit illa tẽpeſtate quiſquã, qui ex Draconis potẽtia ĩ ſtudijs hũanis, tenebroſũ impietatis regnũ, ſub peſtilẽtiſſimo duorũ paparꝫ ſciſmate, fortius ſubleuauerit.

Ioanni reuera Lancaſtriæ & Aquitanię duci, Caſtellęque & Legionis regi, principi tunc potentiſſimo, ac reginæ ſuæ Conſtantiæ a confeſſionum erat ſecretis. Atque illis ita perſuaſit ut religionis cauſa (papiſmum intellexit) Hiſpanos cum Clemente quodam erga Papam Vrbanum ſextum rebelles armis opprimeret. Quod extemplo fecit, eius cruceato donatus uexillo, anno dñi. M.ccc.lxxxvij. In qua quidem expeditione, ſub dicto Vrbano & eius ſucceſſore Bonifacio nono a latere fit Gualtherus legatus, ut contra ſciſmaticos crucem ueluti in Turcas erigeret, in regnis Angliæ, Granatæ, Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, Portugaliæ, Cathalaniæ, Nauerræ, & in partibus Vaſconiæ, cęteriſque terris. In quibus omnibus, autoritatem per quatuor Bullas habebat, quinquaginta doctores ac totidem prothonotarios conſtituendi, prophanata ubique templa reconciliandi, & ſpurios quacunque uenere natos ad ſacra legitimandi. Compoſuit iſte Peripateticus Hercules, inter occupationes inutiles,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Theologiæ*, | li. 1. | |
| *Contra Lolhardos*, | li. 1. | |
| *De ſciſmate eccleſiæ*, | li. 1. | |
| *Sermones de tempore*, | li. 1. | *Hora eſt iam nos de ſomno*, |
| *Sermones de ſanctis*, | li. 1. | *Vidit gloriam Dei Acto. 7.* |
| *Ex Auguſtino & Anſelmo*, | li. 1. | *Accedere ad Deũ contingit*, |
| *In quoſdam pſalmos*, | li. 1. | |
| *Determinationes uarias*, | li. 1. | |
| *Ad eccleſiarum præſides*, | li. 1. | |

Cętera quæ congeſſit, mihi ſunt ignota. Hunc & perſimiles, id maxime tangit, quod Ioannes in Apocalypſi dicebat, Locuſtas ſcilicet ſimiles eſſe equis ad prælium paratis. Nordouici tandem mundo exceſſit. xxi. die Ianuarij. anno a Chriſto redẽptore nato, 1404. in ſui cœnobij honoratiori loco ſepultus reg.

tus, regnante Henrico quarto prædicti Ioannis filio.

THomas Maldon, Anglus, ab urbe natalitia in Oſtroſaxiæ comitatu ſic cognominatus, & illic a puero inter Carmeli fratrarios ſodales enutritus, cũ ſuperſtitioſis moribus peregrinas admiſcuit artes. Ab ipſis nihilomin⁹ excęcato ſuo ſęculo illuſtris, ĩ Cãtabrigiẽſi gymnaſio magiſteriũ in ſuperbiſſimo theologiæ gradu promeruit, ſpeculatiuæ ſcientię perſpicuum habens nomen. Tam in prælectionibus quam diſputationibus publicis, ingenij ſui uafriciem ex ſophiſticis Elenchis hubertim oſtendit, perſuaſoriæ prudentiæ peritus. Præpoſtere religioſus, egregie excolabat culicem, ut inde camelum deglutiret. Inſuper ſtylo ſcholaſtico ac barbaro, multa demum exarauit, præcipue hæc (quæ ſequuntur) opuſcula,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | li.1. | *Ad ſacræ ſcripturæ præconia,* |
| *Quæſtiones ordinarias,* | li.1. | *In præſenti lectura cooperante,* |
| *Determinationes theologiæ,* | li.1. | *Oſtendam tibi õne bonũ, Exo.* |
| *Quodlibeta quoque,* | li.1. | *Vtrũ Deũ eſſe, ſit a creatu.* |
| *Actus ueſpereales,* | li.1. | *Vtrum uerbũ diuinũ tẽporaliter* |
| *Bibliorũ introitum,* | li.1. | *Sicut exiſtentiæ plurimorum,* |
| *Lecturam in Geneſim,* | li.1. | *Secundum id quod dicit uenerab.* |
| *In pſalmos, xlviij. lectiones,* | li.1 | *Beati immaculati, in uia,* |
| *In Epiſtolam Iacobi,* | li.1. | *Exemplum accipite fratres.* |
| *Sermones, 36. de tempore,* | li.1. | *Ecce ego uenio ad te, &c,* |
| *Sermones. 34. de beata uirgine,* | li.1. | *Ecce homo erat in Hieruſalem,* |
| *Collationes ad clerum,* | li.1. | *Benedicat tibi dominus ex,* |

Apud ſuos eſt, ſi quid amplius ediderit, certe hæc ſola in eorum Bibliothecis uidi. Ex uita migrauit ãno chriſtianæ pietatis, 1404, in Maldonẽſi cœnobio (cui præfuerat) ſepultus, ſub Hẽrico quarto Anglorũ rege. Claruit per illud tẽpus Ioãnes

Swafham.

Swaſham ex eadem profeſſione Bangorenſis ep̄s.

IOannes Bromyerde, Anglus, ex ſupercilioſo Dominicanorum commilitio theologus & iuriſta, in Cantabrigienſi gymnaſio ſupremæ claſſis magiſter effectus, ſolenni iuramento promiſit, regni Antichriſti per ſcripturas defenſionem. Quod impigre ac celeriter cum ſocijs quibuſdā præſtitit anno domini, M.ccc.lxxxij. in Londinenſi papiſticorum Rabinorum ſynodo, quam manus diuina ingenti quodam & horribili Terræmotu tandem diſſipauit ad ſuam gloriam non modicam, ſeruorumque ſuorum pro tempore liberationem admirabilem. Ibi proculdubio omnia pijſſimi Wicleui ſuorūq; diſcipulorum, pro ſublimando Chriſti aduerſus papiſmum Euangelio, ſyncera dogmata reprobabant atque damnabant ſceleſtiſſimi impoſtores. Haſque latinis characteribus editiones Bromyerdus iſte commiſit,

*Summam prædicantium*, li.1.
*Summam iuris moralis*, li.1.
*Contra wicleuiſtas*, li.1.
*Diſtinctiones theologiæ*, li.1.
*Sermones de tempore*, li.1.
*Sermones de ſanctis*, li.1.
*Lecturas ſcripturarum*, li.1.
*Prædicantium uita ſecundum beatū*, *Quod in ſequenti opuſculo*,

Et alia nōnulla. Qui adhuc de iſto plura ſcire deſyderat, Waldenum in Zizaniorum faſciculo, ac Tritemium de eccleſiæ ſcriptoribus legat. Claruit autem uaria aduerſus Dei ueritatem fulminans, ſub Ricardo ſecundo Anglorum rege.

NIcolaus Gorham, Dominicani quoque inſtituti ac theologicæ profeſſionis ex Pariſienſi Sorbona magiſter, ab omnibus fere ſcriptoribus Anglus uociferatur. Solus ex illis quos uiderim, Leander Bononienſis

nienſis in quarto illuſtrium uirorum libro, Gallũ fuiſſe propterea tradit, quod maiorem uirilis ætatis portionem Lutetie conſumpſerit, Erat homo iſte in ſcripturis ſanctis (Tritemio teſte) locupletiſſimus, atque in alijs ſcientijs nobiliter eruditus, ingenij quoque dexteritate preſtans. Cæterum ſicut eũ non iudicio malum, quia tam profuſe diuina tractauit, ita nõ omnia eius dicta probo, quod in eo tenebrarum ſeculo extiterit, Nam licere illis diebus putabant, quiduis ex quouis inferre, atque in ſenſus uarios torquere ſimpliciſſimos ſcripturę textus. Explorandi ſũt ſpiritus, num ex Deo uel Mammona ſint? Hæc certe uolumina contexuit, non omnino abijcienda,

| | | |
|---|---|---|
| *Sententiarum commentarios,* | li.iiij. | |
| *In Pentateuchum Moſi,* | li.v. | |
| *In Eccleſiaſticum opus grande,* | li.1. | |
| *In Pſalterium Dauidicum,* | li.1. | *Laudationem domini loquetur os,* |
| *In Cantica canticorum,* | li.1. | *Benedictionem dabit legiſlator,* |
| *In Eſaiam prophetam,* | li.1. | |
| *In Hieremiam quoque,* | li.1. | |
| *In Euangelium Matthæi,* | li.1. | |
| *In Euangelium Marci,* | li.1. | |
| *In Euangelium Lucæ,* | li.1. | |
| *In Euangelium Ioannis,* | li.1. | |
| *In Epiſtolas Pauli,* | li.xiiij. | *Dedi te in lucem gentium,* |
| *Diſtinctiones rerũ theologicarum,* | li.1. | *Abeuntium per hunc gradum,* |
| *Themata ſermocinantium,* | li.1. | |
| *In Epiſtolas canonicas,* | li.vij. | |
| *In Apocalypſim Ioannis,* | li.1. | |
| *Sermones per annum,* | li.1. | |
| *Lectiones ſcholaſticas,* | li.1. | |

Fertur a ſuis, & alios compoſuiſſe tractatus, præcipue omnes fere Bibliorum libros commentaſſe. Sed hos ſolos operum

ſuorum titulos apud ſcriptores uidi. Claruit anno a cõmunis ſalutis origine, 1400, ſub Henrico illius nominis quarto, Anglorum rege,

IOannes Wellys, Anglus, Rameſienſis monaſterij ditiſſimi ſub Benedicti inſtituto monachꝰ, exhauſtis primum ex Chriſti hoſte Ariſtotele prophanorum dogmatum poculis, theologici doctoratus uaniſſimum faſtigium Oxonij ſuſcepit. Inde ut cedrus Libani ſuperbe exaltatus, contempto ęterno Dei uerbo, nimium gloriabat in uerbis mendacij, ueridicos ueritatis aſſertores odioſiſſime inſectando. Iſte proculdubio latrator ille rabidus erat, quem Ioannes Wicleuus in tertia parte ſuorum ſermonum, tacito eius nomine, nigrum canẽ tam ſæpe uocabat. Plura profecto aduerſus eundẽ Wicleuũ atque eius diſcipulos protulit aculeata ſcripta, ex quibus hæc reperi,

*Pro religione priuata,* li. 1.
*De ſuperioritate cleri,* li. 1.
*Super Euchariſtiæ negotio,* li. 1.
*Contra Nicolaum Herforde,* li. 1.

Pluraque alia cum pręnominato Petro Stokes aduerſus illos Oxonij determinabat, & in ſolo monachatu chriſtianæ uitæ ponebat perfectionem. Claruit ex primis Wicleui damnatoribus unus, anno ab incarnato Meſſia, 1382. ſub rege Ricardo ſecundo.

SImon Sothray, Anglus, ex celebri Benedictinorum monaſterio ad fanum diui Albani monachus, Poſt peregrina ethnicorum ſtudia, theologici nominis Oxonij Rabinatũ acquiſiuit. Ore rabido deſæuiebat & hic canis atrox, pro promouenda in eo Satanæ proſtibulo Antichriſti gloria, aduer-

ſus Wicleuum Euangelicæ doctrinę reſtauratorem fideliſſimum fortiter latrans. Nempe arguebat ex ſuo Ariſtotele, magnæ meretricis inebriatus poculo, immaculatam filij Dei legē ad hominum ſalutem non ſufficere, ſine ſuperadditis Romani Mahumeti decretis ac decretalibus. Et ex eius diſſipatis, ac ſine aqua ciſternis, demum produxit,

*De eccleſiæ autoritate,* li. I.
*De ſacramento corporis dominici,* li. I.
*Contra Wicleuiſtas,* li. I.

Et alia id genus nonnulla. Iſtum ſequebatur & alius eiuſdem īſtituti, de magno illo Dunelmenſi cœnobio monachus, plura in Wicleuum Oxonij euomens quoque. Claruere ſimul anno ab apparēte in carne Dei filio, 1382, ſub rege Ricardo ſecūdo,

IOannes Waldeby, Anglus, Eboraci non infimo loco natus, & inter Auguſtini Eremitanos fratres ad profeſſionem ſupſceptus, ſic tetricis profecit diſciplinis atque morib⁹, ut inter ſui temporis doctores præcipuus æſtimaretur. Erat profecto ſingulari linguę facundia ac ingenij Perſpicacis promptitudine per eam ætatem prędit⁹. Vnde illis atq; alijs naturę dotib⁹ adeo Eboracēſis eccleſiæ rabiniscomplacuit, ut defuncto Alexandro Neuyle archiepiſcopo, ipſum prę alijs omnibus in eius eligerent locū. Spe nihilominus hac fruſtrati, Thomam Arundelum Romani pontificis coempto ſuffragio, admittere cogebātur, eo ad archiepiſcopatum Dublinienſem propterea tranſlato. Compoſuit uero Ioannes, inter cæteras lucubrationes ſuas,

*Lecturam Sententiarum,* li. iiij.
*Quæſtiones ordinarias,* li. I.
*Placita theologica,* li. I.
*Determinationes Oxonienſes,* li. I.

*Conciones ad clerum,* li.1.
*Conciones uulgares,* li.1.
*Lecturas ſcripturarum,* li.1.

Cudebat & alia longe plura, quibus hubertatem ingenij oſtẽdit, In magno apud Stanfordiam Ricardi regis concilio, inter alios prælatos & hic quoque præſens erat, anno domini, 1392. Vbi Henricus Crompe Hiberniẽſis monachus, quod papæ & epiſcoporum iuriſdictionem, fratrumque indulta parum læſerit, alioqui papiſta, hæreſeos damnabatur.

THomas Colby, in Nordouico, orientalium Anglorum ciuitate celebri, Carmelitam induens, illis literarum ſtudijs (quibus tunc mundus gaudebat) impenſe ſe totum impẽdit. Poſt adeptũ uero in ſcholaſtica theologia Oxonij baccalaureatum, tranſmarina non abſque prouentu ex laboribus pingui, frequentabat gymnaſia, Vnde doctor tandem effectus, ex aſſidua prędicatione, Waterfordenſem ac Liſinorenſem in Hibernia epiſcopatum ſub rege Henrico quartę obtinuit. Tempore tã malo, inter omnes Antichriſti ſatrapas, in nullo (q̃d poterã ex ſcriptis percipere) Ioãnẽ Wicleuũ, aut alios tunc uerbi miniſtros hic lęſit, quamuis prodiuerit ex maligno illo litigiorum regno, Verũtamen poſterorum uſui, opuſcula hæc ſequentia reliquit.

| | | |
|---|---|---|
| *Præceptorium diuinæ legis,* | li.1. | *Reuerendi mei, mandata diuina.* |
| *Collectanea ſacrorum dogmatũ,* | li.1. | *Auguſtinus quinto de ciuitate,* |
| *In orationem dominicam,* | li.1. | *Septies in die laudem dixi.* |
| *Super Miſerere mei,* | li.1. | *Chariſsimi, legitur, 2. li. Regum,* |
| *Conciones, ſacras,* | li.1. | *In domo tua oportet me ma,* |
| *De eccleſiæ ſynceritate,* | li.1. | *Dux fuiſti in miſericordia popu:* |
| *Lectiones ſcripturæ* | li.1. | |
| *In Geneſim indices,* | li.1. | |

*In dialogum Gregorij,* tab.1.
*In paſtorale eiuſdem,* tab.1.
*In homelias quoque,* tab.1.
*In Auguſtinum de Trinitate,* tab.1.
*In eũdem de uerbis Apoſtoli,* tab.1.
*In quæſtiones.83.eiuſdem,* tab.1.
*In Polycraticon Ioã.Carnotẽ.* tab.1.

Atque opus illud eximiũ fratris Guilhelmi Sengham de fide & legib⁹ indicę decorauit,multaque alia fecit.Et hęc omnia cõpleuit anno nati Seruatoris Ieſu.1406.ſub Henrico Anglorũ rege prędicto,in epiſcopatu tãdẽ (ut fertur) ſepultus.

IOannes Marre,Anglus,tribus paſſuum millibus a Doncaſtrio in Eboracenſi comitatu ad pagum ſui cognominis natus,in Doncaſtriẽſi cœnobio adoleſcẽs,Carmelitanę obſeruatoni perpetuo ſe cõmiſit.Iſtum inter eccleſiaſticos ſcriptores commemorans Ioannes Tritemius,Marronem cognominat,atque eũdẽ in utroque Catalogo iactitat tã ſcripturis eruditũ quã philoſophia ſubtiliter doctũ,ingenio præſtantẽ ac diſputatorẽ egregiũ.Permulta ipſe fallaciarũ & deceptionũ magiſter,in Oxoniẽſi Paleſtra literaria,in optimũ Wicleuũ tẽtabat,ſed parum fœliciter,ad lydiũ lapidẽ iam ductus. Protulitque tandem ex uafro uerſatilique ſuo ingenio,

*Lecturam Sententiarum,* li.iiij.
*Tabulam originalium,* li.1. *Abſcondere. Nota qualiter abſcon.*
*Compendium originalium,* li.1. *Supereminente uirginis Mariæ,*
*In epigrammata Martialis,* li.1. *Aethereas laſciuæ cupidinis,*
*Contra Wicleuiſtas,* li.1.

Sparſim habẽt in Bibliothecis,et alia ei⁹ ſcripta,quę nõ uidi. Doncaſtrij demũ uita deceſſit,xviij.die Martij,ãno a Chriſti

natiuitate.1407. i choro ſui collegij ſepultus, ſub Hērico Anglorum rege, eius nominis quarto.

MArſilius de Ingelne, natione Anglicus ſecundū Tritemium (Italum potius crederem) uir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſęculari philoſophia nobiliſſime doctus, Heydelbergenſe gymnaſium plantabat primus. Quod dux Bauarię ac Rheni palatinus comes Robert⁹ inſtituēs, magnifice poſtea dotauit, & priuilegijs Vrbanus ſextus Romanus pontifex Pariſijs æquauit. Canonicus ille olī erat (Wimphelingio teſte) & diui Andreę apud Agrippinā Coloniam theſaurarius. Adulterinę uniuerſitates illis diebus, ſub ſui Ariſtotelis cenſura, ueritatem atque nuſquam menſurāda ęterni Dei conſilia idololatrice ponebant, diabolū aduerſus Chriſtum erigentes. Edidit iſte improbæ lectionis opuſcula, quę Heydelberge habentur, uidelicet,

| | |
|---|---|
| *Quæſtiones Sententiarum,* | *li.iiij.* |
| *Dialecticam quandam,* | *li.1.* |
| *Commentarios Phyſicorum.* | *li.viij.* |
| *De generatione & corrupti,* | *li.iiij.* |
| *Commenterios in Ariſtotelem,* | *li.plu.* |
| *De religione clericorum,* | *li.1.* |

Et quędam alia nobis incognita. Naturæ neceſſitati ſatiſfecit tādē anno a Chriſto incarnato.1394. & .xiiij. calēdas Septembris Heydelbergę ad diuum Petrum ſepultus. Ad quam prius fuerat ex Pariſiorū Lutetia, pro conſtituendo gymnaſio uocatus.

GVilhelmus Egumonde, Anglus, chriſtianę fœlicitatis non minimam partem in ſectis eſſe credens, diui Auguſtini amore parentibus relictis, in ęde Stāfordienſi Eremitanorum fratrum ſe dedidit inſtitutis.

Literarum

Literarum poſtea tam diuinarum quã profanarum ſtudioſ⁹, tandiu frequentabat Anglorum gymnaſia, donec eſſet ſupremę claſſis, theologici ſcilicet ordinis, pileatus magiſter. Splendidiorem adhuc quærens titulum, ut eo dignior haberetur in uulgo, fit Romani pontificis diſpenſatione Piſſinenſis epiſcopus, ac Lincolniẽſi põtifici a ſuffragijs. Congeſſit iſte ad poſterorum memoriam,

*Replicationes ſcholaſticas*, li.1.
*Sermones ad plebem*, li.1.

Si aliud quicquam adhuc ediderit, ignoro, quum non ſit ab eius familię ſcriptoribus manifeſtum. In His enim pręter hominum ſomnia, nihil fere protulit. Claruiſſe fertur anno a Chriſti Seruatoris ortu. 1390. ſub rege Ricardo ſecundo.

PHilippus Repyngdon, Anglus, regularium Canonicorum diui Auguſtini ad Leyceſtrienſe monaſterium Abbas, & Oxonienſis acadæmię theologicus doctor, Ioãni Wicleuo magiſtro integerrimo dicipulus adhęrebat. Animoſe deinceps in cleri corruptiſſimos mores ac dogmata tyrãnica, tam in ſermonibus quam lecturis publicis ſtrenue inuehebatur. Aduerſus Romanum Pharaonem, hominum traditiones, fratrũ mẽdicabula, ſacerdotum prouentus, decimas, miſſas, auricularem confeſſionẽ, & ſi quid ſimile erat, plura Oxonij diſputabat, fauentibus ei una cum cancellario Roberto Rigge, etiam acadæmię ſubrectoribus. Et interim ſcripſit,

*Defenſorium Wicleui*, li.1.
*Pro eius doctrina ad mores*, li.1.
*De ſæculari dominio*, li.1.
*Sermones ad utrumque ſtatum*, li.1.

Atque alia. Antichriſtorum tandem & blanditijs & minis fatigatus

IOannes Puruey, Anglus, liberalium artium eru ditus Oxonĳ magiſter, & ardētiſſimus Wicleui prę dicti dicipulus, ſecundum ea quæ ex ſacro Dei Euā gelio pie docuerat, quam ſynceriſſime uixit, Nulla tūc erat in uſu diſciplina, quam ille ad unguem nō habuerit cognitam. Puriſſimus pręterea fuit contra prædictarum fa, cultatum profeſſionem Theologus, legumque ſcientia, etiam eleganti uerborum ſtructura, peritus. Aduerſus Satanę ſyna gogam, Romanam ſcilicet eccleſiam in Chriſti ſpiritu plæra- que dicebat, Vt quod ex fœda ſuperſtitionum eius colluuie fuerit Meretrix illa magna in Apocalypſi, ſedēs ſuper aquas multas, & incredibili tyrānide atque hypocriſi chriſtiana ſe, ducens regna. Ex quo tandem per Thomam Arundelum Cantuarienſem archiepiſcopum captus, & in Saltwodenſi caſtro horribilib⁹ tormentis cum relapſo Nicolao Herforde cruciatus, anno domini. M. ccc. xcvi. articulos. vii. Iondini in ſynodo & ad crucem Pauli abiurauit publice. Emiſit nihilo minus ad communem chriſtianæ plebis utilitatem docte & eleganter,

*De oratione ſoli Deo dirigenda* li. I.
*Cōcordiā ſcripturarū & canonū* li. I.
*De obliquo ſtatu cleri,* li. I.
*De libera uerbi fūctione,* li. I.
*Symbolum ſuæ fidei,* li. I.
*Pro doctrina Wicleui,* li. I.
*Ad regem & concilium,* li. I.
*Ad parliamētū Angliæ,* li. I. *Prima cōcluſio hæc eſt, quod quādo,*
*Reuocationē. vĳ. articulorum,* li. I. *In Dei nomine, Amen. Ego Ioannes.*
*Commentarium in Apocalypſim,* li. I. *Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta,*
*De Euchariſtiæ profanatione,* li. I.
*Contra cleri poſſeſſiones,* li. I.

*In Antichriſti ſynagogam,* li.1.
*De ueris ſacramentis,* li.1.
*De uerbi diuini efficacia,* li.1.
*De poteſtate clauium* li.1.
*De uotis & mendicitate,* li.1.
*De miniſtrorum correctione,* li.1.

Et id genus alia ſuis lectoribus reliquit. Ex repetita Euangelicæ ueritatis aduerſus hypocriſim doctrina, arctę denuo mãcipatus cuſtodię, anno uirginei partus 1421. ſub Hẽrico Chycheley antedicti archiepiſcopi ſucceſſore, incommoda multa et magna pertulit, ut habet in utroque opere Thomas Waldenus. Sed quem finem habuerit, non legi.

IOannes Wrotham, Anglus, Londinenſis diocœſeos & cœnobij Carmelita, magnos ętatis ſuę theologos ſcientijs tunc anxie quæſitis adæquabat. Oxonij nempe non infimæ ſortis magiſter, ingenij & eloquij dexteritate, lecturis in ſcholaſtica ſpeculatione publicis, longo præfuit temporis interuallo. Multo flagrantius tamen concionandi functionem interim obibat, naturali facundia pollens. Quod luce clarius manifeſtant conſcripta ab eo uolumina, multa & præclara, ſtylo quamuis barbaro. Commune non minus hic malum habebat ſui temporis Rabinorum Babylonicorum. Nõ enim ſinebat ſine Ariſtotele, excelſi Dei dicta ſufficere. Edidit uero ad poſterorũ lectionem, ut & poſt mortem per literas loqueretur hominibus,

*Lecturam Sententiarum,* li.iiij. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi,*
*In Cantica canticorum.* li.1. *Quoniam rationi conſonum eſſe di.*
*Sermones hyemales,* li.1. *Apparuit benignitas & huma.*
*Sermones æſtiuales,* li.1. *Scientes quia dominus eſt, Ioan.*
*Quadrageſimales ſer.xxi.* li.1. *Paraſti lumẽ ad reuelationem,*

Conciones

*Conciones.xij.de beata uirgi.* li.1. *Nomen uirginis Mariæ, Luce.1.*

Atque in ſcripturas commentarios quamplures reliquit. Caleſij tandem (quod Plinius & Strabo Caletum appellant, Cæſar ac Volateranus Iccium portum) decimo calendas Martij finem uitæ accepit, anno Seruatoris noſtri .1407. in cœnobio (cui inibi præfuerat) ſepultus, ſub rege Henrico quarto.

STephanus Patrington, Anglus, ex Eboracenſi dioœceſi Carmelita quoque, poſt theologici doctoratus faſtigium, totius ſuæ ſectæ per uniuerſam regionem uiceſimus tertius gubernacula ſuſcepit, atque ad. xv. annos ſuperſtitioſe ſatis tenuit. Henrico Anglorum regi quinto, dum adhuc uiuente patre Galliæ princeps eſſet, reginæ ac alijs regni proceribus, a confeſſionum ſecretis hic erat, & Oxonij contra ſciſmaticos (ſic Euangelicos papiſtæ uocabant) a regia commiſſione. Conſtitutus tumdemum Meneuienſis ſeu ad ſanctum Dauidem antiſtes, in ea permanſit uocatione, nec acceptare poſtmodum uoluit Ciceſtrienſis epiſcopatus electionem ei gratis oblatam. Poſteritatis interim non immemor, hæc inſyncera ingenij ſui monumenta in magnis uoluminibus reliquit,

| | | |
|---|---|---|
| *Commentarios Sententiarum,* | li.iiij. | *Patres in Chriſto reuerendi atque,* |
| *Repertorium argumentorum* | li.1. | *Quod uiator non poteſt per ali.* |
| *De ſacerdotali functione lect.* | li.1. | *Opus fac Euangeliſtæ.2. Timoth.* |
| *Contra Wicleuiſtas,* | li.1. | |
| *In Paulum ad Titum,* | li.1. | *Hanc epiſtolam ſcripſit Apoſtolus,* |
| *Contra Nicolaum Herforde,* | li.1. | *Illuſtriſſimo principi ac domino,* |
| *Sermones.lxxij.de tempore,* | li.1. | *Oſanna in excelſis, Marci.11.* |
| *Sermones de ſanctis,* | li.1. | |
| *In Aeglogas Theodoli,* | li.1. | *Aethiopum terras & cet. Aeſtas fer.* |
| *In Aeſopi fabulas,* | li.1. | *Quæ alteri commodauit, repetere,* |

*Quæſtiones ordinarias,* li.1. *Vtrū ōris clericus exiſtens,*
*Collectanea quędam,* li.1. *Quis eſt iſte qui uenit de.*
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1. *Frater Stephanus Patrington,*

Feruntur & alia eius opuſcula in diuerſis mendicantum fratrum Bibliothecis, ſed hęc ſola uidiſſe contigit. Londini ab hoc ſęculo migrauit tādē, āno a Chriſto nato.1417. ac decimo calēdas Octobris, apud ſuos Carmelitas in chori medio, ſub Hērico quinto ſepultus. Eodē anno obijt Robertus Maſcall epiſcop⁹ Herefordēſis, & in ſequenti Thomas Peuerell epiſcopus tā Landauēſis quam Wigornienſis, eiuſdem inſtituti.

Ricardus with, Anglus, ſacerdos doctiſſimus, Wicleui etiam Euangelici doctoris obſequētiſſimus diſcipulus, & concionator inſignis plura in Heliæ ſpiritu aduerſus Antichriſti regnū docte docebat. Et ex Salomonis prouerbijs hoc pro generali fundamento utebatur, quod impiorum uictimæ abhominabiles eſſent Deo. Indeque eliciebat, nullum ſymoniacū, ſcortatorē, aut idololatram in uera Chriſti eccleſia fore ſacerdotē, nec timendas eſſe uero chriſtiano papæ excōmunicationes. Ipſum propterea hereticorū ſuorū catalogo aſcripſit Bernardus Lutzenburgus, indoctiſſimus aſinus. Compoſuit homo inſigniter eruditus, polite ac nitide,

*Contra ueneratores imaginū,* li.1.
*Reſponſa.xiiij. articulorum,* li.1. *In primis imponitur mihi,*
*Conciones uulgares,* li.1.

De alijs nulla eſt apud ſcriptores eius ætatis mentio. Iudici pręſentatus tandem, nihil (quod ſcriptura probat) retractare uoluit. Claruiſſe uero narratur, anno ſalutis humanæ.1390. ſub Ricardo ſecundo Anglorum rege.

Guilelmus

GVilhelmus Thorpe, ex Septentrionali Anglorum patria preſbyter, & liberalium artium Oxonięſis magiſter, ad triginta & ampli' ānos Wicleui doctoris perſeuerauit diſcipulus fideliſſim'. Erat hic homo externo habitu ſimplex ſed Apoſtolicæ doctrinę quæſitor, ac Euangelij publicator ſuo tempore ſyncerus, neque aliter uixit, quam pie ac religioſe docuit. In uincula tādem ob prædicationes chriſtianas, anno domini. M.ccc.xcvij. per archiepiſcopum Cantuarięſē Thomam Arundelū Londini coniectus, eo per regem patria pulſo, a Lōdinēſi ſtatim antiſtite Roberto Braybroke, amicorū pręcibus liberabatur. Vnde fabricabat uulgari ſermone, præter eruditas conciones.

*Ad impoſitos ſibi articulos,* li. 1. *Dominus deus qui ōnia nouit,*
*Teſtamētū uitæ ultimum* li. 1. *Matthæus Apoſtolus Chriſti &c.*

Gloſſulas quoque paruas in pſalteriū & alia. Demū Salopiæ & Cantuariæ, in carceribus grauiſſime per Antichriſtos affligebatur, Atque poſt examinationem priuatam, anno a redēptionis noſtræ initio, 1407. & in Auguſto (ut produnt autores) in caſtro Saltwodenſi per prędictum Thomam occulte necabatur.

IOannes froſſardus, patria Hannonius, Morinenſis ſeu Tornacenſis eccleſię canonicus, inter eos qui magnorum principum ac populorum geſta commemorant, eminere uidetur plurimum. Incidit in tempus, omnium (quæ pręceſſerant) ex ſectarum incrementis & pontificum ſciſmate nocētiſſimum, eoque diligentius atque conſyderatius his noſtris diebus ex eius hiſtoria penſitandum. Quinetiam quo uerius omnia ſcriptis ad fide dignum traderentur chronicon, principum præcipue Anglicorū, ex Philippæ Hānonięſis Edwardi regis ter

tij cõſortis conſuetudine, familias diu multũque ſequutus, tam uiſa quam audita in chartas bona fide retulit. Mandauit hic hominum memoriæ, ſed ſermone Gallico, dedicauitque reginæ Philippæ,

*Sui temporis res geſtas,* li.iiij. *Vt illuſtres ac celebres conatus,*
*De Philippa regina,* li.I.

Incipit præfatum Chronicon ab Edwardo tertio Anglorũ rege, ãno domini.1326.duratq; per.lxxiiij.ãnos ad Henricum quartũ uſque, ãnũ uidelicet.1400. Quod in Anglicũ idioma tranſtulit, nobiliſſimus eques auratus Ioãnes Bourchier dominus de Berners, & hac ætate noſtra Ioannes Sleidanus Gallus ad breuiſſimum compendium latine traduxit.

RObertus Roſe, Anglus, ab adoleſcentia literarum ſtudijs incaleſcens, Nordouicẽſes in orientali iſulę regione Carmelitas, illorum cœnobiarcha ſcientijs uarijs undique cõparatis auxit ſplendide. Eruditionis tam amplum erat ei nomen, dum Oxonij uerſaretur, ut inſignem inde ſupremi magiſterij deportauerit titulũ. Interpretatiuę theologiæ magis addictus, fere omnem illi impẽdebat operam, nec quemquã ex purioribus uerbi miniſtris Wicleui diſcipulis inter litigioſos Babylonici regni ſophiſtas læſit, ut ex operibus pulcherrime ſcriptis cõſtat. Compoſuit enim ad futurã nõis ſui memoriã ĩ magnis uoluminib9,

*Commentarios in Geneſim,* li.I. *Ad imaginẽ quippe Dei factus,*
*In Exodum.* li.I. *In Geneſi nãque, quæ eſt primus,*
*In Leuiticum,* li.I. *Nũc ſpiritualẽ intellectũ exigi,*
*In Eccleſiaſticum,* li.I. *Beatus Auguſtinus in ſuo libro de*
*In Paulũ ad Titum,* li.I. *Erudi filiũ tuum, ne deſperes,*
*De naturis animalium,* li.I. *Equa impræ gnata, ſi odorauerit,*
*Sermones & lecturas,* li.I.

*Alia quoque*

Alia quoque multa congeſſit, in Bibliorum libros pręcipue, ſed hęc ſola pulcherrime exarata in Bibliothecis eorum uidi. Nordouici tandē extremum obijt diem, anno a Chriſti incarnatione, 1420. die, xvi. Decembris, in æde ſua ſepultus, ſub rege Henrico quinto. In qua circa idem tempus obijt Ioānes Leyceſtre, Smyrnēſis archiepiſcopus ex eodem inſtituto.

IOannes Luck, Anglus, Oxonij doctor ī theologia ſcholaſtica, & maioris eccleſiæ inibi præpoſitus, ex Wicleuiſticę doctrinę poſtremis cenſorib⁹, ac hęreticæ (ut uocant) prauitatis magiſtris, unus habebatur, anno domini. M. cccc. xij. ſub Thoma Arundelo Cantuarienſi archipræſule. Et ſequenti anno in Londinenſibus pręlatorum aduerſus Chriſtum comitijs, ſuæ uillicationis iniquę rationem reddidit, denuo collectis ex Wicleui operibus, 266. articulis ſcandaloſis, & mollibus magiſtorū noſtrorū aurib⁹ offenſiuis. Iſtū narrat Waldenus, iugi ſcripturarū ſtudio, atq; acutiſſimis diſputationum certaminib⁹ exercitatum, ac ſtrenua demum diligentia, hęc ſcilicet opuſcula cōtexuiſſe,

*De ſcripturarum ambiguis,* li. 1.
*Diſſertiones ueritatum,* li. 1.
*Dialogos ad Waldenum,* li. 1.

Et nōnulla alia. Diſputatorijs epiſtolis plęrūque cū iſto egit præfatus Waldenus, illum interim uocans ſuū dominū & magiſtrum, manu fricans manum. Claruit āno redemptionis humanæ. 1420. ſub Henrico quinto Anglorum rege.

THomas Rodburne, Anglus, Oxonienſis magiſter & epiſcopus Meneuienſis, non modo fortunę, uerū animi dotibus tā erat ornatus quoq;, ut apud ſuæ gentis proceres magnā ſibi cōciliauerit beneuolētiam & gratiā. Nam adoleuit in eo, cū probitate

cum probitate morū, multarū rerum ingens cognitio. Soler-
tis ingenij pollebat lumine, ac inuentionis acrimonia emine-
bat plurimum. Inde poſt uariam literarum ſupellectilem, ad
hiſtoriam (quæ omnium mundi rerū eſt magiſtra) ſe accinxit,
ut fructus ex ea ad communem reipublicæ utilitatem tandem
produceret. Quod copioſe ſuo tempore fecit. Ad ornamētū
enim ſuæ nationis, & ad recreādos mortaliū animos ſcripſit,

*Chronicon perpulchrum*, li.1.

Nihil aliud ab hiſtoricis edidiſſe memoratur. Multa in præfa
to opere narrat hic ſcriptor, de quibuſdam regni primorib',
& eorum ſepulchris, quæ plane ab alijs omittuntur. Claruit
cum prædicto Ioanne impius ſcriptorū Wicleui iudex, anno
Chriſti 1412, ſub rege Henrico quarto.

IOannes Oldecaſtell, Anglus, armatæ militiæ
auratus eques, & regulus ſeu dominus de Cob-
ham, Wicleuo doctori coniunctiſſimus olim
diſcipulus, plura in clerū papiſticum audacter,
ac libere, ſynceriore doctrina pullulante protu
lit. Vir certe nobiliſſimus hic erat, ingenioſus, erudit', & elo-
quens, quique ſæpius in publico regis parliamento proceri
bus perſuaſit, quod Anglici regni commodo eſſet maximo,
ſi Romani pontificis imperium Oceano terminaretur, & nihil
iuris in eos deinceps haberet. Multaque dicebat aduerſus mo
nachorum & ſacerdotum ſodomiam, luxum, faſtum, auaritiā,
hypocriſim, atque idololatricos cultus. Vnde irruentes in eū
tauri pingues Baſan, hæreſeos ipſum in eorum ſynodo dam-
nabant, anno domini M.cccc.xiij. menſe Octobri, ac ut regiæ
maieſtatis reum in arcem Londinenſem coniecerunt. Confla
uerat Anglico ſermone aduerſus eorum errores.

*Ad parliamentum Angliæ*, li.1.

Agricolæ

*Agricolæ quærimonias,* li.1. *Ieſus Chriſtus qui erat de uirgine,*
*Symbolum ſuæ fidei,* li.1. *Sit pijs omnibus notum,quod anno,*

De alijs non legi quicquam,Ex turre Londinenſi per noctē elapſus,in Cambriam cum pluribus aufugit,ſuos ibi aduerſa clerum adaugens conatus,Sed denuo poſt quadriēnium captus,ac Londinū perductus,anno Chriſti.1418.in Aegidij cāpo cathenis ferreis ſuſpenſus,uitam beatam,Antichriſto,in ipſū ſæuiente,in igne finiuit,Henrico quinto regnante.

ALanus de Lynna, Anglus, Carmelitani ſodalitij apud Nordouolcas,in eadem ſui cognominis atque originis urbe cœnobiarcha,cęteris cōmilitonibus ſpatio longo pręfuit.In Cātabrigienſi gymnaſio magiſtralibus nouiſſime donatus inſignijs, doctoris officium ( ut tunc erat ) multorum congratulatione legendo & prædicando peregit.Et quo eſſet poſt ſacrarum literarum ſtudia,in ueterum eccleſiæ patrum ſcriptis exercitatitior, Herculeo labore indices fecit ad multa eorum opera, uidelicet Ioſephi,Origenis,Hilarij,Euſebij,Hieronymi,Ambroſij, Auguſtini, Baſilij,Chriſoſtomi,Cyrilli,Caſſiani,Damaſceni, Gręgorij,Rabani,Remigij, Caſſiodori, Bedę, Alcuini,Haymonis, Hugonis, Anſelmi, Ricardi, Bernardi, Gerardi Laodicenſis, Belethi, Bleſenſis, Aquinatis, Aegidij, Scoti, Neckami, Gorhami, Baconthorpij, Berthorij, Philippi Riboti, atque aliorum. Ad uerbi miniſtrorum proſpiciens munera primum, inaffectato ſermone compoſuit,

*De uario ſcripturæ ſenſu,* li.1. *Quia ſecūdū Apoſtolum.2.ad Tim.*
*Moralia Bibliorum,* li.1. *Perfidia abhominabilem facit homi.*
*Sermones notabiles,* li.1. *Venit ira Dei in filios diffidentiæ,*
*Elucidarium ſcripturæ,* li.1. *In principio creauit Deus cœlum,*

 Hos

Hos indices ſeu tabulas (ut uocat) collegit quoque.

| | | |
|---|---|---|
| In Antiquitates Ioſephi, | tab.I. | Ad laudem omnipotentis Dei, |
| In Hieronymum ſuper Ioſue, | tab.I. | Aduentus Chriſti eſt duplex, |
| In quæſtiones Auguſtini, | tab.I. | Achab de ſua deceptione, |
| In Homelias Baſilij, | tab.I. | Adorant magi Chriſtū, & quomo. |
| In moralia Gregorij, | tab.I. | Abhominabilem facit hominem, |
| In eundem ſuper Ezechielem, | tab.I. | Abſtinentia, Homelia octaua, |
| In Homelias eiuſdem, | tab.I. | Abſcondere deſyderium cœleſte, |
| In Bernardum ſuper Miſſus eſt, | tab.I. | Angelus Gabriel de maiori, |
| In tria opuſcula eiuſdem, | tab.I. | Anima, quomodo iugulatur, |
| In eundem ſuper Cantica, | tab.I. | Ad laudem Dei patris cœleſtis, |
| In Homelias Alcuini, | tab.I. | Amicus Dei fit homo quinq; mod. |
| In Petrum de aurora, | tab.I. | Actus molles diligit diabolus, |
| In Gerardum Laodicenſem, | tab.I. | Abbas Helias conſtituitur, Cap. |
| In Officiarium Ioannis Beleth, | tab.I. | Abſtinentia a carnibus recepta, |
| In Hugonem de.S.Victore, | tab.I. | |
| In Petrum Bleſenſem, | tab.I. | Angelorum uox, qualis, Cap. |
| In Ricardum ſuper Threnos, | tab.I. | Abijcere, Quod abiecerunt, |
| In eundem de ſomno Nabuchodo. | tab.I. | Actio, Nota de ipſa. Cap. 10. |
| In eundem ſuper pſalmos, | tab.I. | Amor eſt duplex, Cap.8. |
| In eundem de.xij. patriarchis, | tab.I. | Amor ſapientiæ qualis eſt, Cap. |
| In ſermones Gilberti, | tab.I. | Acquieſcere Deo debemus in.4. |
| In diſtinctiones Pariſienſis, | tab.I. | De Abſtinentia primo & poſt, |
| In ſermones eiuſdem, | tab.I. | Abſtinendum eſt a multis, Ser. |
| In Cantica Neckam, | tab.I. | Ad laudē genitricis Dei, de cuius, |
| In reuelationes Brigidæ, | tab.I. | Afflictio eſt utilis, & quare, |
| In miracula Mariæ, | tab.I. | Adiutorium Mariæ. Nota in, |
| In Thomam de perfectione, | tab.I. | Amor. Nota de eo, Ca. xiij. |
| In ſententias eiuſdem, | tab.I. | Ad omnipotentis laudem, hæc, |
| In Aegidium de reg. princip. | tab.I. | Ad laudem Chriſti Ieſu, & ſanc. |

| | | |
|---|---|---|
| In ſententias Scoti, | tab.I. | Abſtractio ab eodem abſtracto, |
| In ſententias Baconthorpij, | tab.I. | |
| In Compendium theologiæ, | tab.I. | Abcaſant Chriſtū diuerſæ gene. |
| In ſermones Loſani, | tab.I. | Abijcere peccata debemus, Ser. |
| In Chron. Rogeri de Houeden, | tab.I. | Abbas de burgo ſācti Petri, |
| In Carmelit. geſta Riboti, | tab.I. | Abijt Helias cōtra Oriētem, li. |
| In reductoriū Bibliorū, | tab.I. | Abhominare nō debemus duo, |
| In Mariale maius, | tab.I. | Aſſumptio Mariæ patet ſub fi. |
| In Mariale minus, | tab.I. | Abſtinentia Mariæ. Cap. primo. |
| In ſtimulū amoris, | tab.I. | Ad amorem Dei quomodo debet, |
| In Cōmētarios Threnorū, | tab.I. | Abijcere qualiter peccata cōue. |
| In Gorham ſuper Matthæū, | tab.I. | Abijt Ieſus de Hieruſalem, |
| In eūdem ſuper Lucam, | tab.I. | Abnegare ſe, quomodo quis, |
| In quadrageſimale Voraginis, | tab.I. | Abſcondit ſe Chriſtus a Iudæis, |
| In Coſtaſij ſuper Apocalypſim, | tab.I. | Abſcondent ſe multi, Cap. 6. |
| In ſermones Antiquorum, | tab.I. | Ambulare. Sermone. xxvi. |
| In ſermones proprios, | tab.I. | Abſcondere uult Deus a mū. |
| In dialogum Auguſtini, | tab.I. | |
| In Conflictū uitiorū, | tab.I. | |
| In Hiſtoriam Lombardicam, | tab.I. | |
| In Proprietates Bartholomæi, | tab.I. | |

Has omnes in ſola Nordouicenſi Carmelitarum Bibliotheca reperi. In alijs adhuc longe plures erant, quas necdum uidi. Claruit anno Chriſti domini noſtri, 1420, ſub Henrico quinto Anglorum rege, Lynnæ tandem in ſuo cœnobio poſt pergrandes labores ſepultus.

Bertramus Fizalen, natiōe Anglus, illuſtri ſtemmate Lyncolnio non procul oriundus, ex cæca ad deiparam Mariam deuotione, Carmelitam eadem in ciuitate ſuperſtitioſus induit. Oxonij gymnaſium inde perquirens, Ariſtotelicorum dogmatum putre-

dinibus abſorptis, fit ſtatim rixatoriæ theologiæ pro defen-dēdis Antichriſti mercaturis ſophiſticus magiſter. Habebat-que ad id ex eadē ſuperſtitione (dixiſſem religione) Mecœna-tem promptiſſimum, Guilhelmum Quaplode Kildarienſem in Hibernia epiſcopum, ſuppetias abunde ferentem. Perpau-ca quidem cudebat opuſcula, & ea eruditorū uirorum lecti-one indigna, utputa,

*Super quarto Sententiarum,* li.1.
*Queſtiones theologiæ,* li.1. *Vtrū quolibet ſacræ ſcripturæ,*
*Conciones ad plebem,* li.1.

Feruntur & alia ab ipſo lucubrata, ſed hęc ſola reperi ī Bibli-otheca ſuis ſumptibus erecta. Lyncolniæ tandē uitę ſuæ cur-ſum, xvij. die Martij conſummauit, anno ab incarnato Dei filio, 1424. ſub Henrico ſexto Anglorum rege.

PEtrus Clarke, Anglus, preſbyter, Oxonij liberaliū artiū magiſter, & Ioannis Wicleui Apoſtolici doc-toris ſectator admodum feruidus, aduerſus enor-mitates papiſtici cleri nonnulla quoque tentabat. Circa annum a Chriſti natiuitate, M.cccc.xx. cū Thoma Waldeno in ſcholis publicis Oxonij diſputabat, de peregri-natiōibus, de Euchariſtia, de religiōe, de mēdicitate uotiua, & id genus alijs. Sed ſibi tandem ex Antichriſtorum tiranni-de, inde ſibi metuens, Bohemiæ regionem ad uitę ſuę tutelā petijt, Vbi uerbis ac ſcriptis papiſtas maleuolos atque obſti-natos inſectabatur acerbe. Compoſuit (ut fertur) in magno ſpiritus impetu,

*In Antichriſti ſynagogam,* li.1.
*Contra mendicantes,* li.1.

Et alia plęraque, quamuis a me non perſpecta. Captus demū a Cæſareanis (ut autor eſt cum Fabiano Treuiſa in Auctario

Polychro-

Polychronici, Ca.xix.) anno ab exorta pietate chriſtiana, 1433 uitæ finem accepit, ſed quo mortis genere non lego.

THomas Edwardſton, Anglus, Eremitanę profeſſionis ſub diui Auguſtini titulo monachus, Clarenſiſq; conuentus (ut uocant) in Sudouolciæ comitatu cœnobiarcha, literis & īgenio pręſtabat plurimū. Vnde poſt triuiales ſciētias, theologiæ ſcholaſticæ nactus laureā, ex multiplicibus & eiſdē ſpecioſis in cōcionandi functione donis, & ex ducis Clarentiæ fauore (ut is cui familiaris atque a confeſſionū ſecretis erat) archiepiſcopatus (in Hibernia puto) ſublime arripuit culmen. Nam eius faſtigij titulus, hiſtorię non accedit in exemplaribus uetuſtis. Inter ſui temporis ſcriptores, hæc pauca produxit,

*Determinationes theologiæ,* li.1.
*Sermones per annum,* li.1.
*Lecturas ſcholaſticas,* li.1.

Quod aliud quidpiam ediderit, me latet, quum id ſuę ſectę notarij, characteribus publicis non dederint. Claruiſſe narratur anno a ſalutifero diuæ uirginis partu, 1410, ſub Henrico quinto Anglorum rege, atque in ſuo ſepeliri cœnobio.

GVilhelmus Wellys, Anglus, de Auguſtinianorū fratrū Lynnēſi cœnobio, Cātabrigiēſis acadæmiæ theologicus magiſter, pro ſua īter alias ſecta ſublimanda, quāplura ingenioſe practicabat, ut eius oſtendunt monumenta. Erat profecto uniuerſalis ipſius mendicantium familiæ per Angliam præſes, ex diſceptationibus literarijs atque e ſuggeſto concionibus ubique famatus. Quærebat quotidianis ſtudijs ea potius quę terrena ſapiunt, quam quę ſūt Dei ſpiritus. Porro homi

nium opiniones uarias ac uanas, ab eo tamen artificioſe con-ſarcinatas, Euangelij loco ſæpiuſcule ad lucrum docebat. Vnde ad perpetuitatem ſui nominis, hęc inter cætera Dędalini ingenij monumenta deprompſit,

*Actus curſorios*, li.1.
*Diſputationes theologiæ*, li.1.
*Diſtinctiones in pſalterium*, li.1. *Per abyſſum ſcriptura deſignat*,
*Poſtillationes Euangeliorum*, li.1.
*Declamationes ad uulgum*, li.1.

Habebantur & alia in eorum fratrum Bibliothecis, quæ cum eis tandem perierunt. Obijt Lynnæ, poſt annos. xx. ſuæ præfecturæ, nono calendas Aprilis, anno ſcilicet ueræ pietatis. 1421. in ſuo inibi cœnobio ſepultus, ſub rege Henrico quinto.

THomas Gualenſis, ſeu Walleys appellatus, Angl⁹, ex Dominicanorum inſtituto theologicus heros, in Oxonienſi gymnaſio plures ſui temporis magiſtros, ingenij magnitudine ſuperabat. Nimirum fuit (ſi uera ſint quę de ipſo Tritemius profert) utraque diſciplina, diuina & humana non ignobiliter eruditus, ſermonum popularium declamator eximius, atque in ſcholaſticis digladiationibus concertator acutus. Eum tamen dicit Ioannes Ludouicus Viues, indigne uerſari circa pulcherrimos Auguſtini libros, extitiſſeque cognitionis rerum ac elocutionis prorſus inopem. Multa nihilominus elucubrata a ſe uolumina poſteris reliquit, ſpecialiter,

*Sententiarum commentarios*, li.iiij.
*In Cantica canticorum*, li.1.
*In prouerbia Salomonis*, li.1. *In abſconditis parabolarum conuer*,
*In totum pſalterium*, li.1. *Beatus qui cuſtodit uir ueri.*

*In Auguſt.*

IOannes Beſton, Anglus, Lynnēſis cœnobij ad Carmelitas olim præpoſitus, ex non uulgari in rebus humanis & diuinis eruditione, Cantabrigię primū, Pariſiorū Lutetiæ tumdemū theologici magiſterij ſuſcepit diadema, Et quū alijs plęriſque eſſet ad dicendum aptior uiſus, ad generale Papiſtarum concilium Senis in Italia a Martino quinto pontifice Romano congregatum, anno domini, M, cccc, xxiiij, nuncius mittebať, ut habet in epiſtolis Waldenus, Sermocinator erat in ſua lingua copioſus & facūd⁹, atq; in certaminibus ſcholaſticis diſceptator acutiſſimus, Porro edidit ad nominis ſui celebritatē nō modicam,

| | | |
|---|---|---|
| *Compendiū theologiæ moralis,* | *li. 1.* | *Cū finis noſtri laboris ī uita præ,* |
| *Ordinarias quæſtiones,* | *li. 1.* | *Reuerendi magiſtri, iuxta cōſuet,* |
| *Super uniuerſalibus* Holcoth | *li. 1.* | *Singulare dupliciter accipitur, uno,* |
| *Rudimenta* Logices, | *li. 1.* | |
| *Sermones in Euāgelia,* | *li. 1.* | *Erunt ſigna in ſole & luna,* |
| *Sermones in* Epiſtolas, | *li. 1,* | |
| *Lecturas ſcripturarum,* | *li. 1.* | |

Cætera nō uidi, Fatetur Alanus de Iynna, in libro ſuo de uario ſcripturæ ſenſu, quod iſte in ſuis concionibus quadruplici ſenſu ſcripturas exponere conſueuerit, Lynne tādem anno chriſtianę pietatis, 1428, obijt. ī ſuo cœnobio ſub rege Hērico ſexto ſepultus,

IOannes Haynton, Anglus, in Lyncolnienſi patria non obſcuro genere natus, Carmelitarum ea in urbe collegiū, eorū tunc tēporis pręcipuus, ſcientijs ampliauit frugiferis, Vir certe erat ętate ſua incredibili bonarū artium peritia præditus, ſermone quoque ac ingenio politus, Ex quo in theologorum album ſcholaſticus doctor admiſſus, legendo & prędicando utriuſque teſtamenti (noui pręcipue) ſcripturas dilucidabat,

dilucidabat. Sępiuſque in lecturis publicis hoc iterabat, quū nec ueſtigium quidem illius in christianorum gymnaſijs adhuc appareret, Hebręū idioma in ſe eſſe ōni ex parte plenū, liberum, purum, & perfectum, neque pręceptiūculis latinis obnoxium fore. Multa tandem reliquit quoque literariorū ſuorum laborum monumenta perſpicua, ad ſui nominis immortalitatem, ſubſcripta potiſſimum,

| | | |
|---|---|---|
| *Annotationes in Matthæū,* | *li.1.* | *Auguſtinus libro.xii. cōfeſſionum,* |
| *Annotationes in Lucam,* | *li.1:* | *In prologo poſtillationū Nicolai,* |
| *Annotationes in Ioannem,* | *li.1.* | *Quia in diuinis eloquijs dominus,* |
| *Super Paulum ad Corinthios,* | *li.ij.* | *Gratia Dei ſum id quod ſum,* |
| *Super Paulum ad hebræos,* | *li.1.* | *Dominus aſſumpſit me, pſalmo,* |
| *In canonicā Ioannis,* | *li.1.* | *Ioannes Apoſtolus & Euāgeliſta,* |
| *Annotationes in eandem,* | *li.1.* | *Quis autor ſit, quæ materia,* |
| *In Apocalypſim .46. lectiones* | *li.1.* | *Beatus qui legit uerba prophe:* |
| *Sermones de tempore,* | *li.1.* | *Surrexit homo, Iudicū.xix.* |
| *Sermones de ſanctis,* | *li.1.* | *Principes populorū cōgregati.* |
| *Queſtiones theologiæ,* | *li.1.* | *Vtrum habitus theologiæ ſit for:* |
| *In ueſprrijs Gualtheri Hūte,* | *li.1.* | *Deſuper erit benedictio tua* |
| *Summam de uirtutibus.* | *li.1.* | *Circa cardines cœli perambulant.* |
| *Collectanea quædam,* | *li.1.* | *Hebraica nāque locutio, ſicut &,* |

Sunt & alia eius opuſcula in Anglorum Bibliothecis, quæ necdum uidi. Claruit Lyncolniæ ſuorū gubernator ſeu prior (ut uocāt) uaria cōponēs, anno ab incarnato Meſſia.1428. ſub Henrico ſexto Anglorum rege, atque ibidem nouiſſime ſepelitur,

NIcolaus Bayarde. Anglus, ex, neſcio quo, mendicātium ordinū ſodalitio Summiſta ac theologus, Oxonij (ut uidetur) in ſuis facultatib⁹ uſurpauit magiſterium. Erat Ariſtotelicarum diciplinarum ętate

 ſua peritus,

ſua peritus papaliumque decretorum & diuinarũ ſcripturarum ad allegorias otioſe confingendas non ignarus. Neque perexiguos inſumpſit labores, ut ex his omnibus pharmacũ ad rectæ in Chriſto fidei perturbationem, cõficeret, ingenio callidiſſimus. Compoſuit opus grande ex uarijs, & inter ſe diuerſis ſententijs, cui titulum hunc adpoſuit.

*Diſtinctiones theologiæ,* li.1. *Abſcondetur malum a diabolo ſub,*
*Sermones de tempore,* li.1. *Præparate corda domino, & ſcr.*
*Sermones de ſanctis,* li.1.
*Placita theologica,* li.1.

Et alia quędam, quæ ſparſim per Anglorum Bibliothecas uiſuntur. Iſtum inter autores præcipuos enumerat ĩ ſuis ſermonibus Stephanus Patrington Præſul Meneuienſis. Ac claruiſſe fertur anno a Chriſto nato.1410. ſub rege Henrico quarto

GVilhelmus Taylour, Anglus, uitæ integerrimæ ſacerdos, & Oxonij in artibus liberalibus magiſter, Ioannis Wicleui, ob Euangelicum eius ſpiritum, ſectator aſſiduus, chriſtiani animi impetu in papiſtas, propter eorũ idololatriã ferebatur. Non enim tollerare amplius poterat pijſſimus Dei ſeruus, quotidianas in uulgo, ex eorum impoſtrice doctrina blaſphemias, ſed cum ſcribendo tum prędicando apertiſſimis oppugnabat ſcripturæ teſtimonijs. Vir erat in diuinis eloquijs ſtudioſus & eruditꝰ, hocque firmiſſime docebat, orationem ſoli Deo eſſe dirigendã. Vnde & inter cætera contexuit,

*De non orandis ſanctis,* li.1.
*Predicationes uulgares,* li.1.

Atque alia. Poſt nouem articulorum palinodiam, denuo ad

ueritatem

ueritatem, Chriſti zelo reuerſus, Londini, anno ab apparente in carne Dei filio.1422.ſecundaque die Martij, per Antichriſtos in foro fabrili conſtantiſſimus Chriſti teſtis, ſub Henrico quinto comburitur. ☞ Waldenus in libro de ſacramentis iſtum refert per ſola pontificum decreta damnari ad incendiũ, quia dixerat, creaturarũ adorationem idololatriam eſſe.

GVilhelmus Whyte, Anglus, ex Cantia præſbyter eruditus, Ioannis Wicleui in Euangelica doctrina ſequax, uir integer ac facũdus, abiectis tonſura & oleo, uirginem pudicam nomine Ioãnam duxit in uxorem. Non tamen inde ceſſabat a libera diuini uerbi fũctione, ſed indies magis atque magis ad rectæ in Chriſtum fidei incrementa, legit, ſcripſit, ac fideliſſime docuit. Aurib⁹ hominum hoc inculcabat præcipue, a ſolo Deo peccatorum remiſſionem fore. Cælibatum papiſticum, eſſe dicebat diaboli inuentum, Antichriſti captiuitatem, atq; ita a chriſtiana libertate defectionem, Imagines, a uulgo tollẽdas, nec mortuorum oſſa putrida debere amplius uenerari, & ſimilia. Eccleſia Romana (inquit) eſt ficus illa, cui ob fidei ſterilitatem maledixerit dominus. Caputiati, uncti, & raſi, Luciferi ſunt milites. His clauſa erit ianua, quum ſponſus, extinctis eorum lampadibus, uenerit. Et hæc tandem chriſtianæ pietatis pignora, Chriſti cultoribus dedit,

*De uero ſacramento,* li.1.
*De baptiſmo & confirmatione,* li.1.
*De confeßione & remißione,* li.1.
*De æqualitate iuriſdictionum,* li.1.
*De Antichriſti ſacerdotio,* li..
*De libera lege nubendi,* li.1.
*De uirginitate & coniugio,* li.1.
*Ad parliamentum regium,* li.1.

*Speculum caputiatorum*, li.1.
*Aduerſus Mendicantes*, li.1.
*De ciborum delectu*, li.1.
*De cæremoniarum abuſu*, li.1.
*De feſtiuitatum obſeruantijs* li.1.
*De ſubtrahendis decimis*, li.1.
*De reliquijs & tumbis*, li.1.
*De poſſeſſionibus auferendis*, li.1.
*De cultu ſacrilego*, li.1.
*Sermones ad uulgum*, li.1.

Et alia nonnulla, Cantuariæ primum ſub archiepiſcopo Henrico Chycheley, anno a Chriſti ſeruatoris ortu. 1424. ſuper. xxx. articulis abiurabat. Sed poſtea robuſtior in chriſto factus, eoſdem repetabat. Et Nordouici demum, per eiuſdem urbis epiſcopũ Guilhelmũ ad ignes ãno domini. 1428. in Septembri adiudicatus, arſit, Henrico ſexto regnante.

IOannes Pole, Anglus, occupatis primum (ut ex ſcriptis colligere licet) patriæ natiuæ in re literaria gymnaſijs, animo cõſtituit partes adire remotiores. Ita ſulcato mari, peragratiſque regionibus, Italiam peruenit. Vbi moratus aliquantiſper, Ricardi cuiuſdã Sueuorum ducis atque olim Anglorum reguli ſarcophagum in quodam pago reperit. In cuius filiæ Walburgæ mulieris Anglicæ deuotionem, quicquid monumentorum ueterum inuenire poterat, arrepto mox calamo, membranis tradidit. Atque in ſuo reditu Colonienſis eccleſiæ canonicus effectus opuſculum ex collectis undique hiſtorijs ac fabulis fecit, eique titulum hunc indidit,

*Vitam Walburgæ uirginis*, li.1. *Poſtquã Deo chara Anglorũ natio.*
*De miraculis eiuſdem*, li.1. *Epitaphiũ ſubſcripſi, Tonoris ſculp,*

Aliarũ eius editionũ nihil uidi, Hanc uirginem ipſe fatetur,

magnum

magnum illud Antwerpię deiparæ Mariæ templum,toti pene orbi notiſſimum,erexiſſe primitus. Claruiſſe putatur anno poſt natum Seruatorem,1430. Coloniæ tandem ſepultus.

RIcardus Hampole,ex Eboracenſi Anglorum comitatu uir eruditus ac pius, relicto (ut fertur) theologici doctoratus faſtigio, Eremiticam uitam deinceps in magna ſimplicitate ſpiritus duxit. Videbat (ut in quodam commentario teſtatur)ſacerdotes impudicitias atque illicita ſectari lucra,& religionem iactitantes ſuarum iniquitatū tenebras. Heu(inquit)heu,idolorꝝ ſeruitiū admittētes,chriſtianæ militiæ decus amiſerunt. Ve preſbyteris, qui tanto clamore decimas exigunt. Excommunicant eos qui ab eccleſijs iura ſubtrahunt,quod ipſi omnium primi faciunt,dū Dei uerba non recte nunciant,& cęt. Protulit iſte meditatoria quędam opuſcula,utputa,

| | | |
|---|---|---|
| *Explanationes lectionum Iob.* | li.1. | *Parce mihi domine.* Exprimitur, |
| *De emendatione peccatoris,* | li.1. | *Ne tardes conuerti ad dominum,* |
| *Eulogium nominis Ieſu,* | li.1. | *Oleum effuſum nomen tuum,* |
| *De incendio amoris,* | li.1. | *Cum infœliciter florerem, & in,* |
| *In quendam ſcripturæ textum,* | li.1. | *Adoleſcentulæ dilexerunt te,* |
| *In Threnos Hieremiæ,* | li.1. | *Factum eſt poſtquam in captiuitatē,* |
| *Regulam bene uiuendi,* | li.1. | |

Et alia multa,non minus hiſtorice quam tropice. Quod in eius ſcriptis non omnia ſint integra,ob temporis corruptionem, pie eſt ei ignoſcendum. Claruiſſe fertur anno Seruatoris incarnati,1430.in Hampolenſi ueſtalium cœnobio,non procul Doncaſtrio,humatus tandem,ac pro diuo ueneratus.

IOãnes Bale, Anglus,Eboraci a teneris annis magna parentum cura literis educatus,apud eiuſdem urbis Carmelitas deinceps perſeuerauit. Aetate prouectior Oxoniū petebat,ibique ſub uarijs prę-

ceptoribus omnigenas adhauſit recentiorum theologorum diſciplinas, Grecorum utriuſque elemētorum peritus. Quod ob raritatē, inter illius tempeſtatis prodigia merito cōputari poterit. Verum enimuero, hoc habebat cum ceteris ætatis ſuæ doctoribus cōmune malum, quod pro fulciendis Antichriſti blaſphemijs, diuina dogmatib⁹ prauis conſpurcarit chariſmata. Multa certe reliquit rerum diuerſarum ſyntagmata, ſed paganorum ſtercoribus deformata, hæc precipue, + treatites

| | | |
|---|---|---|
| *De cōſtructione partium,* | *li.1.* | |
| *Super uniuerſalia,* | *li.1.* | *Pro notitia uniuerſaliū in li.* |
| *Super prædicamenta,* | *li.iij.* | *Circa librū prædicamentorū Ariſt,* |
| *In ſex Principia,* | *li.1.* | *Iſte liber intitulatur, ſex prin.* |
| *De anima quæſtiones,* | *li.1.* | *Queritur utrū intellectus agēs,* |
| *Pro introitu Sententiarum,* | *li.1.* | *Prænobilis arbiter aulæ cœleſ.* |
| *Acta ordinaria,* | *li.1.* | *Helias proficiſcens in Damaſcū,* |
| *Encomion theologiæ,* | *li.1.* | *Mirabilis facta eſt ſcientia,* |
| *Replicationes argumentorum* | *li.1.* | *Vitis cœli florida, in regali.* |
| *Compendium Logices,* | *li.1.* | *Quia de dictis in logica,* |
| *Sermones per annum,* | *li.1.* | *Non uituperetur miniſterium,* |
| *Ad clerum Oxonienſem,* | *li.1,* | *Cooperatores ſimus ueritatis,* |
| *Collationes ſynodales,* | *li.1.* | |
| *De aſſumptione Mariæ,* | *li.1.* | |
| *Determinationes quoque,* | *li.1.* | |

Et hęc ſola ſūt, quæ in Bibliothecis uidi, quū tamē plura ediderit. In Eboracenſi tandem ſuorum fratrum cœnobio gubernator, ſeptimo calendas Februarij ab hac uita migrauit, anno Chriſti, 1429, ſub rege Henrico ſexto.

THomas Walden, Anglus, ad ſui cognominis oppidū in Oſtroſaxię comitatu opulentum, ex parentibus Ioanne & Mathilde natus, Carmelitanæ profeſſionis Lon-

Eſſex.

ſionis Londini ſuſcepit indumenta, & ab eruditione mul tiplici theologicum Oxonij magiſterium. In concilio Piſano ſuper eccleſiaſtica unione facienda tollendoque ſciſmate, Hērici Anglorum regis quarti nuncius anno domini, M.cccc.x. coram Cæſare Sigiſmundo ac uniuerſo Cardinalium cœtu cauſas orabat, & ad Alexandri quinti Romani pontificis argumenta ſingula publice reſpondebat. Prouincialis poſtea ad quatuor annos, ſuæ ſectæ præſes uiceſimus tertius effectus, pro regno papiſtico in Wicleui poſteros ad bellum diuturnum ſe accinxit. Perge domine papa (inquit in libro de ſacramentis, Capite decimo ſeptimo.) perge quo cupis, & ego tecum ubicunque uolueris, nec deſeram. In autoritate dominorum meorum incedam, & in armis eorum pugnabo. Deinceps fit regi Henrico quinto, prælatis procurantibus, a confeſſionum ſecretis, & ad uniuerſalem Conſtantiæ ſynodum, anno dñi. Milleſimo quadringētesimo decimo quinto contra Huſſitas denuo nuncius. Poſtremo ſolennis mittebatur ad Vladiſlaum Poloniæ regem, & ad Pruſſiæ magiſtrum generalem Michaelem, anno domini Milleſimo quadringenteſimo decimo nono pro cōponenda inter eos pace, regius ambaſſiator. Ne mutua eorum bella prelatis officerēt, in māſuefactione ſeu potius domatione Bohemorum, eorum tunc hoſtium. In qua legatione, Vitoldum Lithuanorum ducem, prædicti regis fratrem, ac maximum orbis tyrannum, ut ſæculo tam turbulento clericis aſtaret, ad papiſticam fidem cum tota gente conuertit. Et quo hęc rata magis eſſent, cum Papa ac Cæſare egit, ut coronaretur in regem, quod inde mox fiebat. Plantauitq; ōniū primus, ea in regione ſuā ſectā, ut illico papiſticis cōcionib⁹ hęc ōnia cōfirmarēt. Oblatos epiſcopat⁹ admittere noluit, ut eo colore fortī⁹ deciperet. Ex illis reuera quatuor Angelis in Apocalypſi iſte un⁹ mihi uidet̄, qui

in quatuor

| | | |
|---|---|---|
| De Paupertate Chriſti, | li.1. | |
| In Metaphyſicam Ariſto, | li.xij. | Reuerendi patres, ſicut cætera, |
| In Ethica eiuſdem, | li.x. | Ariſtotelis Ethica na randa, |
| In Phyſica quoque, | li.viij. | Cũ omnis ſcientia cauſas, |
| De cœlo & mundo, | li.iiij. | Natura & cæt, Hic liber de, |
| De generatione & corrup, | li.ij. | Liber incipit de generati. |
| In Metheorora, | li.iiij. | De primis & cæt. Liber iſte, |
| Cõmentarios de anima, | li.iij. | Bonorũ honorab. & cæt. Circa, |
| De anima quæſtiones, | li.1. | Circa literã philoſophi quæritur, |
| Introductiones naturaliũ, | li.1. | Natura eſt duplex, naturans, &, |
| Quæſtiones naturaliũ, | li.1. | Vtrũ diffinitio naturæ ſit, |
| De decem prædicamentis, | li.iij. | |
| De prædicabilibus, | li.1. | In materia uniuerſalium, ãte, |
| Sophiſmatũ ſtrophas, | li.1. | |
| Rudimenta Grãmatices | li.1. | |
| Epiſtolas.164. ad diuerſos, | li.ij. | Venerabili in Chriſto patri, |
| Propoſitiones ad principes, | li.1 | Illuſtriſſime princeps, cæteris, |
| In Remediairũ cõuerſorum, | li.1. | De abſtinentia quæ cõtra uentris, |
| Grauamina fratrũ cõtra Oxon, | li.1. | Supplicãt reuerendiſſimo in chri. |
| Sermones in funere regis | li.1. | Rex in æternũ uiue, Nehemiæ, |
| Ad cõſtãtienſe cõcilium, | li.1. | |
| Sũmulas Logicales, | li.1. | Nomen eſt uox ſignificatiua, |
| Collationes cõmẽdatitias, | li.1. | Benedictionem Iubileam domine, |

Et alia plura. Henricus Anglorum rex quintus a Boſco Vi- (+ Boys S vincent.) cenarũ prope Pariſios, ad Corbolium in ultima ægritudine delatus, in huius Waldeni ſinũ ſpiritus uitales efflauiſſe narratur, ut in quo uiuens maxime cõfidebat. Permanſit igitur ſub ſexto Henrico eius filio puero, confeſſionarius regius ad obitum uſque. Pro cuius coronatione Pariſijs, in Gallias cum alijs miſſus, decimo ſexto officij ſui anno incidit in morbum, ac Rothomagi in Neuſtria inter ſuos Carmelitas,

ſecunda die Nouẽbris uitæ finem accepit, anno nati Seruatoris, 1430, illic ſepultus. Quem inter papiſticos ſanctos relatum ferunt Volateranus, Tritemius, Gerbrandus, Aegidius faber, & Iulianus Haſart.

PEtrus Payne, Anglus, Ioannis Wicleui in ſyncerã chriſtianæ ueritatis doctrina diſcipulus, ac profanarum artium Oxonij aliquando magiſter, ob perſecutiones (quæ tunc per Antichriſtos in Anglia, fiebant) ad Pragam Bohemorum profugit. Apud eos acceptus erat, tanquam purus Euangelij aſſertor, atque ueritatis incorruptæ magiſter, ut in deſcriptione Europę autor eſt Aeneas Syluius. Illumque, inter primos eorum ad Baſilienſe concilium legatos, anno domini, M.cccc.xxxvi. deputabant. Vbi de rebus fidei per quinquaginta dies cum illis eſt diſputatum, ipſo per Elenchos, quum ſcripturas abijcerent, cum ſophiſtis agente. Edidit uero ad prædictum concilium,

*De ciuili clericorum dominio,* li.1.
*Cõtra cæremoniarũ ſuperſtitiones,* li.1.
*Super utraque ſacramẽti ſpecie,* li.1.

Et alia adhuc plura. Vtrumque Ioannem, Wicleuum & Huſſium, a doctrina laudabat, nihil ueritus in publica ſynodo doctores uocare Euangelicos, Pragam uero cum ſuis redijt, anno a Chriſti natiuitate. 1438. Aduerſus hunc ſcripſit Ioãnes de Turre cremata Cardinalis Hiſpanicus librum, de efficatia luſtralis aquæ.

IOannes Lowe, Anglus, ex Wigornienſi patria, Auguſtinianorum fratrum in doctrina & moribus alũnus, & Wichienſi eorum cœnobio primum emergebat. Vir ætate ſua ab omni parte doctus, Oxonij do-

ctoratum

ctoratum theologicum ſuſcepit, atque uniuerſalem in Anglia ſui ordinis pręposituram. In ea functione Nordouicum uiſitans, Guilhelmo epiſcopo Caiphæ loco illic in palatio ſedente, anno domini. Milleſimo quadringēteſimo uigeſimo octauo cum antedicto Waldeno & alijs. xvi. Antichriſti ſatrapis, quā impie cōſenſit in damnationem ac mortem Guilhelmi Whyte hominis innocētiſſimi. Conſtitutus tumdemum ſub Henrico Anglorum rege ſexto, Aſaphenſis primum, ac tandem Roffenſis epiſcopus, inter cætera ingenij ſui monumenta cōgeſſit,

*Sermones coram rege,* li. 1.
*Conciones per annum,* li. 1.
*Lecturas academicas,* li. 1.
*Collectiones temporum,* li. 1.
*Theologicas diſceptaciones,* li. 1.

Nonnullaque alia, quæ ſparſim inter ſuos habebantur. Bibliothecas ſuę prouincię, Lōdini pręcipuę, pręclaris uoluminibus ornauit. Epiſcopus uero claruit anno uirginei partus, 1436. ſub rege Henrico ſexto, Roffę demū (ut fertur) humo recōditus.

IOānes Brome, Anglus, in Sudouolcia prope Iarnemutham, Gorleſtonę, Auguſtinianorū fratrū prior, ac diuinę paginę lector (illas adminiſtrationes ita uocare ſolebant) dies atque noctes in diuerſis literarum ſtudijs occupabat. Et quo appetitum ea in re cōmodius atque abundātius expleret, Bibliothecā ingentem amœniore ſui cœnobij loco erexit, rariſſimis illā ſuffarciēs libris. Equidē ego quoſdā huic noſtro ſęculo neceſſarios tractatus illic uidi, quos alibi extare in toto regno uix crederē. Cudebat iſte bonarum literarū amator, & (ut apparet) uir in doctrina nō impius,

*Sermones uulgares,* li. 1.
*Indices Chronicorum,* li. 1. *Accommodare, Ne Iudæi accōmodar.*

Atque alia quædam. Per totam fere Bibliothecam directoria ſeu tabulas aliorum ſcriptis quamlaborioſe addidit. Gorleſtonę mortem obijt, homo eruditus ac pius, anno ſalutis humanæ, 1449. inter ſuos ſepultus ſub Henrico ſexto.

IAcobus Stuart, illius nominis Scotorum rex primus, Ioannis Stuarti (qui Robertus tertius, quam ſuperſtitioſe a prælatis permutato nomine, dicebatur) filius iunior, dum, xij. annos natus, in Gallias pro lingua ac moribus diſcendis a patre mitteretur, ab Anglica claſſe captus, ad regē Henricū, iiij. perducebatur anno domini. M. cccc. vi. Sub quo per diuerſos pædagogos inſtructus, humaniores artes Grāmaticā, oratoriā, ac poeticen pro tempore ſatis nouit. Muſicam exacte tenebat, ac quicquid illi arti eſt affine. In uernaculo ſermone, ornata faciebat carmina, latine uero iuxta illam ætatem incondita & confuſa, grauibus tamen referta ſententijs. Atq; inter cætera, dum eſſet in Anglia captiuus, Anglice compoſuit,

*De regina ſua futura*, li. 1.
*Cantilenas Scoticas*, li. 1.
*Rhithmos Latinos*, li. 1.

Plurimi eius in Scotia codices, adhuc inter primos habentur. In ſuam patriam poſt .xvij. annos dimiſſus, ducta prius Ioanna Clarentię ducis priuigna, Scotici regni adminiſtrationem, xiij. annis tenuit. Occiſuſque demum a ſuis. anno Chriſti, 1436. die. xx. Februarij, in Parthi ſuburbio ad Carthuſianos ſepulturam accepit regiam.

IOannes Tylney, Orientalium partium, Nordouicēſis ſcilicet comitatus Anglus, & Iarnemuthenſium Carmelitarum cœnobiarcha celeberrimus, nō paruam eruditionem (ut fertur) cum morum ſpectabilitate

bilitate

bilitate inter eos coniunxit. Et dum Cantabrigię, in publico gymnaſio theologicę facultatis magiſtrum ageret, exquiſitis lectionibus, ac nouo quodam concionandi genere per ſcripturas, emicuiſſe perhibetur, illęſa ſemper manēte ueritate tūc mundo oblata, Qualis autem fuerit eius doctrina, aut quātus ingenij ualor, ex editis operibus æſtimare licebit. Exarauit nanque ad poſterorum lectionem,

*Poſtillam in Apocalypſim,* li. 1. *Septem eccleſijs in Aſia ſpecialiter,*
*Compendium Sententiarum,* li. 1. *Verum ſecundum naturam diuinam,*
*Sermones, xliij.* li. 1.
*Lecturas ſcholaſticas,* li. 1.

Atque alia plura. In commentario ſuper Apocalypſim, Gratiam uocat, gratuitam in Chriſto peccatorum remiſionem, & Pacem, ad Deum patrem in eius morte reconciliationem. Magiſque pie in multis ſentit, quam ſectariorum quiſquam ante ſuam ætatem. Claruit anno Seruatoris noſtri, 1430, ſub Henrico ſexto.

IOannes Thorpe, Anglus, ex Nordouicenſi Carmelitagio ſophiſta ſubtiliſſimus, poſt inſipida Peregrinarum artium ſtudia, Cantabrigiæ in ſacræ facultatis (ut uocant) magiſtrorum albū aſſumebatur, Dialecticis chimęris, a ſuo Ariſtotele infœliciter comparatis, nonnullis intulit bella, ex quib[us] ingenioſi doctoris cognomento deinceps donabatur. Hęc experimentis non leuibus probabat Guilhelmus Whyte uir pius ac probus, in cuius damnationem & mortem, ob chriſtianę ueritatis cōſtātiſſimas aſſertiones, infœlix iſte aduerſari[us] cū alijs conſentiebat. Ex fanatico ſenſu depromebat hic multa, quorum hæc pauca cōmemorat Arnoldus Boſtius in quodam ſcriptorum Catalogo,

Chimæra monster three hea[d] a lyon, a a drago[n]

*Conſequentiarum canones,* li. 1.

*Sophiſmatum labyrinthos,* li.1.
*Lecturam in Apocalypſim,* li.1.
Et conſimilia. Ex quinque cælibibus illis Eunuchis hic unus erat, quos Waldenus (qui ſacerdotum coniugia in prædicto Guilhelmo damnauerat) in caſtos cuſtodes atque cõmonitores incluſæ ſorori Emmæ, Milonis Stapylton equitis aurati filię, aſſignauit. Nordouici obijt anno Chriſti. 1440. Vndecimo die Auguſti ſub Henrico ſexto.

Gilbertus Medicus, Anglus, in arte phyſica peritiſſim⁹, pro ea facultate obtinẽda, nõ ſuę regionis ſolũ, ſed & exterarũ quoq; terrarũ remotiores quęrebat academias. Erat certe philoſophus atq; mathematicus ętate ſua nõ uulgaris. Narratque de ipſo Symphorianus Champerius, in tractatu quinto de medicæ artis ſcriptoribus, quod fuerit in curandis humanis corporibus, approbatiſſimæ experientię, in agendorum conſilijs prudens, ac dubiorum clariſſimus interpres. Vnde ex erudito eius ingenio, hæc proueniebant opera.
*Theſaurus pauperum,* li.1.
*De particularibus moribis,* li.1.
Alia non inueni apud chirurgicorum ac medicorum notarios. Doctorem deſyderatiſſimum hunc uocat antedictus Chãperius, in Nomenclatura eorum quos in publicis ſcholis allegare ſolent. Iſtum hic pono, neſciens quo tempore claruerit.

Joãnnes Gadeſden, Anglus, doctor in medicinis, ex conquiſitis per diuerſa terrarum ſpatia, rerum abditarum ſcientijs, ętate ſua uix parem habuit. Omnium erat liberalium artium peritus, philoſophię maxime. Empiricus enim in ante nominato tractatu a Symphoriano Chãperio cognominatur, & id illud importat q̃d expertus

in arte

+ a phisikion by practice

*Super primum Sententiarum* li.1. *Omnia in ſapiētia feciſti domine,*
*Encomion ſui ordinis,* li.1. *Fratres Carmelitæ honeſta cōuer.*
*Annalium Epitomen,* li.1. *Anno āte Chriſti incarnationem,*
*Additiones chronicorum,* li.1. *Papa Inocentius tertius confir.*
*Collationes uarias,* li.1. *Ecce nunc tēpus acceptabile,*
*Hiſtoriolam Cantabrigiæ,* li.1.

Et alia plura. De Cantileporum ſtirpe etiam fuit Thomas ille Herefordenſis epiſcopus, quem inter papiſticos retulit ſanctos Ioannes.xxij. Romanorum pontifex. Nicolaus uero ordinis ſui præpoſituram diuerſis temporibus geſſit, Cantabrigiæ, Briſtollæ, Gloceſtriæ, ac Northamptonæ, ubi tandē extremum obijt diem. xxviii. die Septembris, anno a Chriſto nato, 1441, ſub Henrico ſexto,

Henricus Wichyngham, Anglus, uir (ut ea dabant tempora) ſcholaſtice doctus, a Nordouicēſi Carmeligenarum domo Oxonium profect⁹, theologici faſtus apicē paulatim attingebat. Poſt curſoria ſcripturarum ſtudia, inter doctores antiquos, præcipuum habebat Hieronymum. Vnde celebris erat, non modo ſubtilium quæſtionum diſceptator, ſed & e ſuggeſto ſermonū quoque declamator. Et ſumma cum laude plurimas, nunc ad clerum nunc ad uulgum conciones plerumque faciebat, licet non abſque impoſturis & fabulis. Nonnulla tumdemum ingenij ſui monumenta literis cōmēdauit, ut poſteris eſſent uſui. Videlicet hæc.

*In Eſaiam lectiones.viii.* li.1. *Quoniam ut ait Hieronymus ſuper,*
*In Apocalypſim lectio.xxx.* li.1. *Apertum eſt templū Dei in cœlo.*
*Sermones hiemales,* li.1. *Domine ſalua nos, perimus,*
*Sermones æſtiuales,* li.1. *Eſtote factores uerbi, & nō au.*
*Sermones de ſanctis,* li.1. *Gloria libani data eſt ei, decor,*



cathol[...]s

Bale [...] y^e old ant[...] tath, Dort

*De quadruplici aduentu,* li.1. *Saluatorem expectamus dominum,*
*De cōceptione Mariæ,* li.1. *An beata uirgo fuerit in origi,*

Cętera eius ſcripta nos latent. Ex eius ſermonibus uidi pluſquam.118, tam in ſynodis & capitulis (ut uocant) quam alibi publicatis. Deceſſit demũ Nordouici, ſecundo idus Martij, ãno a redemptiõis noſtrę initio,1447.ſub rege Hẽrico ſexto.

PHilippus Noris, natione Hibernus, ſed ſtudio & cohabitatione Anglus, magiſter Oxonienſis, poſt philoſophiã ac rhetoricẽ,in utroq; iure atq; theologia euaſit doctiſſimus. Non poterat hic ferre impudentẽ arrogantiam, quam indies ſuccreſcere uidebat in mẽdicantiũ fratrũ ſectis.Sed in lecturis quotidianis & concionibus publicis, per ſcripturas Antichriſtos eos uocabat, lupos, latrones,fures, traditores,porcos uoraces, hæreticos, Mahumeti diſcipulos, peſſimos nebulones, atque diabolo ipſo peiores. Hi Gabaonitæ (inquit)ſunt, qui Ioſue callidis hucuſq; circumuenerunt mendacijs.Ab Antiocho ſuo miſſi, loquũtur in dolo pacifica uerba. Et potius eſſent a fideliũ cœtubus profligandi, quã uel Arriani uel Pelagiani,aut hęreticorũ quiuis alij. Addiditq; ex Ricardo Armachano, damnabile eſſe chriſtianis, quũ nõ indigeãt, mendicare.Hic ſcriptis dediſſe fertur,

*Determinationes ſcholaſticas,* li.1.
*In ſcripturam commentarios.* li 1.
*Conciones ad plebem,* li.1.
*Contra mendicitatem fratrum,* li.1.

Et alia. Aduerſus iſtum per quẽdam Dominicanum ſcripſit uniuerſa fratrum cohors, ad Eugeniũ quartum Romanum pontificem,anno a Chriſti incarnatione ,1446. Poſt quam accuſationem appellauit a papa ad generale concilium, nolẽs

ſtare pontifi-

ſtare pontificis iudicio, Deinceps ab omni gradu ſuſpenſus & excommunicatus erat, uſque ad ingentem pecuniarum ſolutionem. Sunt qui hunc credant per quoſdam epiſcopos ad id incitatum.

GAlfridus Chaucer, Anglus, eques auratus, uir tam bonis diſciplinis quam armata militia nobilis, exquiſita quadam Anglici ſermonis eloquentia, ætatem ſuam multo quam antea ornatiorem reddidit. Præter Matheſim quam ingenue callebat, poeta lepidus erat. Ac talis apud ſuos Anglos, quales olim fuere apud Italos, Dantes & Petrarcha. Patrij ſermonis reſtaurator, potius illuſtrator (& merito quidem) habetur adhuc primus. Boetium de conſolatione philoſophiæ trãſtulit ad filiũ ſuũ Ludouicũ Chaucerũ, & poemate uario, in lingua materna perappoſitæ ac cõpte tractatus hos fecit, ut partim uidi, partim ab amico quodam fideliter accepi,

learninge demonstr. Mathematicis

| | | |
|---|---|---|
| *Trophæum Lombardicum,* | *li.1.* | |
| *De principum ruina,* | *li.1.* | |
| *Emblemata moralia,* | *li.1.* | |
| *Amatoria carmina,* | *li.1.* | |
| *De curia Veneris,* | *li.1.* | *In Maio cum uireſcerent, &* |
| *Chryſeidæ teſtamentum,* | *trac.1.* | *Diuturnis horis donec dolo,* |
| *Chryſeidæ quærimoniam,* | *trac.1.* | *O triſtem & cruentam lethi,* |
| *Laudes bonarum mulierum,* | *trac.1.* | *Mille uicibus accepi muli.* |
| *Cleopatræ uitam,* | *trac.1.* | *Poſt mortem Ptolemei regis,* |
| *Vitam Thyſbes Babylonicæ,* | *trac.1.* | *Babyloniæ quam Semirannis,* |
| *Vitam Didonis Carthaginenſis,* | *trac.1.* | *Tuo ſit nomine Vergili,* |
| *De Hipſyphile & Medæa,* | *trac.1.* | *Siniſtri amoris radix Iaſon,* |
| *Vitam Lucretiæ Romanæ,* | *trac.1.* | *Fingendum mihi eſt Romano,* |
| *De Ariadna Cretenſi,* | *trac.1.* | *Cretenſium rex Minos infer,* |

| | | |
|---|---|---|
| De Phylomela Athenienſi, | trac.I. | formarum fabricator, qui, |
| De Phyllide Thracenſi, | trac.I. | Tam argumento quam autori. |
| De hypermeſtra Aegyptia, | trac.I. | In Græcia duo fratres erant, |
| Somnium Chauceri, | trac.I. | Admirari hercle ſat nequeo, |
| Volucrum conglobationem, | trac.I. | Tam breuis eſt uita, ars, |
| Vrbanitatis florem, | trac.I. | In februario cum luna, |
| De miſericordiæ ſepultura, | trac.I. | Quæſitam a multis annis, |
| Carmen facetum, | trac.I. | In ſomno ſemiſepultus au. |
| De Augea & Telepho, | trac.I. | Immitis belligerantium deus, |
| Choream dominarum, | trac.I. | Dum in Septembri uirgulta, |
| De Aſtrolabij ratione, | trac.I. | Fili mi Ludouice, certis, |
| Quæremoniam, nigri militis, | trac.I. | In Maio dum Flora regina, |
| Fœminarum Encomion, | trac.I. | Quibus animus eſt de muli. |
| Narrationes diuerſorum, | trac.I. | In comitatu Lyncolnienſi, |
| De Troilo & Chryſeida, | trac.I. | |
| De Cæyce & Halcyona, | trac.I. | |
| In obitum Blanchiæ duciſſæ, | trac.I. | |
| Tragœdias graues, | li.I. | |
| Comœdias leues, | li.I. | |
| Satyras & Iambos, | li.I. | |
| Facecias & Iocos, | li.I. | |
| Elegias & pœmata, | li.I. | |

De cęteris nihil accepi. A Guilhelmo Whyte atque alijs tunc uerbi miniſtris talia hauſiſſe fertur, quod monachorum otia, miſſantium turbam ingentem, horas nō intellectas, reliquias, ac cęremonias parum probauerit. Ad annum humanę redēp tionis .1450. uixiſſe perhibetur ſub Henrico ſexto.

IOannes Treuiſa, Anglus, ex Glocestrienſi comita tu (ut ferunt) oriundus, ſacerdos, nobilium uiro rum amicitijs ob ſummam tunc eruditionē atque eloquentiam, clarus habebatur. Inter alia enim

ſtudiorum

ſtudiorum genera (quibus homines oblectari ſolent) antiquitatibus perquirendis afficiebatur plurimum, Interim in monachos utcunque mordax erat, eorum & faſtum & luxum multifariam taxans, Legimus Chriſtum (inquit) pro uerbi ſui miniſterio, preſbyteros inſtituiſſe, ſed monachos aut mendicantes fratres feciſſe non inuenimus, & cęt. cum ſimilibus ſententijs, Tranſtulit in Anglicum idioma, ad petitionem domini de Barkeley, cui tunc fuerat a ſacellis, ſeptem Polychronici libros Ranulphi Ceſtrienſis, cui & octauum addidit,

*De memorabilibus eorũ temporũ, li.1.*
*De geſtis Arthurij regis, li.1.*
*Britanniæ deſcriptionem, li.1.*
*Hiberniæ deſcriptionem, li.1.*

Et carmina diuerſa. In prædicto ad Ceſtrienſem auctario, hiſtoriã continuat ab ãno exortę pietatis chriſtianę. 1342. quo ille deſiſtebat, ad tempora fere regis Edwardi quarti, annũ ſcilicet domini. 1460. Sic dabant exemplaria, quæ uidi.

IOannes Harding, ex Septentrionali Anglorũ regione armiger, uir nobilis, & (ut ea dabant tempora) non omnino indoctus, primum ſub domino Roberto Vmfreuyle, poſtea ſub Eboracenſium duce Edwardo (rege tandem) patrię ſuæ commodo, fideliſſimus ſeruiebat, Ex chronicis iſte collegit frequentes Scoticorum regum ad Anglorum monarchiã ſubmiſſiones, ut eo ipſos cõmonſtraret a regnorum exordio eorum regibus fuiſſe ſubiectos, Tulitque ex Scotia literas originales, id ipſum ſub diuerſis regibus teſtantes (quod nulli uiuenti poſſibile putabatur) & Anglorum monarchis Henricis, quinto & ſexto, atque ſic tandem Edwardo quarto in manus dabat, Ex diuerſis hiſtoriarum ſcriptoribus, Britannici regni principum geſta coaceruauit, atque in Anglica redigẽs

metra, antedicto Edwardo dicauit,

*Chronicorum opus,* *li.ij.* *Potior ſubſtantia uigoris ac for.*
*Scotiæ deſcriptionem breuem,* *li.1.* *Vt tuæ maieſtati certum expri.*

Breuiter in hoc Chronico ab alijs narrata, ad Henrici quarti tempora uſque refert. Deinceps comperta ac uiſa per .lxi. annos aliquanto fuſius deducit ad Edwardum quartum. Sub quo ſenex anno a communis ſalutis origine 1461. claruit.

IOannes Barnyngham, Anglus, ex Gippeſwicenſi Sudouolcarũ comitatus collegio Carmelita, Oxonij primum inde Pariſijs in magna Sorbona, poſt concurſiones literarias theologię ſcholaſticæ magiſterium cœpit. Fuit proculdubio in arte diſceptatoria callidiſſimus, & in retorquendis aduerſariorum telis promptiſſimus, ut uterq; habet in ſuis de ea ſecta Catalogis, tam Boſtius quã Tritemius. Ipſi adeo ſuppetebat feſtiuũ eius ingenium ut ad q̃dcũque deflexũ, ei abũde inſeruiuerit. Hui⁹ uidi Cãtabrigię, in quatuor magnis uoluminibus pulcherrime ſcriptis,

*Commentarios Sententiarum,* *li.iiij.* *Quis enim nouit ſenſum domini?*
*Quæſtiones ordinarias,* *li.1.* *Verum lex uetus fuerit patribus,*
*Quodlibeta quoque,* *li.1.* *Amore languens ſponſus Ieſus,*
*De enormitate peccati,* *li.1.* *Notandum, quod peccatũ ratione tri.*
*Sacras conciones,* *li.1.*
*Lecturas ſcripturarum,* *li.1.*

Atque alia multa edidit, quę in alijs per eã familiam habebãt Bibliothecis. Gippeſwici demum obijt .xxij. die Ianuarij (ubi cœnobiarchatum tenuerat) anno a ſalutifero diuæ uirginis partu, 1448. ſub rege Henrico ſexto.

Finit præſentis operis Scriptorum
Britannię Centuria Quarta
Authore Ioanne Baleo

# ACCEDIT ILLVSTRIVM BRItanniæ ſcriptorum Centuria quinta, propter eos qui in pręcedētib⁹ exterarꝫ intermiſtim ſũt nationũ. Authore Ioanne Balęo.

VMfridus cognomento bonus, regum Anglicorum Hērici quarti filius, quinti frater, ac ſexti patruus, Penbrochię comes, Glocestriæ dux, cubicularius & adminiſtrator tādem Anglię ſupremus, excoluit tum iuuenis, tum etiam ſenex uirtutem, ut qui maxime. Amauit præter cętera (ut habet in Cignea cantionis commentario Ioannes Lelandus) politas literas, quibus etiam impendio inuigilauit. Mecœnas ille quidē doctorum omnium quos illis temporibus uel Anglia, uel Gallia, uel Italia protulit, comparabat inde ingentem ſibi ueterum librorum theſaurum. Teſtes ſunt exemplaria, antiquiſſima præſertim illa numero .cxxix. quæ ad Oxonienſis academiæ pulcherrimam quandam Bibliothecam, liberaliter contulit. Impenſe fauebat Italis, Leonardo Aretino & Petro Cādido, acerrimum in eis cum eloquentia iudicium merito magni faciens, quorum unus Ariſtotelis Ethica, alter Politias Platonicas e Græcis ad eundē tranſtulit. Dũ uero ad reipublicę utilitatē, uir ſeuer⁹, ac ciuiliũ iuriũ perit⁹, noxios acriter plectēdos, pioſq; fouēdos curaret, adeo cōflauit ſibi ſceleſtiſſimorũ hoīm, maxime prelatorꝫ odia, ut in ei⁹ occultā cōſpirarēt necē. Compoſuit inter cætera pius atque eruditus princeps,

*De rebus Aſtronomicis,* *li. 1.*
*Ad uiros eruditos,* *epi. plu.*

Et alia nonnulla. A Guilhelmo Polo Sudouolcarum duce tandem ac ſuis complicibus, a Gallorum rege Carolo atque

Anglorꝫ

Anglorum pontificibus precio conductis, in Burienſi concilio ad id parato, per noctem ſubito comprehenſus, culcitra plumea ſuffocatur, anno incarnati uerbi, M. cccc. xlvij. & die xxiiij. Februarij, corpore ad fanū Albani delato. Boni (inquit Polydorus) ex hoc ſibi timentes, ſua ſponte ex aula ſe remouerunt. Ab eoq; tempore ſenſim decreuit Anglorum fœlicitas; Deus tanti ſceleris ultor erat. Nam peſſima interijt peſſimus polus morte, omneq; ab eius die genus concidit.

IOannes Frumentarius, Anglus, ſub Benedicti inſtituto monachus, & ad fanum diui Albani. xx. paſſuum millibus a Londino abbas, ex probe inſtituta iuuentute, doctrinis & linguis excellebat uarijs. Non enim nos latet, in quanta exiſtimatione ubique tunc fuerit, ob incredibilem ingenij acrimoniam, & acerrimum in rebus ſerijs ac grauibus iudicium. Prudentia tanta pollebat, ut a uiris primarijs, præſertim ab ipſo Vmfrido Anglici regni protectore, in ſummo honore haberetur, atque interdū adeſſet a concilijs. Mira certe beneuolētia illuſtriſſimus ille princeps, uiros per eam ætatem eruditione præſtantes proſequebatur, ut eſt ante notatum. Multa & præclara Frumentarius ſcripſit de rebus diuerſis, potiſſime,

*Ad præfatum Gloceſtriæ ducē, li. plu.*

*Commentarios ſcripturarum. li. plu.*

Horum atque aliorum eius operum titulos, ad præſens non poteram obtinere, quod tamen non diffido futurum. Claruit anno a ſalutifero diuæ uirginis partu, M. cccc. xl. ſub Henrico ſexto Anglorꝝ rege, in ſuo tādem ſepultus monaſterio.

PEtrus de Sancta fide, Anglus, Nordouicēſis ædis ad Carmelitas olim primicerius, plures ſui temporis ac nationis theologiſtas, exercitatiōe ſpeculatiua ſuperaſſe ſcribitur. Is Cātabrigię primum,

poſtea

poſtea Pariſiorum Lutetiæ, magiſtralibus ſpectaculo publico donatus inſignijs, magnam eruditionis ſuæ, legendo & diſputando obtinuit famam. Nam poſt Henrici regis quinti a Gallis uictorias, Anglorum monachi mendicantes, præcipue Carmelitæ, Pariſios frequentabant. Ex quibus nouem poſt actus Sorbonicos, Cantabrigienſes quinque, & Oxonienſes quatuor, in paruo temporis ſpatio doctores ſunt illic effecti. Petrus uero eorum unus domi poſtea protulit.

| | | |
|---|---|---|
| *In primam Petri canonicam,* | *li.1.* | *Cũ ſolicitudo paſtoralis, ſecũdũ Gre.* |
| *In ſecundam Petri, lectio.38.* | *li.1.* | *Quia paſtor gregis debet deſolatis,* |
| *Breuiarium Sententiarum,* | *li.1.* | *Reuerendi mei, articulus reſumpt.* |
| *Præconia Petri Lombardi,* | *li.1.* | *Aſſumpſit Ieſus Petrum in montem,* |
| *Alphabetum Theologiæ,* | *li.1.* | *Ab alio dicitur aliquid eſſe dupliciter* |
| *Determinationes uarias,* | *li.1.* | *Vtrum Dei uerbum, ut clamat Euan.* |
| *Placita theologica,* | *li.1.* | *Sponſabo te mihi in fide, ſummo,* |
| *Pro ſua inceptione,* | *li.1.* | *Petrus in ſuperiora domus aſcen.* |
| *Conciones ad Clerum,* | *li.1.* | *Relictis omnibus, ſequuti ſunt,* |
| *Sermones capitulares,* | *li.1.* | *Ioannes uenit in teſtimonium,* |

Argutæ admodum hæc atque alia ſcripſit. Sed hoc in ſuum iam uertitur malum, quod ex illis fuerit, qui conſenſerint in mortem Guilhelmi Whyte. Nordouici tandem, viij. die Nouembris moritur, anno ueræ pietatis, 1452. inter ſuos ſepultus, ſub rege Henrico ſexto.

ROgerus Onley, Anglus, ex Occidentali (ut fertur) regni patria, liberalium artium magiſter, ex Wicleuicorum librorum lectione in medijs mũdi tenebris, multa recte ſapiebat. Iſtũ ob doctrinæ integritatem, a concionibus atque a ſacellis habebat Aleonora Cobham fideliſſima cõiunx Vmfridi ducis Glocestriæ ſũmi tũc Anglici regni gubernatoris. Ex quib⁹

incantationum ac phitonicorum experimentorum aduerſus eorum eccleſiam, atque ita regem ipſum, illam impijſſime ad iudicabant Antichriſti, ut autor eſt cũ Fabiano Ioannes hardyng. Ciãculũq; in Buriẽſi parliamẽto interemerũt ãno dñi. M.cccc.xlvij. pijſſimũ atque nobiliſſimũ ducẽ. Cuius flagitij uindictam adhuc in poſteris ſentit, Polorũ conſpicabiliſſima alioqui ꝓgenies. Cudebat Roger⁹ pro ampliãda re chriſtiana,
*Contra ſuperſtitiones uulgi*, li.1.
An aliud quicquã emiſerit, neſcio. Plęraque aduerſus papiſtarũ hypocriſim atque idololatriã cũ ſua Mecœnate moliebat̃, ſed illico cũ quibuſdã ſocijs ſtrangulat⁹, ac in quatuor partes cõciſus, perijt anno a Chriſto incarnato .1442. pijſſima muliere in Monam inſulam perpetuo relegata, ſub Henrico ſexto.

IOannes Capgraue, Anglus, in Cantię comitatu oriundus, Cantuarię pro uitę ſuę methodo, Eremitarum diui Auguſtini inſtitutũ elegit. Apud hos ſuccedentibus annis ita literis profecit, ut poſt adeptum Oxonij doctoratum, prouincialis ſuæ familiæ rector efficeretur. Philoſophus ac theologus ętate ſua precipuus erat, ingenio atque eloquio clarus. Scripturas diuinas unice amabat, ſophiſtarum ſomnijs parum aut nihil tribuens, quum ſciret ex illis non alia generari, quam rabioſas lites & inutilium rerum quæſtiones. In pręlatorum ſuperbiam ac tyrannidem pluries declamare ſolebat. Vt quod nimium dilatarint fimbrias, laudem affectantes apud imperitã multitudinem. Et quod nõ paſtores ſed mercenarij, lupis expoſuerint oues, lac & lanam quærentes, non animas. Hos patriæ prędones appellauit, ut quibus ueritas fuerit oneri, ius contemptui, crudelitas delectationi. Illũ igit̃ prę alijs elegit pijſſim⁹ ſui temporis princeps Vmfridus Glouceſtrię dux prędictus, Henrici
regis

regis quinti frater, ut ei adeſſet a conſcientię ſecretis. In cuius fauorem quammulta reliquit, & eadem magna ſuæ doctrinæ uolumina. Et inprimis,

| | | |
|---|---|---|
| *Commentarios in Geneſim,* | li.1. | *Arduum nanque & ſupra uires,* |
| *Super Exodum,* | li.1. | *Quia hiſtoriam quam hic proſequi.* |
| *Super Leuiticum,* | li.1. | *Occultiſſimorum myſteriorum,* |
| *Super Numeros,* | li.1. | *Ex Nicolao de Lyra Super,* |
| *Super Deuteronomion,* | li.1. | *In hoc ultimo libro Moſi,* |
| *In hiſtoriam Ioſue,* | li.1. | |
| *In uolumina Regum,* | li.iiij. | *Quod in regnorum libros,* |
| *In pſalterium,* | li.1. | |
| *In Eſaiam prophetam,* | li.1. | |
| *In Danielem,* | li.1: | |
| *Super Euangelia,* | li.iiij. | |
| *Super epiſtolas Pauli,* | li.xiiij. | *Domino ſuo honorabili Vmfrido,* |
| *In acta Apoſtolorum,* | li.1. | |
| *In Apocalypſim Ioannis,* | li.1. | |
| *Super Sententias,* | li.iiij. | |
| *Determinationes theologiæ,* | li.1. | |
| *Catalogum ſanctorum Angliæ,* | li.1. | *Sancti patres qui priſcis fuere,* |
| *Orationes ad clerum,* | li.1. | |
| *Sermones per annum,* | li.1. | |
| *Ad poſitiones erroneas,* | li.1. | |
| *Lecturas ſcholaſticas,* | li.1. | |
| *Epiſtolas ad diuerſos,* | li.1. | |

Atque alia plura. Nam maiorem Bibliorum partem commentaſſe perhibetur. Quod ſuperſtitiones interdum fouerit, temporis infœlicitati tribuendum eſſe cenſeo. Lynne tandem uita deceſſit, xij. die Augusti, ſub anno Chriſti domini noſtri, 1464. in choro ſui cœnobij ſepultus, Edwardo quarto ſuper Anglos regnante.

IOannes Hamboys, Anglus, ab adoleſcentia liberalibus ſcientijs educatus, arti Muſices (ut in qua ſemper maiorem habuerit delectationem) in fine firmius hærebat. Vocum enim conſonantias, proportionum inductiones, & quicquid eſt quod ad hanc ſpeculationē attinet, perfectiſſime uir officioſus ac diligens nouit. Suppetebat ei non mediocriter, cum eloquio mellito, ingenium facundum & amœnum. Poſt frequentata igitur ſuæ terræ gymnaſia, ob egregie nauatam operam, in ea facultate fit doctor, ſui temporis plane celeberrimus. Vnde tum demum latine edidit, quo poſteris haberetur beneficus,

*Summam artis muſices,* li.1. *Quemadmodum inter triticum &c,*
*Cantica diuerſi generis,* li.1.

Cæterarum eius lucubrationum non uidi quicquam, cum tamen plura edidiſſe feratur. Sūma eius, liber ſatis elegans pro tēpore erat, & eius artis amatoribus quāutilis. Claruiſſe putatē anno a Chrī Ieſu natali. 1470. ſub rege Edwardo quarto.

IOannes Lydgate, Anglus, de famatiſſimo illo Buryenſi uel ad fanum diui Eadmundi in Sudouolciæ comitatu monaſterio, Benedictinæ profeſſionis monachus, poſt frequentatas Anglorum ſcholas, Pariſiorum Lutetiam, pro addiſcenda lingua Gallica petijt. Vnde propoſiti ſui non ſegniter compos effectus, atque in patriam ita denuo reuerſus, multos habuit diſcipulos, quibus lectionibus ac ſcriptis profecit plurimum. Vir eruditus & eloquēs erat, alterq; Anglici idiomatis, poſt Chaucerum illuſtrator. Rhetorem certe, philoſophum, mathematicum, ac theologū eum extitiſſe, ſcripta eius luculenter oſtendunt, atque in Anglia poetarum ſui temporis primipilum. Multa iſte tranſtulit a Gallico ſermone in patriam linguam, multaq; dictauit ac ſcripſit, Vt ſunt,

De genea-

*De Genealogia Deorum,* li.xv.
*De illuſtrium uirorum caſu,* li.ix.
*De captione Troiæ,* li.vi.
*De chorea Machabræi,* li.i. *Gentes lapide duriores, et,*
*Parliamentum uolucrum,* li.i.
*Dialogus auis & ruſtici,* li.i.
*Vita Eadmundi regis,* li.i.
*Vita Ethelſtani regis,* li.i. *Proualidiore huius rei firmi.*
*Acta Guidonis Warwicenſis,* li.i.
*De Arthurij rotunda tabula,* li.i.
*Aeglogæ ſeu Bucolica,* li.i.
*Poemata & Odæ,* li.i.
*Satyræ & Sales,* li.i.
*Præceptiones linguæ Gallicæ,* li.i.

Comœdiæ & Tragœdiæ, atque alia non iniucunda, Anglicis metris hæc omnia fere lucubrabat. Carmina quoque latina compoſuit, & in ſoluta oratione nonnulla. Claruit ab incarnato Dei uerbo, 1470, ſub rege Edwardo quarto, Buriæ tandem ſepultus.

DAuid Boys, ex Anglicis Britannis ſeu Cābrijs (q̄s Guallos nunc dicimus) originem habens, in Glocestrienſi cœnobio, Carmeli ſui propoſitum ad uitæ durationem acceptabat, ingenuarum artium non ignarus. Præter Oxonium & Cantabrigiam, pleraque uiſitabat Chriſtianarum regionum gymnaſia, non paruæ eruditionis ſuæ incremēto. Erat profecto uir pius ac doctus, urbani atq; Romani ſermonis, ultra quam ea dabat ætas, abundans. Solitaria manſione oblectabatur plurimum, omnino abhorrens a cæcitate ac tyrannide, quas in ſui tēporis clero regnare cernebat, duciſſę Aleonorę (ut apparet) familiaris, atque ita ſuis

inuiſus, Compoſuit rariſſimorum dogmatum opera, & plura & magna, quibus eruditiſſimum ſe oſtendit. Sed hæc pauca ex multis uidiſſe conceditur,

*De uarijs gentium ritibus,* li.1. Homoex *dono conditionis,*
*De duplici hoīm immortalitate,* li.1.
*Aduerſus Agarenorum inſanias,* li.1.
*De uera innocentia,* li.1.
*De doctrina ſpiritus,* li.1.
*Conciones chriſtianas,* li.1.

Et alia hincinde diſperſa. Collegit iſte adhuc iuuenis, ingentia ſcripta Ioannis Barnyngham in magnis uoluminibus, ac Bibliothecæ Cantabrigienſi impoſuit. Gloceſtriæ claruit prior, anno a Chriſto redemptore nato, 1450. ſub rege Henrico ſexto.

NIcolaus Kenton, Anglus, decem a Gippeſwico paſſuum millib⁹, ad pagū ſui cognominis natus, maturiori ætate pro literis aucupandis, in Gippeſwicenſi cœnobio Carmelitā induit, Pro ſolidioribus diſciplinis Cātabrigiā poſtea miſſus, eam in ſtudijs nauauit operā, ut non ſolū eſſet ſupremæ facultatis paulatim magiſter, ſed & per totā Angliā ad.xij.annos, uniuerſalis ſui ſodalitij prẹſes uiceſimus quintus. Rhetor, poeta, philoſoph⁹, ac theolog⁹ erat pro illa tēpeſtate diſertiſſim⁹, & cōtra ſui tēporis naturā, ex tēpore orare cōſuetus. Hic in epiſtolis ad generalē Faciū, plura malitioſe detonabat, in nouā ſui ordinis reformationē, quā audiuerat tūc Mantuę fieri per quēdā Gallū Thomā Rhedonēſē. Qui Romæ ſub Eugenio quarto pōtificę, āno Chriſti, M.cccc.xxxvi. in foro publico exurebatū, ꝗd in cōcionib⁹ per Italiā dixerit, abhoīationes Romę fieri, eccleſiāꝗ magna egere reformatiōe (quę Hieronym⁹ Sauonarola Dominicanus uir quoꝗ pius poſtea repetebat) & ꝗd

prælati

prælati deberent, depoſito faſtu, Chriſti atque Apoſtolorum exemplo modeſtius uiuere. De hoc ſanctiſſimo uiro mentionem faciunt Antoninus par. 3. ti. 22. ca. 10. & Baptiſta Mantuanus, ca. ultimo, De uita beata. Exarabat Nicolaus ſucciſiuis temporibus, ſtylo ſatis aperto,

| | | |
|---|---|---|
| *Propoſitiones ad clerum,* | li. 1. | *Obſecro uos fratres amantiſſimi,* |
| *Poſitiones Theologiæ,* | li. 1. | *Vtrum imago ſummi regis,* |
| *Orationes. xij. ad fratres,* | li. 1. | *Deuotiſſimi patres fratreſque,* |
| *Ad epiſcopū Exonienſem,* | li. 1. | *Audite cœli quæ loquar,* |
| *In orationem dominicam,* | li. 1. | *Prehonorandi domini, ſacra,* |
| *In Euangelia, xlviij. ſermones,* | li. 1. | *Veniens euangelizauit pau.* |
| *In Cantica lect. xiiij.* | li. 1. | *Oſculetur me oſculo oris,* |
| *Ad clerum Cantabrigienſem,* | li. 1. | *Ambuletis digne Deo, ad Theſ.* |
| *Benedictiones procedentium,* | li. 1. | *Dabo filium, cui benedicturus,* |
| *Commendationes eorūdem,* | li. 1. | *Laus eius in eccleſia ſanctorum,* |
| *Epiſtolas. 212. ad diuerſos,* | li. 1. | *Reuerendiſſimo in Chriſto patri,* |
| *Ordinationes feſtiuitatum.* | li. 1. | *Quoniam ad Dei noſtri cultum,* |
| *Hiſtoriam Eliſæi prophetæ,* | li. 1. | *Terræ ſolcos dum rimans aperit,* |
| *Pro Mariæ commemoratione,* | li. 1. | *Inuiolabis antiquitatis autorit.* |
| *Vitam diui Cyrilli Græci,* | li. 1. | *Geſta ſanctorum patrum, quorum,* |
| *Præcamina diuorum,* | li. 1. | *O mi ſancte pater, Alberte,* |
| *Ad Cardinalem Eboracenſem,* | li. 1. | |
| *Ad Dauidem Chirbury,* | li. 1. | |
| *Ad Nordouolciæ ducem,* | li. 1. | |
| *Ad quēdam errantem,* | li. 1. | |
| *Pro ſuſcipiendo pœnitente,* | li. 1. | |
| *Contra quendam obſtinatum,* | li. 1. | |
| *Ad generalē cōtra reformationē,* | li. 1. | |
| *Cōtra prædeceſſoris blaſphemias,* | li. 1. | |
| *Pro dimittendo officio,* | li. 1. | |

Atq; alios edidit nōnullos tractat⁹, Statim uel ſaltē nō multo
poſt conflagra

cōnflagrationem antedicti Thomæ, conquerebatur profeſſionis ſuæ in Anglia labefactari ſtatum a mille & quingentis otioſis fratribus ad eorum medietatem, quod ſignum erat punitæ eorum hypocriſeos. Londini tādem obijt. iiij. die Septēbris, āno chriſtianę pietatis. 1468. ſub rege Edwardo quarto.

GVilhelmus Elphinſton, Scotus natione, Aberdonenſis epiſcopus, Iacobo tertio regnante, totius regni cancellarius, atque a ſecretiori regis ſigillo deputabatur. Magno bonarum literarum incremēto, ſtudioſorum gymnaſiū Aberdonæ inſtituit, regaleq́ꝫ conſtruxit collegium, ut ſynceriores illic diſciplinæ iuuenibus proponerentur. Quum iſte omnem ferme regionem diligenti indagine perluſtraſſet, quicquid monumentorum ueterū in rebus Scoticis reperire poterat, id totum ſcriptis pro condenda hiſtoria demandauit, ut omnia (uelut ignem ex ſilice) in hominum memoriam reuocaret. Ex collectis igitur hincinde, congeſſit tandem.

*Antiquitates Scotorum.* li. 1.

*Conciliorum ſtatuta.* li. 1.

De cæteris nihil accepi. Præ alijs Veremundum, ut autorem ex uetuſtate magis probandum, in præfato opere imitatur. Huic potiorem ſuorum Chronicorum partem debere ſe fatetur, Hector Boethius in præfatione ad regem. Claruit anno a communis ſalutis origine. 1480. ſub prædicto rege Iacobo tertio.

REginaldus Pecock, Anglus, ob eruditionem atque eloquentiā epiſcopus, primum Aſaphenſis, tum demum Ciceſtrienſis extitit, fauore (ut fertur) Vmfridi Glóceſtriæ ducis, dū eſſet Anglici regni adminiſtra

tor.

tor. Hic indies uidens magnas in clero contra Dei ordinem ſuccreſcere blaſphemias, iudicabat omnino eſſe nõ chriſtianũ, ea amplius abſque reprehenſione præterire. Non ſolum eos ergo ſuſtentabat, quos ad id propenſos uidebat, ſed et ille ipſe cum prędictis Philippo, Rogero, atque alijs, manum aratro appoſuit quoque. Multa enim ore ac ſcriptis protulit in Antichriſtorum uanitates iniquas, & inſanias pluſquam muliebres. Propterea coram archiepiſcopo Cantuarienſi Thoma Bourchier, magniſque regni proceribus ac prælatis Lãbethi conſtitutus, atque hæreſeos adiudicatus anno domini. M,cccc,lvij. tertia die Decembris ad perpetuos carceres damnabatur pijſſimus præſul. Londini concrematis in Pauli cœmiterio codicibus. Ex huius officina hæc promanaſſe, ex aduerſariorum ſcriptis colligo,

*De prouidentia Dei,* li.1.
*De libertate Euangelij,* li.1.
*De ſæcularium poteſtate,* li.1.
*Contra dotationem cleri,* li.1.
*De æqualitate miniſtrorum,* li.1.
*De legibus & doctrinis hominũ,* li.1.
*De utriuſque ſpeciei cõmunione,* li.1.
*Contra mendicitatem impiam,* li.1.

Atque alia id genus plura. Ex huius damnatione prædictus Thomas per papam Calixtum tertium, ſub titulo ſãcti Ciriaci Cardinalitio donabatur pileo. Quod cernens Ioãnes Myluerton, qui non raro cũ illo in arenã deſcenderat, ſequẽti ãno Chriſti ſcilicet. 1458. ad eius ſucceſſorẽ Piũ ſecũdũ (fortaſſe ſimilia ſperãs) cõdẽnationis illi⁹ proceſſũ ac formã deſcripſit.

OSwaldus Anglicus (aliud cognomen ſcriptores non adferunt) Carthuſianorum inſtituti monachus, uita et eruditione famatus, monaſteriorum ſui ordinis per

Angliam & Scotiam, limites & prouentus ampliauit. Dũ ante profeſſionem Pariſijs operam literis daret, cũ præſtantiſſimo ſui temporis theologo Ioanne Gerſon tam familiarem cõtraxit amicitiam, ut abſentes poſtea creberrimis epiſtolis inuicem ſalutarent, & plæraque ex eius opuſculis e Gallico in Latinum ſermonem iſte commutaret, Huius celebrat laudes Hector Boethius. xvij. libro Scoticę hiſtorię. Ab eius abundanti ingenio paulatim fluxiſſe ferunt opuſcula ſequentia,

*De remedijs tentationum,* li. 1.
*Meditationes ſolitarias,* li. 1.
*Epiſtolas ad Gerſonem,* li. 1.

Atque alia nonnulla. Quum in Parthi ſuburbio Iacobus primus Scotorum rex, Carthuſianis cœnobium extruxiſſet, Oſwaldum præfecit, ut cæteris eſſet in exemplũ. Claruiſſe maxime putatur, anno ab incarnato Meſſia, 1450, ſub Henrico ſexto Anglorum rege.

IOannes Parceuall, Anglus, Carthuſianæ etiam profeſſionis obſeruator haud infimus, ob eruditionem non uulgarem inter ſcriptores noſtros numerandus occurrit. Iuuentutem omnem ſcientijs hauriendis per Anglorum gymnaſia expoſuit hic primo, & inde euaſit in utraque literatura, diuina atque humana peritus. Sed cum ex diuturno ſtudio maturitatis fœtũ emitteret, iuxta theoriam ea ſola narrare conſtituit, quæ contemplatiuæ mentis exercent uigorem. Talia ſunt quæ de ſuis Carthuſij crebe rrime iactitant, quę utinam in eorum ſanctiſſimis non eſſet pro promouenda idololatria callidi ſerpentis deceptoria facies. Ex operum cumulo dumtaxat uidi,

*Compendium diuini amoris,* li. 1.

Nec aliud (quod ſciam) ſub ipſius nomine, hucuſq; monaſteriorũ exiuit limites, Hoc uero opuſculũ, a Chriſtiano Wechelo Pariſijs

lo Pariſijs erat excuſum. Ob affinitatem in eadem familia, hic iſtum locaui, credens eum circa hæc claruiſſe tempora,

THomas Penketh, Anglus, ab occidentali inſulæ patria, Warryntonẽſis Auguſtinianorũ fratrũ Eremitagij ſophiſta ſubtiliſſimus, doctorque Oxonienſis, a Iacobo Bergomate in, xvi, libro Supplementi chronicorum encomijs extollit magnis. Mirabili eruditione (inquit) atq; eloquentia, nõ Anglorum modo, ſed & Italorum quoque illuſtrauit gymnaſia. Ob doctrinæ enim magnitudinẽ, illuc ex Anglia uocatus, Pa tauij (quam Paduam nunc uocant) ſalario publico ſcholaſticã theologiam pluribus annis docuit. Vt Themiſtocles alter, incredibili memoria præditus, prodigioſa Scoti ſcripta tam exacte retinebat, ut exemplaribus deſtructis, reuocare omnia ſciret. Inde frequenti auditorio Patauij rogatus, emendatiſſima illa, & quaſi denuo edita, typohraphis excudenda tradidit. Reuerſus in patriam, fit ſui ſodalitij prouincialis præpoſitus, ac tandem inutilia hæc fabricauit,

*Summã dialectices,* li.1.
*Elucidationes naturalium,* li.1.
*Philoſophantium præceptiones,* li.1.
*Actus magiſtrales,* li.1.
*Lecturam Sententiarum,* li.iiij.
*In metaphyſicam Ariſtotelis,* li.xij.
*Placita theologica,* li.1.
*Diſputationes academicas,* li.1.
*Conciones ad utrumque ſtatum,* li.1.
*Lectiones publicas,* li.1.

Et alia id genus plura. Iſte anno domini, 1483, cũ quodã Radulpho Shaa doctore etiã theologo, ad ſublimationẽ Ricardi

regis tertij, Edwardi regis progeniem adulterinam eſſe quā
falſo declamabat. Qua deluſione, omnem deinceps æſtimati-
onem amiſit. Londini uero obijt.xx.die Maij, anno Chriſti.
1487.ſub Hērico ſeptimo Anglorū rege, inter ſuos ſepultus.

IOannes Stanbery, ex eadem occidentali Anglorū regione Carmelita & magiſter Oxonienſis, ætate ſua uarijs naturæ atque doctrinæ dotibus eminen-ter excelluit, Nam præter decentem ac pulchram ſtaturæ proceritatem, tam ingenij quam eloquentiæ dexteri-tate ſummus apparebat. Vnde percepta eius fama, aduoca-uit illū Hēricus ſextus Anglorū rex ab Oxonienſi lectura, ut in ſuo Eytonenſi prope Windeſoram collegio, poſt eius fun dationem, primus lectionibus ac diſceptationibus publicis præeſſet, Eumq; ex illis coram ipſo eſt fauorem nactus, ut de-inceps ei ſemper aſtaret a confeſſionū ſecretis, Nordouicen-ſiq; pontificatu donaretur. Sed ei mox obſtitit Guilhelmus a Polo Sudouolcarum dux (qui præcedenti anno Vmfridum Gloceſtrienſē necauerat) ſuū Capellanum ipſi præficiens ſedi. Illius igitur loco Bangorenſem epiſcopatum anno domi ni. M. cccc. xlviij. ſuſcepit, & poſt quinque annos Herefor-denſem præſulatum. Iſte latinis characteribus contexit, ut alijs impoſterum prodeſſet,

| | | |
|---|---|---|
| *Lecturam Sententiarum,* | *li.iiij.* | *Textū libri, quem præ manibus hab.* |
| *De laboris uniuerſi præmio,* | *li.1.* | *Reuerendi magiſtri patres & domi.* |
| *Super fidei ſymbolo,* | *li.1.* | *Vt magis communitati proficiat.* |
| *De dote Eccleſiæ,* | *li.1.* | *An liceat clericis & Chriſti ſacer.* |
| *De uigore decretorum,* | *li.1.* | *Iura ciuilia, decreta, & decretal.* |
| *De ſanctionibus eccleſiaſticis,* | *li.1.* | *Conciliorum generalium ſanctiones,* |
| *De poteſtate pontificia,* | *li.1.* | *Leges humanas an papa pote.* |
| *De diſcrimine iuriſdictionum,* | *li.1.* | *Pontificalis dignitatis & præſi.* |

De præ-

| | | |
|---|---|---|
| De prærogatiua eccleſiaſtica, | li.1. | Princeps ut uerus monarcha, |
| De uigore ſcripturæ ſacræ, | li.1. | Tanta eſt autoritas canonicæ ſcrip. |
| Quæſtiones ordinarias, | li.1. | Vtrum uiantis aliqua ſit euidens. |
| De caſu & fortuna, | li.1. | Cauſa per accidens eſt duplex. |
| De uario ſcripturæ ſenſu, | li.1. | Sacræ ſcripturæ ſenſus diſtingui ſo. |
| De fato & fortuitu, | li.1. | Supereſt iam ſcrutari de fato, |
| De regimine celebrantium, | li.1. | Prouocatus etiam per amicos, qua. |
| De quatuor minimis, | li.1. | Notandum ſecundũ phyſicos, aqua &c. |
| Lecturas Oxonienſes, | li.1. | |
| Sermones coram rege, | li.1. | |
| Sermones ad cleꝝ et populum, | li.1. | |
| In Chryſoſtomũ, Nemo læditur, | tab.1. | Abnegare ſe, qualiter quis debet, |
| In Auguſtini confeſſionale, | tab.1. | Abyſſus abyſſum inuocat, & cæt. |
| In eundem ſuper Ioannem, | tab.1. | Abrahã. Vbi Deus Abrahæ, ubi, |
| In eundem de doctrina chriſtiana. | tab.1. | |
| In Enchiridion eiuſdem, | tab.1. | |
| De uiſitatione infirmorum, | tab.1. | |
| De cura agenda pro mortuis, | tab.1. | |
| De laude charitatis, | tab.1. | |
| De diſciplina chriſtiana, | tab.1. | |
| In homelias Gregorij, | tab.1. | |

Alia inſuper edidit, ſed omnia fere papiſtica. Ex preſcriptis opuſculis, & iſtũ cũ Reginaldo Pecock, lites habuiſſe quõdã facile ſuſpicarer. Ludlowię tandẽ inter ſuos Concarmelitas mortale onus depoſuit. xi. die Maij, anno a Chriſti ſeruatoris ortu, 1474. Herefordiã uſque delatus ac celebri pompa ſepultus, ſub rege Edwardo quarto.

GValtherus Hunte, Anglus, etiam ab occidente, & Carmelitanorum cœnobitarum profeſſione, inter magiſtros Oxonienſes legendo & diſputando primũ obtinuit nomen. Ingenij nẽpe ſolertia plurimũ ualebat,

ualebat, linguæque politæ artificio, theologus ſui temporis eminentiſſimus. Tantæ reuera autoritatis & opinionis apud Anglos iſte erat, ut a toto regni cōcilio anno Chriſti.M.cccc. xxxviij. Ferrariam primum, deinde Florentiam, ad uniuerſalem orbis ſynodum ab Eugenio quarto pro conuincendis Græcis & Armenis collectam (ut aiebant) mitteretur. Illic nimirū per.xiiij.menſes doctores Græcorum in literaria paleſtra muniendi papiſmi gratia, ſæpius inter alios coram imperatore Ioanne Palæologo ac patriarcha Ioſepho, papiſta ſubtiliſſimus conuenit, ſuper Spiritus ſancti a patre & filio proceſſione, azimo pane in ſacra ſynaxi, papę primatu, purgatorio, atque alijs articulis, Græcorum codicum teſtimonijs abundans. Sed an fuerit Græce peritus, an per interpretem diſputauerit (ſicut & cæteri fere tunc omnes) autores illi nō produnt, qui eum nihilominus a Iuliano diui Angeli Cardinale, & Andrea Colocenſi archiepiſcopo, ob id ſūme commendatum referunt. Produxit hic demum Latine & docte (papiſtice quamuis) a poſteritate legendos,

*Sententiarum commentarios,* li.iiij.
*Euangeliorum enarrationes,* li.iiij.
*Vocabulare Latinum,* li.I. *Ab propoſitio omnibus in cōpoſitione,*
*De uigore literarum,* li.I. *A uocalis, aliquādo mutatur per cōpo*
*Erga doctrices mulieres,* li.I. *Non licet mulieribus publice docere,*
*Contra fœminarum cōmunionem,* li.I. *Idoneæ miniſtræ non ſunt mulieres,*
*De præcellentia Petri,* li.I. *Petrus Apoſtolorum princeps eminē.*
*De prædeſtinatis,* li.I. *Soli preuenti gratia Dei prædeſ.*
*De religioſorum dignitate,* li.I. *Viſo ſuperius quid ſit eccleſia,*
*De eccleſiæ autoritate,* li.I. *Symbolica Chriſti eccleſia una,*
*De pontificum iuriſdictione,* li.iij. *Suprema militantis eccleſiæ iuriſd,*
*Contra Græcorum errores,* li.I. *Differendæ materiæ altitudo meri,*
*Acta Conciliorum,* li.vi. *Sciendum eſt, quod. xij. uicibus,*

De pro,

interim ſunt reijcie̅dæ fabulæ, quibus abundat, ne illis lædatur hiſtoriæ ueritas,

ROBERTUS Fabyane, Anglus, ciuis & mercator Londine̅ſis, atque olim tribunus ſeu co̅ſul (quos ſub prætore, eiuſdem urbis ſenatus duos ſe̅per habet) impoſitu̅ onus omni humanitatis officio peragebat. Eo accõmodatior eiuſmodi ſubeu̅dis pro republica muneribus apparet, quod tam multaru̅ hiſtoriarum, Anglice, Gallice, et Latine editarum fuerit peritus. Hiſtoria profecto multam in hominibus, ex uariarum rerum narratione prudentiam gignit, immo functionibus ſingulis tam conſiliorum quam exemplorum documenta maxime neceſſaria miniſtrat ad quodlibet uiue̅tium genus moderandu̅. Laborioſum iſte Chronicorum opus, Anglico ſermone collegit, ex Euſebio, Eutropio, Paulo diacono, Mathæolo Veronenſi, Petro Pictauienſi, Guidone de Columna, Rogero Houeden, Alphredo, Ranulpho, Treuiſa, Lydgato, Froſſardo, Gaguino, Hartmãno Shedel, Iacobo Bergomate, Caxtono, ac ſimilibus. Cui hunc impoſuit titulum,

*Hiſtoriarum concordantias,* li. vii. *Quoniam in annorum ſupputatione,*
*A Ricardo primo ad ſua te̅pora,* li. 1. *Eo quod ad tempora ipſa nunc deue.*
*Henrici ſeptimi tempora,* li. 1. *Hoc anno domini. M.cccc.lxxxv.*
*Regum nomenclaturam breuem,* li. 1. *Albion, & cur hæc inſula abãti.*
*Monumenta urbis Londinenſis,* li. 1.
*De prætoribus eiuſdem,* li. 1.

Et alia tam metro quã proſa. Incipit opus primu̅, a Bruto primo Britannorum rege, ac finit in ultimo anno Henrici ſecundi. Alterum originem capit a Ricardo primo (ſub quo ſua ciuitas augeri autoritate cœpit) & durat ad Henricum ſeptimum, qui anno Chriſti. 1485, regnum eſt auſpicatus, eiuſque

fecit. Cantabrigiam poſtea tranſmiſſus, tam arcte theologi cis incubuit ſtudijs, ut primum in ea facultate doctor, deinde ſui ordinis per Anglicam regionem uniuerſalis efficeretur praeſes. Fuit certe philoſophus, rhetor, ac poeta, pro ſua tempeſtate non uulgaris, & eloquio clarus, qui & in utroque ſcribendi genere, metro ſcilicet atque proſa non nihilipendenda reliquit opuſcula. Conciones eius ad clerum & populum, a multis audiui laudatas. Atque ut hoc loco elenchum apponam, literis commendauit,

a table in a booke to ſhew plates.

*Rudimenta Grammatices,* li. 1.
*De quantitate ſyllabarum,* li. 1.
*De componendis carminibus,* li. 1.
*Epiſtolas ad diuerſos,* li. 1.
*Orationes ad clerum,* li. 1.
*Sermones ad uulgum,* li. 1.
*Certamina ſcholaſtica,* li. 1.
*Lecturas ſolennes,* li. 1.
*Collectanea concionum,* li. 1.

Facetias ac rhithmos, & nonnulla alia. Grammaticalia eius Londini olim excuſa uidi in aedib' Ricardi Pynſon typographi regij. Claruit apud Anglos ex eruditione notiſſimus, anno nati Seruatoris. 1490. ſub Henrico ſeptimo eorũ rege.

GEorgius Riplay, Anglus, Bridlyntonae in Eboracenſi patria, ſub titulo diui Auguſtini Canonicus regularis, ab ineunte ſemper aetate extitit circa mirabilium effectuũ & plenas myſteriorum operationes, curioſus explorator. Remotiores ergo prouincias, Italiã precipue, ut pleni' philoſophari liceret, petijt & illic ad aliq̃t ãnos habitauit. Multa eſt inibi Platonicorũ, caeterorũq; philoſophorum gentilium rimatus arcana, mathematicus,

 rhetor,

rhetor,ac poeta,ętate ſua non uulgaris. Et quo liberius domi uacaret ſtudijs,redeundo indultum pape obtinuit, ut eſſet a cæremoniarũ onere prorſus immunis. Cellaque ſe fecit Anachoritam includi apud Carmelitas ad fanum Botulphi,ut alienus foret a mundi tumultu,eorũ inſtituto deinceps uſus. Atque illi,ut ob eruditionem eum inter ſuos celebri honeſtarent titulo,in Ayleſfordienſi patrum (ut uocant) ſynodo,anno Chriſti, M,cccc.lxxxix.theologiæ lectorem admiſerunt. Ab huius abundanti ingenio,fluxerunt hæc ſyntagmata,

| | | |
|---|---|---|
| *Philoſophorum ſecreta,* | li.1. | |
| *De rerum temperaturis,* | li.1. | |
| *Hiſtoria compaſſionis Mariæ,* | li.1. | *Gaudia præclara cœli tua preſ.* |
| *Alcumiſtarum myſteria,* | li.1. | *Cum ſol in ariete ſit,phœbuſque,* |
| *Compendium Alchymiæ,* | li.1. | *Exordiũ hic cœpit Alchymiæ cõpẽ.* |
| *Vita diui Ioãnis Brydlyngton,* | li.1. | *Sacratiſſimæ recordationis Ioannes,* |
| *Vita diui Botulphi,* | li.1. | |
| *De magia naturali,* | li.1. | |
| *Carmina & epiſtolæ,* | li.1. | |

Atque alia prodigioſa opuſcula,quæ ſparſim per Angliam pro inſigni theſauro ſeruantur. Eius fuere autores præcipui, Plato, Ariſtoteles, Hermas Aegyptius, Auicenna, Geber Arabs, Morienus, Hali Abenragel, Alphidius, Alphonſus, Alkindus, Albubater, Albumaſar, Roſinus, Bachon, & ſimiles. Claruit anno a Chriſti natiuitate.1490.ſub Henrico ſeptimo,in ſuorum fratrum ad fanum Botulphi cœnobio tandẽ ſepultus,parum ante ſuam, ob artes (ut dicebant) illicitas damnationem.

IOannes Myluerton, Anglus, ex Briſtollenſi Carmelitarum cœnobio theologicus doctor,magiſtralibus exercitijs Oxonienſe gymnaſium diu ad celebrem ſui nominis famam occupabat, Indeq; Pariſiũ a genera-

a generali ſui ordinis magiſtro, Ioanne Soretho uocatus, fit per ſynodum illic generale anno domini, M.cccc.lvi, prouincialis inſtituti ſui præſes in uniuerſa Anglia, Scotia, & Hibernia. Acrius iſte, a clero prouocatus, Reginaldũ Pecock Aſaphenſem ac Ciceſtrenſem epiſcopum ſequenti anno papiſticis telis inuaſit, quam alius adhuc quiſquam. Et ſuo malo quidem, ut ex ſequentibus patebit. Prædicabant enim (& hac forte occaſione) ad Pauli crucem Londini, ãno Chriſti, M.cccc, lxiiij. in octobri, Henricus Parker & Thomas Holden ſuæ profeſſionis theologi, ac poſt illos Dominicanus quidam, Chriſtum ac diſcipulos nihil habuiſſe proprij, quod pro hæreſi Ioannes xxij. Romanus pontifex antea damnauerat. Quibus inter alios offenſus Ricardus tunc Londinenſis epiſcopus, eos omnes cum Myluertono (quod pro ipſis aduerſus prælatos ſe murum oppoſuiſſet) ſacris interdixit ac pro hæreticis habuit. Et quamuis hac in re primum aduerſus Reginaldum mouiſſet lapidem, ſupprimendam tamen mox iudicabant fraterculorum audaciam, ne uehementius erga eorum dignitates atque ſuperfluas opes, erigerẽt criſtas. At cũ uidiſſet Myluertonus indies augeri pericula, Romam detulit cauſam, ad Paulum eius nominis ſecundum pontificem, Qui ex templo ſuſceptis epiſcoporum literis, non auditum detruſit in ſancti Angeli caſtrum, ubi pleno triennio incommoda multa pertulit. Tandem ſuæ cauſæ iudices habere permiſſus, per vij. Cardinales, Nicenum, Spoletanum, Theraſonenſem, Papienſem, Rothomagenſem, diui Sixti, & diui Angeli, liberatur, ac priſtinis gradibus reſtituitur. Sed interim amiſit epiſcopatum Meneuienſem, ad quem antea fuerat electus. Non paruo uoluminum numero reliquiſſe hic fertur clara doctrinæ ſuæ monumenta, quorum hæc pauca uidi, Ad pium Papam ſecundum,

| | | |
|---|---|---|
| *Contra Reginaldum Pecock,* | *li.1.* | |
| *Determinationes Oxonij,* | *li.1.* | |
| *Lecturas ſcholaſticas,* | *li.1.* | |
| *Sermones per annum,* | *li.1.* | |
| *Symbolum ſuæ fidei,* | *li.1.* | *Dominus aperiat mihi oſtium,* |
| *De paupertate Chriſti,* | *li.1.* | *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti,* |
| *Epiſtolas.lxiiij.ad amicos,* | *li.1.* | *Frater Ioannes humilis prior pro.* |
| *Ad quendam Romanum,* | *li.1.* | *Recolende doctor, deuotas poſt,* |
| *Ad Mecœnates Anglos,* | *li.1.* | *Reuerendißime in Chriſto pater,* |
| *Ad Paulum papam ſecundum,* | *li.1.* | |
| *Ad Cardinalem Nicenum,* | *li.1.* | |
| *Ad Vrſinum Spoletanum,* | *li.1.* | |
| *Ad Theraſonenſē Cardinalem,* | *li.1.* | |
| *Ad Cardinalem Papienſem,* | *li.1.* | |
| *Ad Rothomagenſē Card.Guil.* | *li.1.* | |
| *Ad Ioannem diui Sixti Cardi.* | *li.1.* | |
| *Ad diui Angeli Cardinalem.* | *li.1.* | |
| *Ad nobiles Italiæ,* | *li.1.* | |
| *Ad doctores Angliæ,* | *li.1.* | |

Quoſdam in ſcripturam ſacram commentarios, & alia complura. Poſt hanc Myluertono illatam calumniam, in Carmelitis omnino defecit tam doctrina quam æſtimatio, ſubtrahentibus quammultis ſtudiorum ſubſidia, deueneruntque paulatim ad brutalem fere ignorantiam. Manifeſtaque tandem in eis eſt, ruina illa quā dominus minatur maleuolis Paleſtinis ob eorum blaſphemias, Hieremię.47. Poſt.xxij. pręfecturę ſuę annos, Lōdini migrauit hic ſenex, penultimo die Ianuarij, anno incarnati uerbi.1486. ſub Henrico Anglorum rege ſeptimo, in ſui cœnobij choro ſepultus.

Galfridus

GAlfridus Grammaticus, Anglus natione, ab ætate puerili ſub corruptis, obſcuris, ac barbaris præceptoribus, prima ſcientiarum rudimenta edoctus, corruptior ipſe aliorum tandem magiſter euaſit. Sibijpſi tamen haud ſecus atque olim arrogans ille Palemon adfectus, multa tribuebat, acſi cum eo natæ fuiſſent literæ atque bene dicendi artes, cum eoque interituræ. De Tullio Cicerone, Plinio, Saluſtio, Seruio, Varrone, Vergilio, Horatio, Homero, Terentio, Quintiliano, ac alijs bonis autoribus nihil ſentiebat in lecturis publicis, Sed negligendæ obſcuritatis fæces, e ſuo Alexandro, Garlandio, Genuenſi, & ſimilibus, claris ac bene natis ingenijs (ut ea corrumperet) grammatiſta protulit. Latinis characteribus dedit tũdemum inutilis artifex,

| | | |
|---|---|---|
| *In doctrinale Alexandri,* | *li.1.* | |
| *In Ioannis Garlandi Synonima,* | *li.1.* | *Cum omnis diuiſio libri ſit penes,* |
| *In Aequiuoca eiuſdem,* | *li.1.* | *In ſuperiori libro tractauit,* |
| *Hortum uocabulorum,* | *li.1.* | *Vt etenim multos ( noſtræ præ:* |
| *Medullam Grammatices,* | *li.1.* | *Cernentibus ſolicite clericorum,* |
| *Puerorum præceptiones,* | *li.1.* | |

Et eius farinę alia. Quorũ nonnulla ſed frigidiſſima, Pariſijs ac Londini impreſſa uidi. Sunt qui hunc credant fuiſſe Dominicanum, & in orientali regione natum, claruiſſeque anno uirginei partus. 1490. ſub rege Henrico ſeptimo.

IOannes Erghom, Anglus, ex Eboracenſi Eremitanorũ fratrũ diui Auguſtini cœnobio, theologię magiſter, nullo nõ genere illiꝰ ętatis doctrinę inter ſuos emicuit. Ingenij promptitudinem atq; oris facundiam ad manum habens, noua atque inaudita ex ſuis concionibus interdũ gaudebat in uulgum effundere. Et inter omnes theologicæ facultatis inuentiones, magis illi arriſit

typicus interpretandi modus. Hinc nimio labore illorum col
legit ſcripta, quos ſciebat ea in arte excellere, Methodij uide-
licet, Merlini, Ioachim abbatis, Cyrilli Græci, Ioannis Cano-
nici, Roberti de Vſetio, Ioannis de Rupe ſciſſa, Ioannis de
Barſigneio, atque Sybillarum, uocauitq; opus illud,

*Compilationes uaticiniorum,* li.1. *Ego Auguſtinenſium minimus,*
*In Carmina Ioannis Canonici,* li.1. *Febribus infectus, & cæt.*
*Sermones ad uulgum,* li.1.

Atque alia nonnulla, ut liquide olim apparebat in eorũ fra-
trum Bibliothecis. Claruit Eboraci, anno a redemptionis no-
ſtræ initio .1490. ſub Anglorũ rege Henrico ſeptimo, ubi tra-
ditur tandem communi occumbere fato.

THomas Paynel, Anglus, ab ineunte ętate pro-
bis moribꝰ ac literis educatꝰ, & eo nomine apud
primores uiros conciueſq; ſuos gratus, quietã
& honeſtam inter homines uitam egit. Poſt ali-
quantulos in Philoſophia atque in alijs huma-
næ induſtriæ ſcientijs labores, corporalium cauſarum, præ-
ſertim rei medicæ cœpit eſſe ſtudioſus. Et ut aliqua ex parte
in ea facultate, de republica bene mœreri uideret, utq; de cor
porum ſoſpitate ac tuenda ualetudine, ſalutares regulas ex-
hiberet, ex Latino ſermone in Anglicum idioma, addita prę-
fatione, tranſtulit,

*Regimen ſanitatis,* li.1.

Quod opus ad quendam Anglorum regem ex Italia miſit
Salernenſium medicorum gymnaſium, quod in agro Picen-
tino eſt ad mare Tyrrhenum. Claruiſſe uero putatur, anno a
Chriſti natiuitate .1500. ſub rege Henrico ſeptimo.

Michael

MIchael Anglicus cognomine, ſed natione Gallus, patria Belmontenſis, utriuſque iuris profeſſor, politioribus a tenera ætate diſciplinis imbutus, ſuauiſſimis poeticæ atque oratoriæ artis decerpſit in academijs floſculos, Pertranſitis deinde ſaxoſis Alpibus, in Italiã proficiſcebatur, ut illic incrementũ acciperet iniecta per præceptores probos fœcunda literarum ſeges. Qui tandem ut fertiliſſimi ingenij ſpecimen non incelebre daret, cuiuſlibet generis carmina, a Baptiſta Mantuano ob eruditionem laudata, fœliciter produxit, Et ipſum pro recte applicata epithetarum copia, pluſquam 150. uicibus citat in ſuis Epithetis Ioannes Rauiſius Textor, Compoſuit uero Demoſthenio nitore celeberrimus uates,

*Ad epiſcopũ Pariſiẽſẽ Aeglogas, li. iiij. Qualia Sydoniæ ſtruxerunt pran.*
*Aeglogas ad Ludouicũ Villeriũ, li. ij. Myrtile quid fœdo ſquales pro.*
*De mutatione ſtudiorum, li. 1. Gaufrede Palladiæ ſpirabilis au.*
*Elegiam deprecatoriam, car. 1. Virgo Panomphæi genitrix,*
*Ad Petrum Courthardum, car. 1. Ecce ego qui quõdam fatis agi.*
*Quercum Preſlinam, car. 1. Quæ ſtat Preſlinos quercus con.*
*In enarratione faſtorum Ouidij, car. 1. Eia age docta cohors cui plec.*
*Ad regni Francorum præſidem, epi. 1. Ego gaudium ſolidum atque inti.*
*Ad Franciſcum Luxemburgum, epi. 1. Non me latet pater reueren.*
*Diuerſi generis carmina, li. 1.*

Et alia complura, quæ omnia Pariſijs impreſſa uidi, Claruit anno ab apparente in carne Dei filio, 1500. Hunc inter Britãnos ideo locaui, ne in poſterum apud eos decipiantur, qui fortaſſis ex cognomine pro Anglo ipſum celebrarent.

THomas Scrope, Anglus, nataliũ ſplẽdore, illuſtris ſcilicet Scroporum ſtemmate nobilis, ac morũ integritate cõſpicuus, poſt copioſam literarum notitiam, Benedicti primum, poſtea Dominici, tãdemq;

Carmeliſectas,ad religionem animatus, aliquanta cohabita tione probabat. Et quũ nihil minus apud eos inueniſſet, quã quod mundo tãtopere iactitabãt, relictis alternatim coꝝ obſeruantijs, Euangelium regni Dei in ſacco & ſilicio, cathena circumcinctus ferrea prædicabat,circa annum a Chriſti nati uitate.Milleſimũ quadringenteſimũ uigeſimũ quintũ.Et clamabat,nouam matrem illam,agni nuptam,breui deſcenſurã e cœlo,ac uiro parari, quam ſe dicebat ſpiritu ſemper adora re.Id enim eſt,quod eodem anno tam anxie conqueritur Wal denus in epiſtola quadam ad Nordouicenſis cœnobij ſui ordi nis priorem Guilhelmum Thorpe doctorem theologum. Dicens, poſt prædictorum narrationem,hæc ſcandalum eccleſiæ,ſciſma,& commotionem in populis generare, ac ruborẽ (iſta enim ſunt eius uerba)illis ordinibus incutere,quos ita tranſcurrerit. Poſtea igitur timore (ut credi poterit) ſtimula tus,apud Carmelitas Nordouicenſes anachoritagium repetijt,illorum de cętero ad.xx.annos inſtitutum in eodem obſer uans.Defuncto tandem ex eadem profeſſione Dauide Chir bury epiſcopo Dromorenſi.anno domini.Milleſimo quadrin genteſimo quadrageſimo ſexto, Eugenij quarti Romani pontificis iuſſu,ob editum ad eum de ſui ordinis rebus geſtis paꝝ antea opuſculum,hic illi ſtatim ſucceſſit,ut autores ſunt Ioan nes Paleonydorus, Arnoldus Boſtius, atq; Iulianus Haſart, qui eum ab oppido natalitio Bradlęum uocant.Sed quia cũ Hibernis (apud quos hęc erat ſedes) conuenire non poterat, alteri adhuc eiuſdẽ ſocietatis alumno Ricardo Meſin ad.xiiij. annos permiſit omne ius ſuum.Interim ille ſub epiſcopo Nor douicenſi uicarius.diuinę legis decalogum ſingulis ferijs ſex tis pedibus nudis obambulans, in uulgo docebat, & omnia ſua in pios uſus diſtribuebat. Edidit iſte ad Ioannẽ Blakeney Nordouicenſis collegij monachum Benedictinum, copioſe

ac latine,

ac latine,

*De Carmelitarum inſtitutione,* li.1. *Inuidiæ proprium eſt, alterius laudem,*
*De eodem ordine ad Eugenium,* li.1. *Quia Eſaias propheta, cū de Chriſti,*
*Catalogum ſanctoꝝ eiuſdem,* li.1. *Quoniam Deus in ſanctis ſuis toties,*
*Compendiū hiſtoriarū & iuriū,* li.ix. *Filij prophetarum ſūt fratres de Car.*
*Priuilegiorum papalium,* li.1. *Dum precælſa meritorum inſignia,*
*Sermones de.x. præceptis,* li.1.

Et alia. In Anglicū idioma tranſtulit quoque decē libros Philippi Riboti Cathalani, de pecularibus Carmelitarum geſtis, ad Cyrillum Garlonde eius loci tūc priorē. Cū uero eſſet ad Rhodiēſes (ſub neſcio quo) legat⁹, a quodā catechumeno ſeu nouiter conuerſo Iudęo, atq; Minorita Hieroſolymitano plura didicit. Si iſtū omni ſuperſtitione leuarē in illo diuinę maledictionis tempore, mendacem me redderēt prefata eius ſcripta, impoſturarum ipſo tunc ignorāte plena. Centenarius fere in Leyſtoft tandem non obſcuro Sudouolcię oppido. viij. calendas Februarij quieuit, anno ſalutis humanę, 1491. ſanctitati opinione famatus, ſub Henrico ſeptimo.

IOannes Coletus, Anglus, Londini parentib⁹ opulentis Henrico & Chriſtiana progenitus, ex. xxij. liberis ſuperfuit ſolus. Adoleſcens apud ſuos Anglos, quicquid eſt ſcholaſticæ philoſophiæ, diligenter perdidicit, Platonis atque Ciceronis libros auidiſſime deuorans. Poſt adijt Galliam & Italiam, ubi euoluendis autoribus ſacris, potiſſimū priſcis, ſe totū impēdit. Oxonium inde reuerſus, publice atq; gratis Paulinas epiſtolas omnes, eiſdē tot⁹ addict⁹, enarrauit. Ex quo labore, Henrici regis ſeptimi beneficio, fit ſtatī Lōdini apud diui Pauli maximas ędes decan⁹, ut ei⁹ pręeſſet collegio, cuius tā ardenter amabat doctrinā, Syncerā Chriſti philoſophiā ex puriſſimis Euāgelioꝝ fon-

*In præcationem dominicam,* li.1.
*Conciones ordinariæ,* li.1.
*Conciones extraordinariæ,* li.1.
*Ad conuocationem cleri,* li.1.
*Breuiloquus dictorum Chriſti,* li.1.
*Ad argumenta Eraſmi,* li.1.
*Excerptiones doctorum,* li.1.

Atque alia, ſed omnino imperfecta. Aduerſus uitia, uigilijs, ſtudijs, abſtinentijs, ac præcib⁹ indies pugnabat. A ſuo tamẽ epiſcopo Ricardo Fiziames, duobuſque Minoritis Bricoto & Standicio, hæreſeos deferebatur, quod in ſuis concionibus docuiſſet non adorandas eſſe imagines, nec quod liceret uel clerico cumulare diuitias, uel uiro chriſtiano bella uſurpare. Ex contracta quadam a peſtilenti ſudore, uiſcerum tabe, uita tandem defecit, anno ſeruatoris noſtri, 1519, & ætatis ſuæ, liij, ad auſtrale chori latus in ſuo templo ſepultus, ſub Henrico octauo Anglorum rege. Huius ex tumulo eieciſſent atque incendiſſent prælati cadauer, niſi aliud eis ſuperueniſſet inexpectatum malum.

GVilhelmus Lilius, Anglus, Polydoro teſte, uir erat, quẽadmodum dicit Horatius, integer uitæ ſceleriſque purus. Qui poſtquam in Italia per aliquot annos cultioribus literis operam dediſſet, domum reuerſus, Anglorum primus apud ſuos, Ioannis Coleti ſalario conductus, eas probe docuit. Hic non incommodum erit addere, quæ Beatus Rhenanus homo eruditus de illo in epiſtola quadam ad Bilibaldum Pircheimerum profert. Guilhelm⁹ Lilius (inquit) Mori ſodalis, cum quo uertendis Græcis epigrammatibus iam olim colluſit, quæ progymnaſmatum titulo ſunt inſcripta, Britãnus eſt. Is omnifariã doctus, non modo

Græcos autores, ſed & eius nationis mores uernaculos domeſtice notos habens ( ut qui in inſula Rhodo fuerit aliquot annos commoratus ) nunc ludum literarium Londini magna cum laude exercet, & cæt, Congeſſit nempe ad diſcipulorũ ſuorum commoditatem,

| | | |
|---|---|---|
| *Rudimenta Grammatices,* | *li.1.* | |
| *Octo partium ſyntaxin,* | *li.1.* | *Cum aliquid habeam uulgare,* |
| *De generibus nominum,* | *li.1.* | *Propria quæ maribus tribuuntur,* |
| *De uerborum præteritis,* | *li.1.* | *As in præſenti, perfectum for.* |
| *Regulas grammaticales,* | *li.1.* | |
| *Pro moribus formandis,* | *li.1.* | *Qui nihil diſcipulus, puer es,* |
| *Epigrammata e Græcis,* | *li.1.* | *Murem Aſclepiades in tecto,* |
| *Apologiam ad Whittyngtonum, li.1.* | | |

Epiſtolas familiares, ac diuerſi generis carmina. Syntaxis illiꝰ, ſiue de octo partium conſtructione liber, ab Eraſmo Roterodamo emunctior multo emittitur, atque alia quędã eius opuſcula Thomæ Robertſoni annotationibus honeſtata. Londini obijt anno a Chriſto nato, 1520. ſub rege Henrico octauo,

IOannes Standicius, Anglus, Minorita theologus atque a ſancto Aſino ſeu Aſaphenſis epiſcopus, præter id quod Coleto inſulſiſſimus aſinꝰ fecit, illuceſcenti tunc Dei ueritati in alijs quoqꝫ uim inferebat, Nam poſt conflictum in quodam prandio circa res Eraſmi Roterdami ( de quibus antea, nõdũ uiſis codicibus, prædicauerat ) procubuit in genua coram rege ac regina. Et collaudatis primo eorum maioribus, quod ſemper eccleſiam aduerſus hæreticos ac ſciſmaticos defenſarint, hortatus, immo per omnia ſacra obteſtatus eſt eos, ut pergerent ſuorum progenitorum ſimiles, alioqui deploratã eſſe Chriſti religionẽ. Iuſſus ut indicaret, quæ eſſent hæreſes exitiales

exitiales unde metueret. Rem porrecturus in digitos, primū (inquit) Eraſmus tollit reſurrectionem, deinde nihili facit matrimonium, poſtremo de Euchariſtia male ſentit. Et cum ad probationes uentum eſſet, pro Corinthijs protulit Coloſſenſes, Omnes quidem reſurgemus & cæt, riſumq; peperit multis. Cudebat inutilis artifex,

*Sermones ad uulgum*, li.1.
*Contra Eraſmi uerſiones*, li.1.

Ac ſimiles nugas. Non minora tamen habuiſſet olim ab epiſcopis quam ante illum Myluertonus, niſi interueniſſet rex ipſe. Claruit delirus ſenex anno a Chriſti incarnatione. 1520. Lōdini tandē (ut fertur) ſepultus, ſub rege Henrico octauo.

GIlbertus Crab, Scotus natione, liberalium artium Pariſij magiſter, eruditione, lingua, & ingenio, magnam ſibi per diuerſas Galliæ ciuitates obtinuit famā. Quibus in hoīe ſingularib⁹ donis permotus, regius Burdegalæ aduocatus, filium ei ſeniorem cum quibuſdam nobilium uirorum liberis erudiendum commiſit. Iſtum a moribus & doctrina commendat in quadam epiſtola, Arnoldus Anedelius de ſonis, bonarum artium ac theologiæ profeſſor apud Condomienſes in Vaſconia Carmelitas. Non ei ſatis erat (inquit) toto gutture cordatiſſimos prædicare mores, ſuoſque exemplo edocere & aduocare ad moraliſſimam uitam. Sed inſuper addidit humaniſſimus interpres, ſuæ integritatis ac acerrimi ingenij floſculos. Nempe ſcripſit ex omni philoſophia,

*Terminorum moralium*, li.1. *Quæro an quilibet actus*,
*Pro integritate Mariæ*, li.1.

Feruntur & alia, ſed tituli deſunt. Burdegalę tandem quadragenarius a ſæculo migrauit, anno a Ieſu Chriſti natali. 1522.

ſubdiaconatū

ſubdiaconatum in regno papiſtico ſolum habens, regnante apud Scotos Iacobo quinto.

IOānes Bourchier, Anglus, armatæ militię auratus eques ac dominus de Berners, ſolicita nobiliū parentū cura, ætatē tenerā manſuetiorib⁹ excoluit diſciplinis. Quæ paulatim in eo creſcentes, eas adminiſtrabant uirtutes quæ uere nobilem (præter id quod a natura habebat) reddere ſolent. Cum uero Cornubienſes rebelles anno Chriſti. M. cccc. xcvi, Henricum ſeptimum regem ſeditioſo quodam tumultu moleſtarent, fabrū ferrariū Michaelem Ioſeph tā cęcę temeritatis conſtituentes ducem, nemo paratior erat, nemo animoſior coercendis inſanientium eorum atque conſimilium adhuc aliorum furoribus. Tandem ad Hēricum octauū Angliæ regem modernum, tranquillum nactus otium e Gallico ſermone in Anglicum eleganter tranſtulit, *Chronicorum Ioānis froſſardi, li. iiij. Quas gratias hiſtoriarum ſcriptor.* Accepi & illum comœdias edidiſſe quaſdam, atque alia nonnulla, quæ tamen hucuſque non uidi. Claruit uirili ac robuſta ætate, uir certe illuſtris & nobilis, anno redemptionis humanæ, 1523. quo prętatū trāſtulit opus. Caleſijꝗ demū primari⁹ cuſtos, diem clauſit ultimum ſub prædicto rege Henrico.

THomas Linacer, Anglus, artium ac medicinæ profeſſor, utriuſque literaturæ Latinæ & Gręcæ pręſtantiſſimus ſimul atꝗ doctiſſimus, magnam ſcriptis ſuis laudem & gratiam apud eruditos meruit. Iſte illuſtriſſimo Anglorum regi Hērico octauo archiater & a ualitudinis cura exiſtēs, Eraſmi Roterodami teſtimonio, uir erat exacti quidem ſed ſeueri iudicij, quum nihil ab eo exiret nō omnibus numeris abſolutiſſimum,

ſimum. Huius apud Britannos ſtudio (inquit) ſic nuper diſert' eſſe cœpit Claudius Galen', ut in ſua lingua par eloquēs uideri poſſit. Eiuſque opera ſic Latine nunc loquitur Stagirita Ariſteteles, ut licet Atticus, uix in ſuo ſermone parem habeat gratiam. Iſtum diſcipulus (ait Ioannes Ludouicus Viues) in arte Grammatica ſeorſim legat, a quo multa ſunt Latinæ linguę oſtenſa myſteria, ac ſine impietate prodita. Compoſuit enim perpetua memoria uir dignus,

*Latinæ linguæ rudimenta,* li.1. *Quum tibi illuſtriſſima Maria,*
*De Latini ſermonis ſtructura,* li.vi. *Partes orationis in lingua Latina,*
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1. *Cum multi tibi quotidie,*
*Diuerſi generis carmina,* li.1.

Ex Galeni operibus Latinitate donauit,

*De temperamentis,* li.iij.
*De inequali intemperie,* li.1. *Librum hunc præſentem, & cæt:*
*Methodum medendi,* li.xiiij. *Iterum iam maieſtatē tuam,*
*De ſanitate tuenda,* li.vi. *Abſit candide lector quiſquis,*
*De naturalibus facultatibus,* li.iij.
*De pulſuum uſu,* li.1.
*Sphæram Procli,* li.1. *Axis mundi uocatur demetr.*
*Ariſtotelis meteorora,* li.1.

Et alia plæraque, e Græco in Latinum ſtylo politiſſimo uertit. Eius ſex libros de emēdata Latini ſermonis ſtructura, Philippus Melanthon, Ioannes Suſenbrotus, Sigiſmundus Lupulus, atque alij uiri eruditi commendāt. Claruit medicorū ætatis ſuę phœnix, anno ab exorta pietate chriſtiana, 1520, ſub Henrico rege præfato.

RIcardus Pacæus, Anglus, præter alias dotes innumeras (ut habet in ſuis epiſtolis Eraſmus) uir erat inſigni utriuſque literaturę peritia præditus. Apud maieſtatem regiam hic multis nominibus clarus, in

Coleti fortunam, eo mortuo ſucceſſit, ad diuum Paulum Lon
dini decanus, fitque eidem regi primus a ſecretis. Nihil huius
ingenio candidius, aut humanitate amicitius. Sui propterea
regis ſereniſſimi Hẽrici octaui ad Germanos legatione, pręci
puæ Maximilianum cæſarem functus, omni ſermonis ornatu
cauſas orabat. Interim ex tempore inter otia priuata tractatũ
effudit, ut alias ſæpe ſolebat, de fructu qui ex literis percipit.
Qui cum auide apud eos legeretur, Conſtantienſes aliquot of-
fendebat, quod illis uideretur eas adimere, tribuere uero te-
mulentiã. Exarauit igit̃ inter rariſſima ingenij ſui monumẽta,

*De fructu doctrinæ,* li. 1.
*Epiſtolas ad Eraſmum,* li. 1. *Petro Luſco, quem in proximis,*
*Orationes ad principes,* li. 1.

Carmina diuerſi generis, atque alia nonnulla. Conſtantienſes
tandem Apologiam ſatis mordacem in eum protulerunt. Cla
ruit omni bonarum literarum eruditione callentiſſimus, anno
a ſalutifero diuæ uirginis partu. 1520. ſub prædicto rege Hen
rico, Londini tumdemum mortuus.

IOãnes Maior, Hadyngtonẽſis, natione Scotus, pro-
feſſione theologus, prægustatis in ſua patria profa-
narum artium principijs, ad Cantabrigiã in Anglia
uenit, atque in Chriſti illic collegio perſeuerauit triũ
menſium auditor, ut in primo libro, ca. v. de Scotorum geſtis
prodit. Ad Pariſium inde in Gallias peruolabat, huberiorem
ſtudij ſui curſum inibi in collegio Montis acuti completurus.
Ex eo tandem prodiuit loco, magne Sorbonæ ſcholaſticus
magiſter, ac ſua in arte diſceptator acutiſſimus. Laborabant
his diebus fanatici papiſtæ, ab inferis tandem reducere atque
ſaluare ſuum Ariſtotelem, cuius aſtutijs pro Chriſti ſpritu ex-
tinguendo, a Satanę ſolutione ſunt uſi. Nam ſuper ea re trac

tatum

tatum edidit Lambertus quidam Carthuſianus, qui Coloniæ in Gymnico monte quadraginta circiter annos, iuxta interprætationem Aquinatis, eius propagauit doctrinam. A ſpiritu non omnino inſimili protulit hic Maior,

*Deciſiones Sententiarum,* li. iiij. *Quomodo uiator poteſt fidem,*
*Sophiſticalia Pariſienſia,* li. I. *Quum in erudiendis artiſtis quorum,*
*Placita theologica,* li. I.
*Commentarios in Matthæum,* li. I.
*Hiſtoriam maioris Britanniæ,* li. vi. *Britanniã inſularum longe clariſſimam,*
*Caxtonum Anglum tranſtulit,* li. vij.
*Sermones per annum,* li. I.

Atque alia adhuc multa ſcripſit. Hiſtoriam deducit a Britannicæ gentis initio, ad Henrici ſeptimi & Iacobi quarti, Anglorum ac Scotorum regum fere tempora, ſtylo Sorbonico. Claruit Pariſijs anno ueræ pietatis. 1520. ſub Iacobo quinto Scotorum rege.

GVilhelmus Gregorius, natione Scotus, Pariſiorum Lutetiæ apud Gallos, in collegio montis acuti, inferiorum artium rudimenta prima didicit. Cum uero Ludouicus de Ambaſia Albienſis præſul primam inter ſuę ciuitatis ac diocœſis Carmelitas reformationem, anno Chriſti. M. cccc. xcix. poneret, ex illis. xxij. ſtudioſis iuuenibus, quos ex eo collegio ad illam parauerat profeſſionem nouam, & iſte tunc unus erat. Poſtea Galliarum reginam Mariam, Henrici octaui Anglorum regis ſororem, ſtudiorum ſuorum fotricem ac Mecœnatē habens, poſt ſpinoſas in Sorbona conflictationes, doctoris inſigniebatur titulo. Inde fuit Meldunæ, Albiæ, & Tholoſæ cœnobiarcha, ac prędictæ reformationis per eas regiones uicarius, aliquoties interim accitus a Franciſco Gallorum rege ad

conſcientiæ ſuæ audienda ſecreta. Deprompſit iſte ex ingenij ſui penario, ſed Sorbonico ſtylo, ad Ludouicum Albienſem epiſcopum,

| | | |
|---|---|---|
| De duplici poteſtate, | li.1. | *Quia præditus es utraque poteſtate,* |
| Elucidationes Sententiarum, | li.iiij. | *An ſolus Deus ſit fruitionis ſub.* |
| Quæſtiones ueſpereales, | li.1. | *Vtrum ſacra ſcriptura diuinitus,* |
| In Politica Ariſtotelis, | li.viij. | *Rex imminenter continere deb.* |
| De triplici animæ potentia, | li.1. | *In homine ſunt tres potentiæ,* |
| De regno Chriſti æterno, | li.1. | *Quia materia de regno Chriſti,* |
| De triplici principatu, | li.1. | *Quis principatus melior ſit,* |
| De ſcripturæ ſenſibus, | li.1. | *Sacræ ſcripturæ potior ſenſus,* |
| Ad uocabulare theologicum, | li.1. | *Abbas uocabulum eſt, a Syro,* |
| Collectiones Sorbonicas, | li.1. | |
| Summam theologiæ, | li.1. | |
| De diſciplina iuniorum, | li.1. | |
| De ſacra ſynaxi, | li.1. | |
| In pſalterium commentarios, | li.1. | |
| Sermones in Epiſtolas. | li.1. | |
| Sermones in Euangelia, | li.1. | |
| In quodam capitulo Minorum, | li.1. | |

Atque alia pleraque. Tholoſæ apud iſtum manſuetiſſimi animi uirum, ad aliquot ſeptimanas hoſpes eram, anno Chriſti domini noſtri, 1527. Obtulitque mihi gratis, ex intimo erga Britanniam fauore, ultra ſumptus neceſſarios, doctoratum ex eo gymnaſio theologicum, quod ei pro ſola familiaritate cõmorarer ad annum. Quod tamen idololatricas miſſationes faſtidiens non admiſi.

IOannes Palſgraue, Anglus, Londini originem habens prætermores eminenter candidos, ac literarum peritiam longe locupletem, alijs adhuc naturæ & gratiæ dotibus abundabat. Excuſſis primum in Anglia nõ

glia non oſcitanter humanę philoſophię elementis, Galliarũ academias, præcipue Pariſium petijt. Ibi enim pinguiori do- ctrinę paſtu ſaginatus (nullã interim Matheſis portionem nõ ruminatam reliquit) artium liberalium magiſter eſt effectus. Inſuper quia natura facundus & eloquens erat, ſermoniſque Gallici callentiſſimus, præ cęteris omnibus illum deputabat Henricus octauus Anglorum rex, ſuæ ſorori Francorum re- ginę Marię in ea lingua præceptorem. Ab huius eudito in- genio hæc opera paulatim diſtillabant, ad nobilium uirorũ commoditatem, cui inſeruire pro magnis habebat delicijs,

*Illuſtrationes Gallicæ linguæ,* li. iij. *Difficultas linguæ Gallicæ,*
*Annotationes uerborum,* li. 1. *Mox ut factum denunciant,*
*Annotationes participiorum,* li. 1. *Dictio quæ in noſtra lingua,*
*Epiſtolæ ad diuerſos,* li. 1.

Præter iſta, plura adhuc alia ſunt quæ edidit, mihi tamen nõ- dum uiſa. Quoniam poſt mortem Ludouici. xij. Francorum regis, in Angliam cum ſua domina reuerſus, opuſcula ſcripſit multa. Claruit anno ab incarnato Dei uerbo, 1530. ſub floren- tiſſimo Anglorum rege Henrico octauo.

IOannes Fyſher, Anglus, epiſcopus iam olim Roſ- fenſis, atque in Cantabrigienſi ſchola ſub cancella- rij titulo tutor ſupremus, omniũ epiſcopalium, uir- tutum genere ſuffarcinatiſſimus, ab Eraſmo Rote- rodamo deſignatur. Is erat (inquit) ſingulari linguæ gratia præditus, atque hoc nomine aliquando egregie charus regis Henrici (qui nũc Angliã moderat̃) auię paternę Margaretę. Nã & huius hortatu (inquit Polydorus) eo in gymnaſio bi- nas extruxit magnificas ędes, alterã Chr̃o ſeruatori, alterã di- uo Ioãni Euãgeliſtę dedicãs, deditq́ ad eorũ uictum largiter fundos. Mox ut effulgeſcere Germanis cœpit Euangelica

 ueritas

ueritas,nemo adhuc magis in eam deſeuijt, papiſtico proſpi ciens regno, quam Mateologus iſte. Qualis ergo ſit integritas illa, eruditio ſumma,animi affectus minime ſordidus, cũ alijs (quas tantopere iactitant) epiſcopalium uirtutum dotibus, iudicent hi quibus menti eſt pietas. Conflauit hic Antichriſti ſatrapa,

*In ſeptem pſalmos,* li.1.
*Homelias ad plebem,* li.1.
*Aduerſus.xli.Lutheri articulos,*li.1.
*Cõtra captiuitatẽ Babylonicam,* li.1.
*Confutationes Lutheri,* li.1. *Nolim exiſtimes lector,*
*Pro miſſa contra Oecolãpadium,*li.1. *Circumſpicienti mihi cui,*
*Defenſionem ſacerdotij,* li.1. *Complures libros iam pridem,*
*Cõuulſionem Veleni,* li.1. *Poſt aliquot menſes quam,*
*Præcationum ſuarum,* li.1. *O dominator domine Deus,*
*Pro una Magdalena cõtra fab,* li.iij.*Libellum quẽdam autore Iaco.*
*Contra Clichtoueũ pro eadem,* li.1.
*Pro defenſione regis in Lutherũ,* li.1.
*De matrimonio eiuſdem,* li.1.
*De.vij. ſacramentis,* li.1.
*Pro Lutheri damnatione,* li.1.

Atque alia id genus nonnulla ,Quum totis niſibus regi obſta ret,ne purpuratæ meretricis tyrannicum excuteret iugũ,capi te ſenex obtruncatur. vi.die Iulij, anno a Chriſti Ieſu natali: 1535.amiſitque rubrum galerum a Romano Pharaone tũc miſ ſum. Effinxit miracula impoſtor Cochleus a loco remotiſſim⁹ per caput haſtili impoſitum, eũque papiſtę priuatis ſententijs in deorum ſuorum referunt numerum.

THomas Morus, Anglus, in urbe Londinenſi ex fa milia non incelebri natus,atque ita in literis uerſa tus, ut adhuc iuuenis in foro cauſas,& in ea ciuita

te iura

te iura ad aliquot annos diceret. In aulam inde uocatus, fit regis fauore primum eques & proqueſtor, demum in publico ſenatu plebis orator ac regni cancellarius. In eo (inquit Eraſmus) ingenium erat incomparabile prorſus, memoria fœliciſſima, dicendi facultas promptiſſima. A puero fœliciter Latinas imbibit literas, Græcas iuuenis ſub doctiſſimis præceptoribus, cum Thoma Linacro & Guilhelmo Grocino, uiris ueruntamen eo in pleriſque longe doctioribus. In ſacris literis progreſſus eſt, liberales diſciplinas non infœliciter attigit, in philoſophia ultra mediocritatem, ne quid interim dicatur de profeſſione iuris Britannici. Eum nihilominus in ſuo Antimoro tanquam inerudıtum traducit Germanus Brixius. Sed quicquid ab illis ſcribatur, qui egregie erant apud eum ſaginati & paſti, hoc nos ꝓbe nouimus qui fueramus ei uicini. Quod pontificum & phariſæorũ crudelitati ex auaricia ſubſeruiẽs, omni tyranno truculẽtior ferociebat, immo inſaniebat, in eos qui aut papæ primatum, aut purgatorium, mortuorum inuocationes, imaginum uenerationes, aut ſimile quicquam diabolicarum impoſturarum negabant, longe aliter a uiuifico Dei uerbo edocti. Contexuit tenebrio, ac ueritatis Euangelicę obſtinatiſſimus oſor,

| | | |
|---|---|---|
| *Comœdias iuueniles,* | li.1. | |
| *Dialogos familiares,* | li.1. | |
| *Declamationes quaſdam,* | li.1. | |
| *Epiſtolas ad amicos,* | li.1. | |
| *Pro Eraſmo aduerſus fratrem,* | li.1. | |
| *Confutationes quorundam,* | li.1. | |
| *Vtopiæ inſulam nouam.* | li.ij. | *Pudet me propemodum cha,* |
| *Progymnaſmata e Græcis,* | li.1. | *Murem Aſclepiades ut apud,* |
| *Epigrammata e Græcis,* | li.1. | *Vereor illuſtriſsime princeps,* |
| *Diuerſi generis carmina,* | li.1. | *Belle prorſus conuenire,* |

In decla-

*In declamationes Luciani,* li.1. *Aſcendit quidam in arcem,*
*Dialogum pro miſſa,cõtra frith,* li.1. *Ardentiori quo potero animo,*
*Contra Germanum Brixium,* li.1.
*Aduerſus Chordigeram eiuſdem,* li.1.
*Pro purgatorio contra fyth.* li.iiij.
*De iuſtificatione operum,* li.1.
*Apologiam ad Tyndale,* li.1.
*De eccleſia contra Barnes,* li.1.
*In Martinum Dorpium,* li.1.
*Lucianum tranſtulit,* li.1.

Ac plura alia fecit. Quũ hic conſentire nollet, quod rex eſſet in ſuo regno primus, atque quod ei liceret cum Dauid, Salomone, Ioſaphat, Ioſia, & Ezechia ſacerdotes & leuitas, reiecta Romanenſium Antichriſtorum tyrannide, in ſuo ordinare dominio, capitis damnatus ac ſecuri percuſſus interijt, anno a cõmunis ſalutis origine. 1535. ſeptimo die Iulij, ac pro nouo martyre a papiſtis ueneratur.

GVilhelmus Tyndale, ſeu Hychyns, Anglus, ad multorum in Chriſto ſalutem natus, Oxonij ab adoleſcente ſtudijs incũbens, bonas literas abunde hauſit, Græce ac Latine peritus. Grandeſcens paulatim nouellus hic Ieſu Chriſti Apoſtolus, eruditione, fide, ac uitæ innocentia clarus, in hac regione poſt Ioannẽ Wicleuum primus habebatur, qui eius fortiter promouerit cauſam aduerſus Balaamitas, ac populum recta in Deum fide inſtituerit. Paratus profecto ſemper erat, nihil nõ ſtrennue in ea tã pia obire functione. Nemo ueterũ ſcriptorum lympidius Chriſtum docuit, nemo Antichriſtorũ fallacias apertius detegit. Euangelicus homo nihil ſcripſit obſcœnum, nihil ſanę doctrinę contrarium. Solummodo meretricis magnę, fornicationũ

parentis

parentis reuelauit turpitudinem, quo tantę impietatis deperiret regnum, reclamante in Moro ac Roffenſe, tota pontificũ & ſectarum ſynagoga, Compulſi nihilominus interdum ſunt ſeductionum patroni, contra deprauatas eorum conſcientias, laudare quod negant, & damnare quod maxime probãt. Produxerat hic piiſſimus renouatæ Anglorum eccleſię tyro, Britannico ſermone, iſta abſolutæ pietatis opuſcula,

| | | |
|---|---|---|
| *Obedientiam hominis chriſtiani,* | *li. iij.* | *Deus qui operat omnia in omnibus,* |
| *In Mammonis parabolam,* | *li. I.* | *Quod fides mater omnium bonorum,* |
| *Practicas prælatorum,* | *li. I,* | *Cum ueteres ſcribæ & Phariſæi,* |
| *De eccleſia aduerſus Morum,* | *li. I.* | *Eccleſiæ uocabulum uaria,* |
| *Contra Mori dialogos,* | *li. iiij.* | *In primo capite quo librum,* |
| *Super teſtamento Tracy.* | *li. I.* | *Scrutemur primo teſtamenti huius,* |
| *In tria Matthæi capita,* | *li. I.* | *Hic habes chare lector, elucida,* |
| *De ſacramentis & ſignis,* | *li. I.* | |
| *De purgatorij parocho,* | *li. I.* | |

Atque alia, In linguam uernaculã tranſtulit quinque libros Moſi, totum teſtamentum nouum, atque opuſcula quædam Lutheri & Eraſmi, addiditque eiſdẽ doctiſſimas prefationes, In lucem emiſit quoq; examinationes Thorpij & Cobhami, cum Agricolæ præcatione, ac ſimilibus. Vilfordiæ tandem in Brabantia, Louanienſium Rabinorum tyrannide inuictus Chriſti martyr, ut aurum in igne probatus occubuit, anno ab eodem Chriſto incarnato, 1535, in Septembri, Henrico octauo regnante,

IOannes Frith, Anglus, inclytæ Londinenſis ciuitatis alumnus, elegantiſſimus forma et ingenio iuuenis, præter bonarum literarum reconditam eruditionem, utraque lingua Gręca & Latina doctiſſimus euaſit, Iſtum inter primos ob raras ani-

ſmi dotes, tranſtulit Thomas Eboracenſis Cardinalis, a regio Cantabrigię collegio, ad ſuum nouū Oxonij collegium, ut & eius ornamento diſciplinas illic profiteretur ingenuas. Hunc antedictus Guilhelmus nō aliter quam Timotheum Paul⁹, in miniſterij ſocium adoptans, hortabatur ut aduerſus Iudai cas ineptias, gentiumque ſuperſtitiones, quæ eſſent rectæ fi dei, cum eo doceret. Parebat illico, ſimulque iuuabat eccleſiæ cauſſam cōtra impuram illam meretricem, maledictā & blaſ phemā tot abhominationum matrem, non ueritus Babyloni orꝫ minas. Oſtendebatque in Euangelij luce ignominias eius palam, Moro ac Roffenſe hypocritarum patronis fruſtra ſuis fucatis atque frigidis rationibus fœditates eius aut ornantib⁹ aut tegentibus. Commendauit hic literis aduerſus iſtos et aliū adhuc tertium, pietatis hoſtes,

*Expugnationem purgatorij*, li.iij. *Certus ſum multos eſſe qui*,
*Subſidium contra Raſtell*, li.1. *Ago gratias Raſtelle frater*,
*De fide Euchariſtiæ*, li.1. *Nunc breuiter ad ſcopum*,
*De cœna domini contra Morum*, li.1. *Gratias & incrementum cognitio*,
*De ſua examinatione*, li.1. *Haud dubito chariſſimi fratres*,
*Ad imitatores Euangelij*, li.1. *Explicari uix poterit chariſ.*
*Speculum cognoſcendi ſe*, li.1. *Prouocatus ab amicis eram*,
*Super teſtamento Tracy*, li.1. *Nihil in hoc mundo tam certum*,
*Antichriſti reuelationē trāſtulit*, li.1. *In teſtes aſſumendi non ſunt*,
*AntitheſinChriſti ad papam*, li 1. *Addidimus chriſtiane lector*,

Aliaque nonnulla. Et quoniam numerare nolebat inter fidei ſuę articulos, eorum ex miſſa tranſubſtantiationem atque pur gatorium, circumdatus a pinguibus tauris Baſan, Londinēſi, Lincolnienſi, ac Wintonienſi epiſcopis, & alijs Antichriſti miniſtris, Londini damnatur ad ignes, conſtantiſſimus Chri ſti teſtis, atque exuritur, quarta die Iulij, anno ab eodē redēp tore nato, 1533. ætatis ſuæ, xxvi, ſub rege Henrico octauo.

In ignis

Inſignis medio Stephani in uultu alacritatem exhibebat, nūc ante Dei thronum in agni ſanguine dealbatus.

IOannes Raſtell, Anglus, ciuis ac typographus Londinenſis, & ex nuptiarum copula Thomæ Moro affinis, in Matheſi atque alijs ſcientijs demonſtratiuis, totam fere terebat ætatem. Cum Roffenſis & Morus pro purgatorio papiſtico contra Euangelij doctrinam fortiter dimicarent, iſte in eandē tragœdiam ſe tertium intromiſit. Et quod illi humanis commentis ac deprauatis ſcripturis tentabant, hic rationibus omnino ſophiſticis (quas tamen dicebat philoſophiam eſſe naturalem) affirmare, probare, atque roborare nitebatur. Sed inſuperabilis Chriſti ſpiritus, qui excelſa humilibus euertere ſolet, per præfatū iuuenē Ioānē Frith, ſtultiſſimos reddidit eorum conatus Londini, non aliter quam olim Hieroſolymę Libertinorum & Cyrenenſium irruptiones per Stephanum. Magnus iſte Coſmographus, de trium mundi partium Aſiæ, Africæ, & Europæ deſcriptione, longiſſimam reliquit comœdiam, quam uocabat,

*Naturam naturatam,* li. 1. *Abundas gratia potentiæ diuinæ,*
*Aſtrologicos canones,* li. 1.
*Dialogos de purgatorio,* li. iij.
*Apologiam ad Ioannem Frith,* li. 1.
*Abraſionem papiſmi,* li. 1.

Et alia plura, ſermone Britannico. Hic poſt ſcriptam Apologiam, non iuuenis mortem cū alijs procurabat, ſed uidens ſe manifeſto Dei uerbo uictum, puduit errati, libereque palinodiam cecinit. Londini demum obijt uir chriſtiane pius, anno ſalutis humanæ, 1536. ſub rege Henrico octauo.

HEctor Boethius, Deidonanus, natione Scotus, Aberdonenſis gymnaſij doctor, uir in omni philoſophiæ ac theologiæ genere apprime eruditus eandem compluribus annis moderabatur ſcholam. Cum iſto Lutetiæ conſuetudinem non iniucundam ſe habuiſſe fatetur Eraſmus Roterodamus in quadam epiſtola, quū illic in literarum ſtadio anno a Chriſti incarnatione, M.cccc.xcvij. pariter currerent, ſingularemque in eo ingenij fœlicitatem commendat. Vt temporū uariationes, fortunarūque uiciſſitudines in ſua patria, ſicut & in alijs mundi nationibus eſſent, per ſingulas ætates notæ, a prima Scotorum gentis origine ad Iacobum ſecundum (qui anno domini, M.cccc.xxxvi. regnare cœpit) maiorum ſuorum geſta illuſtratione non uulgari conſcripſit. Quod cæterorū ſubſequentium ad ſua tempora uitas, hiſtoriæ narratione non explicuerit, remorantes allegat cauſſas, quas nihilominus non exprimit. Diſertiſſimo ſtylo fabricauit hic autor eruditus,

| | | |
|---|---|---|
| *Catalogum regum Scotiæ,* | *li.1.* | *Ferguſius primus Scotorum rex,* |
| *Deſcriptiones eiuſdem regni,* | *li.1.* | *Coſmographiam ad hiſtoriarum,* |
| *Hiſtorias Scotorum,* | *li.xvij.* | *Cæterarum orbis gentium more,* |
| *Aberdonenſium ponti. uitas,* | *li.1.* | |

Lecturas, orationes, & epiſtolas eloquentiſſimas, atque adhuc alia. Ad iſtum ſcripſit Eraſmus ſecundum ſuarum lucubrationum Catalogum, ut ad recentem Aberdonenſis gymnaſij inſtitutionem deſiderauerat. Claruit anno chriſtianæ pietatis. 1526. ſub rege Iacobo quinto, quo chronicorum ſuorum Pariſijs emiſerat ingens opus.

PAtricius Hāmilton, Scotus natione, uiginti trium annorum iuuenis eruditione præditus nō uulgari, ab illo mundi angulo ad Marpurgā Heſſiæ uenit, ut illic abundantius in Dei ueritate confirmaretur.

Is primus

Is primus erat qui poſt erectã illic ab Heſſorũ principe Philippo academiam chriſtianiſſima aliquot axiomata palam & doctiſſime aſſeruit in eadem.Robuſtior factus in doctrina pietatis,aſſũpto ſocio in Scotiã rediјt,ut & illic manifeſte Chriſtum doceret.Mox principes ſacerdotum cum Antichriſti ſatrapis,ad urbem ſancti Andreæ conuenerunt in unum,ut eũ, licet regio ſanguine clarum,rege adhuc puero, caperent atq; interimerent.At ille in Chriſti confeſſione totus ardens,tempus eorum præuenit,& pridie calendas Martij mane, pinguibus illis Samariæ uaccis adfuit,anno ab incarnato Meſſia,M.D.xxviij.Et ab illis ipſe uelut a Iudæis Chriſtus,mox damnatus & morti adiudicatus,a prandio ipſius diei comburebatur.Ab huius erudito ingenio fluxerunt hæc opuſcula,

| | | |
|---|---|---|
| *De lege & Euangelio,* | *li.1.* | *Lex doctrina eſt,bona pre.* |
| *De fide & operibus,* | *li.1.* | *Fides eſt in Deum credere,* |
| *Locorum communium,* | *li.1.* | |

Atque alia qædam,Franciſcus Lambertus Auenionenſis, in operis ſui ſuper Apocalypſim dedicatione ad prędictũ Heſſię principem, inter hæc omnia teſtatur,ſe uix repperiſſe alium, qui de eloquijs Dei ſyncerius loqueretur,Is uere ( inquit ) in domini eccleſiam non ſolum ſuam gloriam,ſed & uitam quoque attulit,

POlydorus Vergilius,Italus natiõe,Romani põtificis queſtor , pro colligendis Petri denarijs (nam ſuum quiſque perſoluebat,ad ſacram ſynaxim admiſſus) in Angliam primũ uenit.Ob inſignem omnium bonarũ literarũ eruditionẽ, Wellenſis archidiaconus poſtea factus,priori officio pontifici reſignato,conſtituit Romam non repetere, ſed deinceps in ea manere inſula,Et licet in pleriſque ſuperſtitionem reli-

gionis loco per ſua ueneretur ſcripta, pie nihilominus ſacerdotum coniugia ſuadet, pieque ſtatuarum cultum damnat, cum quibuſdam alijs Romanenſium impoſturis. Quod antiquitati Britannicæ in Anglorum hiſtoria, quam par eſt, iniquior ſit, ex ueterum illius gentis chronicorum ignoratione uenit. Quod quoſdam præterea reges ab impietate pios, & alios e diuerſo ab æquitate iniquos in ea quoque iudicauerit, communi ante agnitam ueritatem cæcitati imputandum cenſeo. Galfridum uero Menemuthenſem, uirum pro ſuo ſeculo eruditum, incongrue tam acriter mordet, Nouoburgenſem ſequutus, quum eius ope in concinnanda hiſtoria tam frequens utat. Ingenij ſui pignora nobis hic dedit, Romani ſermonis uenuſtate ſpectabilia,

| | | |
|---|---|---|
| *De rerum inuentoribus,* | *li. iij.* | *Sum equidem neſcius Ludouice,* |
| *De ritibus chriſtianorum,* | *li. v.* | *Chriſtus ſeruator noſter, qui,* |
| *In præcationem dominicam,* | *li. I.* | *Dominicam præcem quoties, opti.* |
| *Anglicam Hiſtoriam,* | *li. xxvi.* | *Britannia omnis quæ hodie Anglia,* |
| *Emendationes Gildæ,* | *li. ij.* | *Ab hinc aliquot annos, cum ego,* |
| *Adagiorum ad Guidonem,* | *li. I.* | *Troezeni atticæ regionis,* |
| *De prodigijs dialogum,* | *li. iij.* | *Accurate, ſed neſcio quam bene.* |
| *De patientia & eius fructu,* | *li. ij.* | *Humanæ uitæ curriculum natura,* |
| *De uita perfecta,* | *li. I.* | *Nunc certe tua Vergili patientia,* |
| *De ueritate & mendacio,* | *li. I.* | *Multum difficilis ſit cum omnis quæſ.* |
| *Epiſtolas eruditas,* | *li. I.* | |
| *Chriſoſtomi uerſiones,* | *li. I.* | |

Perpluraque alia. Et ut nemo ſua defraudetur gloria, Eſt profecto Polydorus ob erudita illa de rerum inuentoribus, ritibus, & prodigijs opuſcula, ab ipſis etiam pijs ſuſpiciendus. Claruit anno ab apparente in carne Dei filio. 1535. quo chronicorum ſuorum Henrico Anglorum regi octauo dedicauerat opus.

Iacobus

Iacobus Calcus, de Papia Italię ciuitate, familia nō incelebri oriundus, a teneris annis Carmeli monaſticen eadem in urbe apud eos qui illum erudiebant, pro uitæ inſtituto admiſit. Cum uero præceptores fere omnes ingenio atque doctrina præcelleret, Romam a generali ſui ordinis magiſtro Bernardino uocatus, fit pior (ut uocant) ad ſanctum Martinum in montibus, ut & illic probatæ eruditionis effunderet radios. Feruentiori poſtea diſcendi ardore eſtuans, Pariſiorum Lutetiam uenit, magiſteriumque theologicum in magna eorum Sorbona ſuſcepit. Eum tandem Venetorum oratores ex Scotia redeuntem, Henrico octauo Anglorum regi commendabant, cum foret adhuc recens diuortij ſui a demortui fratris coniuge Catherina in Anglia diſceptatio. Quod ille, auditis rationibus, nō ſolū legitimū edito libello probabat, uerū etiā cū Pariſienſibus magiſtris in arenā deſcendens, ac triūphū inde reportans, plenum eorum ea in re conſenſum diplomate firmatum obtinuit. Multa eruditi ingenij opuſcula uir iſte reliquit, præſertim ad regem,

| | | |
|---|---|---|
| *Super eodem diuortio,* | li.1. | *Henrico octauo Angliæ, Franciæ,* |
| *De incerto purgatorij loco,* | li.1. | |
| *De impunitione ſpiritus,* | li.1. | |
| *Contra pontificis primatum,* | li.1. | *Rationi plane conſentaneum,* |
| *De genealogia Christi,* | li.1. | |
| *De filio hominis,* | li.1. | |
| *Orationes elegantes,* | li.1. | |
| *Lectiones ſcripturarum,* | li.1. | |

Cætera apud ipſum non uidi, quum tamen his multo plura ediderit. Ex primis iſte erat, qui a Romani pontificis tyrānide defectionem regi perſuaſerint. Peſte demum Londini perijt, xix. die Auguſti, anno a Christi ſeruatoris ortu, 1533.

apud

apud ſuos Carmelitas ſepultus, & tam a Clemente pontifice quam a ſuo generali Nicolao excommunicatus.

Wilfridus, Holme, Anglus, ex Eboracenſi comitatu, uir genere quidem nobilis, ſed fide & eruditione multo nobilior, ueritati diebus his ultimis reuelatæ, non indiligentes adhibuit aures. Quod liquide claret ex illis quę docte ſcripſit, de Lyncolnienſium & Eboracenſium ruſticorum tumultu, atque aliorum ſeptentrionaliū Anglorum inſanijs in eandem. Hi enim anno domini, M.D. xxxvi. detritorū calceorum reſaciatorē ſeditionis ſuę ducem conſtituentes, horribiles motus excitabant, habebantque tādem electiſſimorum pugnatorum. xxv. millia, præter numeroſam omnis generis multitudinem. Putabant fanatici homines, a papę ſacrificulis, cucullatis & raſis ita perſuaſi, q̄d Euangelij predicatio cuncta dirimeret, fidem, eccleſiam, legem, honeſtatem, religionem, rempublicam, & ſimilia, atque e medio plene tolleret. Illis igitur oportune occurens rex, mira prudētia, ſine ſanguinis effuſione, eorum coercebat audaciam, incenſoribus primis merito luentibus temeritatis ſuæ pœnas. Funeſtam hanc tragœdiam feſtiuo dialogo hic graphice depinxit per interlocutores, Angliam imperatricem & Wilfridum Holme, & iſtum ei titulum addidit,

*De utraq; Borealiū cōmotione*, li. 1. *Cum Phœbus frigora ſemouiſſet*,
*Ad Merlini prædictionem*, li. 1. *Sed unū (inquam) quod uix*,

Et alia nōnulla edidit. Huius materia dialogi huberrima eſt, ac poſteritatis lectone digna, ut alieno edocti periculo, diſcāt ſaltem principibus obedire in domino. Claruit anno ſuperius numerato uir pius atque eruditus, ſub Henrico octauo, & infra unum aut alterum annum poſtea, mundum reliquiſſe fertur.

Ioānes

q̃ua ſciẽtia plus preualuerit, tam ingens ei ſuppetebat ſingularum artium facultas. Totius fere Chriſtianitatis peragrabat limites, ut præcipuarum eſſet linguarum peritus. In quibus tumdemum cum cuiuſuis nationis doctis artificibus poſt Ioannem Capnionem, alias Reuchlinum, contendere de palma ualebat. Habebaturq́ poſt eius mortem in ſtudio Tubingenſi, non aliter quam alter ille Capnio, cum in eius illic, Kyriandro teſte, ſucceſſerit locum, Hebraice, Syriace, Chaldaice, Græce & latine doctiſſimus. Et mihi adhuc pro minimo non eſt, quod a tam eximio præceptore, aliquid ex Mantuano & Valerio Maximo didicerim iuuenis . Ex omnibus quos fecerit, hos uidiſſe ſolum contigit librorum ſuorum titulos,

| | |
|---|---|
| *Inſtitutiones Hebraicas,* | *li.1.* |
| *Laudes Hebraicæ linguæ,* | *li.1.* |
| *De fide & operibus,* | *li.1.* |
| *Encomion agriculturæ,* | *li.1.* |
| *De pace,* | *li.1.* |
| *De philoſophia,* | *li.1.* |

Nec dubito eum adhuc reliquiſſe aliarum rerum ſyntagmata, Fauorem regis tandem ob linguarũ myſteria nactus, fit illi a ſacellis. Doncaſtrij, atq; in ipſa regis curia Grenouici & Lõdini, magnam denuo cum ipſo contraxi tam familiaritatem quam amicitiam, anno poſt natum ſeruatorem, 1536. neq; poſtea diu eum ſuperuixiſſe æſtimo,

IOannes Bellenden, natione Scotus, theologię ſcholaſticæ magiſter & archidiaconus Morauienſis, accuratiſſima ſedulitate in literis ſemper a iuuẽtute uerſabatur. Hic multæ eruditionis præſes, non indigus dator haberi uoluit, ſed quicquid bonarum diſciplinarum

longo

longo cōquiſiuerit labore, prodeſſe ſtudioſus, hubertim profudit in omnes, Cum iſte uidiſſet ſuæ gentis hiſtoriam ab Hectore Boethio uiro diſertiſſimo in.xvij.libris copioſe traditā, a multis affectari, a paucis uero ob latini ſermonis ignorantiam intelligi, in idioma Scoticum eam fideliter tranſtulit, ut omnibus æque eſſet communis, ab omnibuſq; perciperetur. Ex proprij quoque ingenij promptuario, quo omnia facilius intelligerentur, Stoicæ protulit,

| | | |
|---|---|---|
| *Coſmographiā hiſtoriæ,* | li.1. | *Syluatica Diana fulgentibus radijs,* |
| *Albaniæ deſcriptionem,* | li.1. | *Qualiter alterationi & morti omnia,* |
| *Ad regem Iacobum quintum,* | epi.1. | *Eraſmus Roterodamus in lib.de inſti.* |

De cæteris eius ſcriptis, nihil conſtat. Non deſunt tamen qui illū ferant auctariū feciſſe centū annorꝫ ad prędictā hiſtoriā, ab anno nati ſeruatoris, 1436, cū Iacobo ſecūdo Scotorꝫ rege īcipiēs, ad annū ſcilicet, 1536, eiuſdē, In ꝙ ſub Iacobo.5.claruit.

ROBERTUS Barnes, Anglus, in Nordouicēſi comitatu Lynna non procul natus, inter tā uarias hominū factiones, ad Auguſtinianorū mēdicantiū ſectā arripiebatur impuber. Iuuenes ętate ac ſtudio pares, licet ꝓfeſſione diuerſi, anno dñi, M.D. xiiij, Cantabrigię ſophiſtarꝫ ſcholas frequētauimus. Ipſe nihilominus in re literaria ex ingenij facilitate, multis paſſibus pręcucurrit. In theologia ſcholaſtica tādē doctor effectꝰ, percepta ex Lutheri libris Dei ueritate, extēplo cœpit luctator egregius cum monſtris immaniſſimis congredi, Aeterni patris eloquijs armatus, conſtans ueritatis aſſertor, in Draconē ac Beſtiam fortiter dimicabat, eorumque ſubuertit caſtra. Sed ſtatim a furentibꝰ Babylonici regni miniſtris ad tribunal raptus, anno Chriſti, milleſimo quingēteſimo uiceſimo quinto, in februario, ac per Londinēſem, Roffenſem, Bathoniēſem, &

De rebus eccleſiæ, li.1.

Atque alia quædam. Iſtum cum duobus ſocijs non puduit, Londini crudeliſſimam pro Ieſu Chriſti nomine incẽdij mortem oppetere, ſub Stephani Wintonienſis et conſimilium Antichriſtorũ tyrãnide, anno a Chriſti natiuitate. 1540. die .xxx. menſis Iulij, nulla cauſſa adhuc data, niſi quod fuerit Euangelij profeſſor. A quo licet ſuccumbere ſit uiſus, potenter tamen nunc regnat atque condemnat iuſtus mortuus, impios uiuentes. Huius nempe uitam pietatis & honeſtiſſimorũ exẽplorum plenam, certiſſimis argumentis nouerunt multi.

ALexander Seton, natione Scotus, profeſſione theologus, natalium ſplendore illuſtris, atque olim Iacobo quinto Scotorum regi a cõfeſſionũ ſecretis, in Angliam religionis cauſſa relictis fortunis pijſſimus uenit. Audiuerat enim poſt tãtas impijſſimorum ſophiſtarum tenebras, puriſſimam Dei miſeratione Euangelij doctrinam illic publicitus tradi. Acceſſit igitur Lõdinum uir multæ ac ſynceriſſimæ eruditionis, & inter alios cęleſtis doctrinę pręcones (nullus certe adhuc fœlici⁹) talentum ſibi concreditum in domini ſui lucrum expoſuit. In magna uirtute ſpiritus, Euangelicus interpres, ſcripturas ibidẽ ex ſacris codicib⁹ per ſynagogas docuit, frequẽtiſſimũ habens auditorium. Salutiferam ſcientiam, non ex hominum commentis aut philoſophorum placitis, ſed e puriſſimis uitę fontibus eduxit, ut homines ad ſacræ ſtudium lectionis alliceret. Edidit interim ſaluberrimas annotationes,

In utranque epiſtolam Petri, li.ij.
In Canonicam Iacobi, li.1.
In Actorum Cap.xviij. li.1.
Proceſſum ſuæ examinationis, li.1. Percipiens, candide lector, auditu,

*Sermones ad utrumque ſtatum,* li.1.

Et alia non pauca. Aduerſus iſtum mota eſt tandem a tyrannis epiſcopis, Stephano Wintonienſi & Eadmundo Londinēſi, grauis perſecutio, compulſuſque fuit ſub pœna ignis, quæ de captiuo hominis arbitrio, ac iuſtificatione per fidem docuerat, ignominioſe reuocare Londini anno uirginei partus. 1541. in Decembri. Reliquit tamen ſequenti anno (quo & obijt) prædictum opus uere eximium, de ſua per epiſcopos tractatione, cum doctrinæ ſuæ ſuper illis articulis ratione, quod timeo quorundam perijſſe ignauia.

ALexander Aleſius natione etiam Scotus, uir omni bonarum literarum peritia præditus, ob impiā conſtitutionē, quam Scotorum epiſcopi aduerſus Dei ueritatem emiſerant, terram illam plene dereliquit. Non enim ferre poterat animus uere chriſtianus, aperta ueritatis luce, fores ad Dei regnum per Phariſeos maleuolos ita occludi, nec populum Chriſti ſanguine redemptum ſub uacuis legalium figurarum umbris tam miſere detineri. Conſtituit ergo remotiores adire prouincias, ut libere tā apertā Dei blaſphemiam ac uerbi ſui iniuriā ſcriptis uindicaret. At cū ueniſſet Lōdinū, quoſdā illic inuenit eodē laborātes morbo. Hi ueritates quaſdā nō ſcriptas cōmētientes, atq; ſub anathemate credēdas eſſe uociferātes, nō ſolū diuinis illis Spiritu ſācto dictatore pręſcriptis ęquarūt, uerum lōge prętulerūt, immo oppoſuerūt. Arrepto igit̃ calamo, poſt quādā ea in re diſceptationē, aduerſus Ioannē Stokiſley Londinenſem epiſcopum ex ſcripturis congeſſit,

*De autoritate uerbi Dei,* li.1. *Ante biennium inclyto Scotorum,*
*Contra decretū epiſcopoꝝ Scotiæ,* li.1. *Cum inter cæteras regias uirtu.*
*Scripturas lingua materna legendas,* li.1.

Et alia

Dei & hominum Chriſtus Ieſus &cęt. pro errore habebat, tũ erat eloquiorum Dei ignarus. Pluſque honoris beſtia tribuit uni ex ſuo Scoto diſtinctioni, quam inter loquendum caſu adduxeram, quam omnibus ſcripturarum autoritatibus. Non enim ſine magno Dei miraculo, manus euaſi tam ſãguinolẽti carnificis. Mortem obijt anno a redemptionis noſtræ initio, 1544. ſub rege Henrico octauo,

THomas Eliota, Anglus, armatæ militię auratus eques, uir nobilis ac doctus, Latine & Græce peritus, in Sudouolciæ comitatu (ut a fide dignis accepi) ex patre Ricardo Eliot, eiuſdem ordinis uiro præcipuo, primam duxit originẽ. Poſt large imbibitas artes liberales, ne ĩ ullo malo otio (ut de ſeipſo ſcribit) pernicioſoue negotio uitam infirmaret, utque aliqua ex parte de republica bene meritꝰ eſſe uideretur, alijs rebus omnibus neglectis, quæ tum opes maximas, tum ſũmas dignitates polliceri ſoleant, id oneris aſſumpſit, quo tum literas Latinas ſcire cupientes facilius inſtrueret, tum ijſdem literis mediocriter imbutos, uaria uerborum ſupellectili, multiplicique rerum cognitione ad ſtudium capeſcendum acrius incitaret. Idque ipſum ex altera parte fecit in re medica, pro tuenda corporum ualitudine, ad proximorũ & conterraneorũ ſuorum utilitatem non modicam. Comparatis poſtremo autoribus undique bonis, Grammaticis, Rhetoribus, Poetis, Philoſophis, Medicis, Hiſtoricis, & Coſmographis, edidit inter cætera, ad illuſtriſſimum regem Henricum octauum,

*Bibliothecam dictionariam,* *li. 1. Præclarus philoſophus Plutarchus,*
*Caſtellum ſanitatis,* *li. iiij. Galenus excellentiſſimus medicus,*
*Flores ſapientiæ,* *li. 1.*

Et alia plura. Vtinam uir iſte, ueteri excęcatus pappiſmo, nõ

male

male fuiſſet adfectus erga ueram Euãgelij gloriam, ad uariarum rerum ſcientias alioqui natus. Claruit anno a Chriſti incarnatione. 1540. ſub præfato rege Henrico, audiuique ipſum obijſſe mortem.

Anna Aſkewe, præclari generis iuuencula, eleganti forma atque ingenio prædita, in Lincolniensi Anglorum comitatu Guilhelmũ Aſkewe, nobiliſſimum equeſtris ordinis uirum, genitorẽ habuit. Fide tamen quam ſanguine nobilior, ut Cecilia ſancta, Euangelium Chriſti feruenti gerebat in pectore, ut eſſet ei propugnaculum ſalutis aduerſus diaboli in regno papiſtico ſynagogã. Nempe anno ętatis ſuę. xxv. cordatiſſima hæc fœmina, atque in Chriſti confeſſione ardens tota, cum eiuſdem ſynagogæ ferocibus miniſtris fortiſſime bis confligebat. Vt qui ex Euſebij lectione Blandinam in primitiua eccleſia nouerint, & hanc contemplari aptiſſime poterunt. Fœlix enim ac ſancta hæc mulier, fide ſexum mirabiliter uincens, pro diuini uerbi ueritate atq; uera Dei gloria, aduerſus papiſticę miſſę idololatrias, inuictiſſimo pertulit animo, ſuperbiſſimorum tyrannorum improperia, deſpectiones, carceres, tormenta, immo mortem ignominioſam innocentiſſimo eius corpori illatam. Inſigniter proculdubio in ea triũphauit Chriſtus, dum inter quæſtiones, ruptis ad ſanguinis effuſionem uenis, tortorum, qui & eius (o res inaudita) iudices erant, immanitatem irriſit, in carcere poſt tormenta cecinit, & in ignis medio æternũ laudauit dominum. Scripſit hęc propria manu, quos & ego pręfationib⁹ ac ſcholijs illuſtraui,

*Examinationum priorum*, li. 1. *Vt ueſtre ſit expectationi ſatiſfactum*,
*De ultimo ſuo conflictu*, li. 1. *Percipio, amice in Chriſto chare*,

Cantiones quoque plures edidit, In igne cum fideliſſimis Dei

famulis,Ioãne Lacels,Nicolao de Otterden,& Ioãne Adlam, ob idolorum deteſtationem,uitę finem accepit,anno nati ſeruatoris Ieſu.1546.et.xvi.die Iulij,nubib⁹ miraculoſe,ut in quorundam martyrum paſſione,ſonitum tribuentibus. Vltuſque ſtatim eſt horum & aliorum innocentium mortem dominus, in inſano quodam tyranno Nordouolcarũ duce atque eius filio,cæteros adhuc morante eadem Dei uidicta,niſi maturius reſipiſcant.

HEnricus octauus Anglorum rex, omnium floręntiſſimus,Henrici ſeptimi & Eliſabethæ reginæ filius,cumulatiſſime res eas habebat adhuc iuuenis,quas diuus Plato requirit in cuiuſque ciuitatis principe, naturæ bonitatem atque educationem rectam.Scripta eius in Lutherum pro regno olim papiſtico,non cum Eraſmo laudamus,qui in una ad Ricardum Pacæum epiſtola immodicis cum & ad aſtra euehit ob ipſa laudibus,in altera ſequente ad Franciſcum Chiregattũ uituperat, ac inter ignaros pene connumerat. Illiterati( inquit ) fere omnes ſunt,qui hic clamitant in Lutherum,& qui ( ut ipſis uidetur ) defendunt ſedem Romanã.Sed potius de illo hoc auſim ex Paulo aſſerere,q̃d cum adhuc eſſet paruulus,ut puer affectus erat,ut puer cogitabat ac loquebatur. Poſtea grandeſcens in Chriſto,longe aliter ſapiebat,affirmabat,docebat. Nõ enim ex tunc iudicabat rem eſſe leuem,ſalutari æterni patris fundamento ſuperſtruere, ligna, fœnum, aut ſtipulã, Iudaicas nęniæ cæremonias,frigidas,inutiles,& uanas:uel eius puriſſimo addere uerbo, maledicta hominum cõmenta ac ſtercora. Quod pro ſua gloria & quæſtu iniquo,papiſtici apud illum pręſtigiatores ( preſertim Wintonienſis ) roſtris atque unguibus quærebant,Romanenſium Antichriſtorum ac ſordidiſſimorum

papiſtarũ

papiſtarum, a ſuo regno deleuit impoſturas, tyrannides, ſuperſtitiones, idololatrias & ſectas. Literas inſtaurauit, Euãgeliũ reduxit, pietatem promouit, fidem renouauit, atq; omnia chriſtiani principis officia abundanter preſtitit. Et ut tūdemum præſentis operis ſcopon attingam, in Latinis characteribus ſuo tempore protulit, ad Leonem decimũ pontificẽ Romanũ,

| | | |
|---|---|---|
| *Aſſertionem ſacramentorum,* | *li.1.* | *Quum partim bellicis, partim,* |
| *Ad epiſtolam Lutheri,* | *li.1.* | *Quas tu Luthere literas,* |
| *Chriſtiani hominis inſtitutionem,* | *li.1.* | *Cum in hoc libello qui uulgi,* |
| *Pro inſtituenda pube,* | *li.1.* | *Henricus octauus per Dei gra.* |
| *Sententiam de Mantuano cõcilio,* | *li.1.* | *Cum orbi pene teſtatiſsimum ſit,* |
| *De iuſto in Scotos bello,* | *li.1.* | *Prouocati iamiam ad bellum,* |
| *Statuta & leges,* | *li.1.* | |
| *Ad duces Saxoniæ,* | *epi.1.* | |
| *Ad Eraſmum Roterodamum,* | *epi.1.* | |

Ceterorum nihil adhuc uidi. De hoc rege illuſtriſſimo ſcribãt alij quid uelint. Ego certe id ei honoris poſt Deum meum debeo, quod ſim Euangelij regni Dei (ut ſpero) per eius adminiſtrationem particeps, cum ante illius in Romanum pontificem edictum, obſtinatiſſimus papiſta fuerim. Ex hac uita fœliciter migrauit, anno a Chriſti ſeruatoris ortu. 1547. ętatis ſuę. lvij. & regni. xxxviij. die uero. xxvij. Ianuarij, Windeſoræ ſepultus, relicto ex regina Ioanna hærede Edwardo ſexto, fœliciſſimæ ſpei principe.

EDwardus Halle, Anglus, politioribus a tenera ętate literis adornatus, ex longo Britãnicarum legũ ſtudio, peritiſſimus tandem in earum euaſit profeſſione. Qui cum paratam haberet perſpicacis ingenij celeritatem, atque oris in dicendo facundiam ſolertem, tantam ſibi comparauit in eo genere autoritatem, ut

in clariſſima urbe Lōdinēſi iudicē i cauſis ciuilib⁹ ageret. Hic inſigni prudentia uidēs, illuſtriſſimas illas Lancaſtrienſiū atq; Eboracenſium principum familias (quas albam & rubeam uocant roſas) poſt magna ac diuturna diſſidia, in potētiſſimo rege Henrico octauo, per fauſtiſſimum patris ſui cum Elizabetha Edwardi quarti filia connubium, fœliciſſime cōuenire. Vt obliquos quorundam animos pacatiores redderet, atque quietem in Anglicana republica perpetuo, pro ſuo poſſe nutriret, præclariſſimum edidit chronicon ad eundem regem Henricum, quod uocabat,

*Earūdem familiarum unionem,* li. viij. *Obliuio pernicioſa claritudinis inimica,*

Limites extendit hoc opus, ab initijs regni regis Hērici quarti, a quo incepit hæc uarietas, uſque ad poſtremos annos regis Henrici octaui, in quo plene ſopita conquieuit. Obijt præſēs autor, anno ueræ pietatis. 1547. Londini ſepultus, ſub Edwardo ſexto fœliciſſimo Anglorum rege.

CVthbertus Tonſtallus, in Septentrionali Anglorū regione, honeſto inter ſuos et ſplendido natus loco, ex multiplici literarū peritia ac iuris utriuſque profeſſione, arcē exiſtimationis obtinuit. Ad optimam certe eo in homine indolem, dū adhuc adoleſcēs eſſet, optima acceſſit Oxonij inſtitutio, & ad mite ingeniū (quod in ipſo nō ſemel ſū expertus) manſuetiſſimi quoq; mores. Eius iudicio Eraſmus plurimū tribuit, nō pauca ad illius ſententiā in Apologijs conuiciatorijs moderatus. Tonſtallo (inquit Morus in epiſtola ad Eraſmū) ut nemo eſt omnib⁹ bonis literis inſtructior, nemo uita moribuſque ſeuerior, ita nemo eſt uſquam in conuictu iucundior. Vnde poſt plures ſui regis nomine legationes, primo Londinenſis, poſtea Dunelmenſis antiſtes habebatur, & hęc latine ſcripſit erudita opuſcula,

De arte

*De arte ſupputandi*, li.iiij.
*Orationes & epiſtolas*, li.1.

Aliaque nõnulla, Omnes omniũ Arithmeticorũ libellos, quorũ calleret linguas, in primi operis præfatione ſe perlegiſſe fatet, eruditos, ineptos, latincs, barbaros, ne quid eius argumẽto deſit. Rebus humanis excedere fertur, anno a Ieſu Chriſti natali, quo iſta ſcripſimus, 1548. ſub illuſtriſſimo Anglorum rege Edwardo ſexto

Subſequentium.xxx.autorũ (quoniam adhuc in carne uiuunt) præter ſcripta & nomina ad præſens pauca commemoro, plura in operis recognitione ac locupletatione daturus, modo dominus uitã dederit longiorem.

Ricardus Sampſon, nuper Ceſtriȩ nunc uero Lichfeldiȩ epiſcopus, dũ pauca olim in gratiã regis, contra pontificẽ Romanum ſcripſiſſet, ſtolidiſſimi ſophiſtȩ Ioannis Cochleȩi canonici Miſnenſis, ad inſaniã ac freneſim uſq;, tã in ſe quã in regem furorem concitauit, ut in eius apparet pro Fiſhero ac Moro ſtultiſſima defenſione. Protulit uero Sampſonus,

*In quoſdam pſalmos*, li.1.
*Pro rege contra pontificem*, li.1.
*In Paulum ad Romanos*, li.1. *Furtiuas quaſdam noſtras horulas*,
*In eundem ad Corinthios*, li.ij. *Præfatus ſuo more, Corinthios*,

Explanationes in reliquas Pauli epiſtolas promittit. Sed interim eſt orãdũ, dũ affectus & cõtẽtionẽ (ut ꝓfitetur) uitat, ne in tã pio officio tepid⁹ inueniat, ab ore Dei ſtatim euomẽdus.

Ancelot⁹ Ridley, Cãtuariẽſis, uir inſigni ac chriſtiana eruditione prȩdit⁹, in medijs turbinib⁹, et rigidis Antichriſto ſæuiente procellis, cum Chriſto firmiſſimus ſtetit, atque eius

uiam quã ſyncerißime ſemper docuit. Produxitque uerbi Dei miniſter ſingulariter bonus, ad proximorum utilitatem non modicam,

Commentarios in Ioſue, li.1.
In Paulum ad Epheſios, li.1.
In eundem ad Philippios, li.1.
Ad Coloſſenſes quoque, li.1. Gratia miſericordia & pax,
In poſteriores Ioannis epiſtolas, li.ij.
In canonicam Iudæ, li.1.

Atque alia mihi adhuc ignota. Nullis obeſſe ſtudet pijſſimus homo, ſed omnibus ad ſalutem prodeſſe, ut ex optimis ſcriptis apparet.

STephanus Gardyner, epiſcopus Wintonienſis, ex papiſtici iuris profeſſione in reprobum ſenſũ uerſus, hucuſque nihil fortiori molimine tentabat, quam addere, ęquare, immo longiſſime anteferre puriſſimo Dei uerbo, maledicta impijſſimorum idololatrarum placita. Huius pro papę ſordibus inſaniæ, ſunt mundo ſatis ex eius dogmatibus & Nemrodicis factis notę, quamuis nihil ſcribamus. Martinus Bucerus in ultima ad eius nugas reſponſione, dicit illum ita furijs accendi ſemel in quadam cum eo contentione, ut uenæ in eius manibus (quod in nullo unquam homine prius uidit) ſubſilirẽt ac tremerent, quoties ab eo & Alexandro Aleſio audiret quod offende. bat Latine & Anglice congeſſit,

De uera & falſa obedientia, li.1.
Pſeudologiæ quæſtionem, li.1. Tertius iam annus agitur Bucere,
Conuicia in Bucerum, li.1. Poſt diutinã expectationẽ illius reſpõ.
Diaboli ſophiſtriam pro miſſa, li.1. Conſidera candide lector, quã plenũ,
Aduerſus Georgium Ioye, li.1. Introitus in tuam materiã aptißime,
Contra Turneri uulpem, li.1.

*Inſtitutionem chriſtiani,* li.1.
Et quædam alia, De tam copioſe effuſo piorum ſanguine, iſtũ & conſimiles epiſcopos pœniteret, ſi non in eo atrio adhuc manerent, quod dominus ab Euangeliſta Ioanne iuſſit non metiri calamo ſed eijci foras.

RObertus Shirwode, patria Couentrienſis, poſt diuerſarũ artium ſtudia, in Oxoniẽſi gymnaſio magiſterium ſuſcepit theologicum. Qui cum Louanij linguis ac literis ſacris operam daret, anno a Chriſti natiuitate, M, D, xxiij, ad Ioannem Webbe Benedictinorum cathedralis eccleſie Couentrienſis cœnobiarcham edidit,
*Explanationes in Eccleſiaſten,* li.1. *Neſcio profecto quo fato conti.*
*Sermones quoque plures,* li.1.
De cæteris eius ſcriptis nihil accepi, Explanationes uero præfatas Antwerpiæ excuſas uidi, & an adhuc ſuperſit, neſcio.

IOannes Parkyns, ad urbem Londinenſem interioris tẽpli ſocius, in iure poſitiuo humano eruditus, & crebris eius lectionib⁹ exercitatus ibi fuit. Hic uir ingenioſus atque eloquẽs, non minori diligentia quam ſtudio ad iuuenum informationem in ea facultate neceſſariam contexuit,
*Explanationes.xi.capitum,* li.1. *Quia uſus rerum ſecundum recti.*
Hæc ſola ſub eius nomine circa annum ab incarnato Dei uerbo, M, D, xxx, Londini impreſſa uidi,

RIcardus Crocus, Anglus, utriuſque linguæ peritus, patria relicta Germaniam adiuit. Vbi pluribus annis Lypſiæ primum, poſtea Louanij ad aliquot menſes, literas Græcas publicitus docuit, ut Eraſmus tradit in epiſtolis ad Linacrum, Interim tranſtulit quartum Theodori Gazę,
De uerbo⸗

*De uerborum conſtructione,* li.1.

Plæraque alia ipſum edidiſſe ferunt, quorum titulos hucuſque nõ percepi. Annus erat a chriſti incarnatione, 1514. cum Lypſiæ inciperet prælegere.

ROBertus Whityngton, Lichfeldienſis, Grammaticus ſui temporis non uulgaris, ſi ut olim in Maronẽ Carbilius, & in Homerum Zoilus, cum Guilhelmo Lilio inutiliter non litigaſſet, Compoſuit uir alioqui latine eruditus,

*De octo partibus orationis,* li.1.

*De inſtitutione Grammaticulorum,* li.1.

*De concinnitate grammatices,* li.iiij.

*De ſynonimis dictionibus,* li.1.

Epigrammata, epiſtolas, carmina, & conciones ſacras, quorũ omnium maior pars, Londini prælo donabatur per Ricardum Pynſon.

IOannes Caius, Anglus, poſt longa in Britannijs bonarũ literarũ exercitia, Pataui apud Italos rei medicę ſtudio, ſub Ioãne Baptiſta Montano Veronenſi, medico lõge doctiſſimo operam dabat. Et edidit ad Guilhelmum Buttum, qui regi tunc erat a cura ualitudinis,

*De medendi methodo,* li.ij. *Hactenus mihi certũ deliberatũq;*

Opus impreſſum uidi anno a communis ſalutis origine, 1544, & Buttum in eo commendatum, a cognitione, iudicio, & experientia ſumma.

PHilippus Gerrarde, illuſtriſſimo Anglorum regi Edwardo ſexto a cubiculis, in Chriſti philoſophia probe uerſatus ac ſecundum ſcientiam (ut Paulus loquitur) zelum habens, pie & erudite inuehitur in illos omnipotẽtis Dei aduerſarios,

ſarios, papiſtas, qui fœlicem Euangelij curſum impedire conantur. Nam ſcripſit Anglico ſermone ad dictum regem,
*Inuectiuam in Bibliomaſtiges*, li.1. *Affluentia gratiæ diuinæ prouocet*,
Beata certe curia, tales Abdias nutriens, qui iuſſa Dei tam fideliter diſpenſent contra iniquitates filiorum Edom in die Hieruſalem,

RIcardus Smyth, Oxoniēſis academię ſophiſticus doctor, & in theologia tum Ariſtotelica tum Lombardica prælector publicus, Antichriſti blaſphemias ac diaboli regnum, hominum commentis, mendacijs, & hypocriſi papiſtice defēdebat. Nec ita contentus tenebrio ſtolidiſſimus, in lucem emiſit, ut Euangelij obſcuraret gloriam,
*Contra libertatem ieiunij*, li.1.
*Aſſertionem ſacramenti altaris*, li.iij. *Fidelis & chriſtiane lector, uolo*,
*Defenſorium ſacrificij Miſſæ*, li.1. *Deſudat hic libellus optime lect.*
*De ueritatibus non ſcriptis*, li.1. *In hoc libro chriſtiane lector*,
*Retractationem errorum*, li.1. *Sanctus propheta Dauid, audito.*
Et quædam alia. Reuocationem impoſturarum & fœdiſſimorum errorū Londini & Oxonij publicauit anno Chriſti.1547.
Si ex animo, fœlicius habet,

NIcolaus Vdall, elegantiſſimus omnium bonarum literarum præceptor, ac earum fœliciſſimus interpres, laudabili eruditione præditus, ad chriſtianę reipublicę commodū, tam ſcribendo quam transferēdo utilem ſemper nauauit operam. Pro ornandis enim politioribus ſtudijs, & ſyncera Chr̄i nutrienda fide, plura tranſtulit in uernaculam linguam, præcipue ad petitionem fideliſſimæ reginæ Catherinę,
*Eraſmi paraphraſin in Lucam*, li.1. *Sicut magiſter noſter Chriſtus in Euā*
*In acta Apoſtolorum quoque*, li.1. *Quia nihil pari expeditione uel*,

*Apophthegmatum Eraſmi,* li.ij. *Quoniã autor ipſe in ſua præfatione:*
*Flores Latini ſermonis,* li.1. *Quanquã initio quidẽ,ut ingenue,*
Tragœdiã de papatu,ac plures adhuc alios tractatus compoſuit. Quæ omnia eum declarant erga ſuam patriam ac gentẽ, amatorem eſſe candidiſſimum.

THomas Wyet,ex illuſtri proſapia eques auratus, cũ animi nobilitate literas Cantabrigiæ coniungẽs, in illuſtratione patrij ſermonis, Chaucerum plane adæquabat. Nã eo preceptore(ut Lelãdus habet)Britãnica nobilitas in oĩ rhithmorum genere carmina nitidiſſime cõponere didicit. Tranſtulitq; in Anglicã linguã atq; parium numerorum metra,
*Pſalterium Dauidicum,* li.1.
Diuerſi generis rhithmos,& alia multa fecit. Obijt ante quadrageſimum ætatis annum. In cuius mortem, elapſis ſex annis, Ioannes Lelandus Nenias edidit.

ANtonius Cope,uir equeſtris ordinis quoq;, in eloquijs diuinis ac ſpiritus lege inſigniter doctus, iuxta ſeruatoris monita(ut ex ſcriptis apparet)primum quærit Dei regnũ & iuſtitiam eius,acſi ſacri ipſius Euangelij eſſet aut preco aut miniſter. Nempe Britannice ſcripſit ad inclytiſſimam Angliæ reginam Catherinam elucidationes,
*In.xx.pſalmos Dauidicos,* li.1. *Vſus per homines ſtrenas dandi.*
Alia eius ſcripta adhuc non uidi,cum illum tamen non dubitem plura edidiſſe. Claruit anno Chriſti.1548.quo iſta congeſſimus,ſub Edwardo ſexto Anglorum rege.

RIcardus Moryſon,in Oſtroſaxię comitatu(ut fertur)oriundus, in omni bonarum diſciplinarũ genere peritiſſimus,literas ſemper ab ipſa iuuentute prætulit oĩbus Crœſi

theſauris. Vnde rhetor exquiſitiſſimus, tam Græce quam Latine formatus, ſcripſit Latine aduerſus blaſphemias impudentis atque inſanientis Antichriſti mancipij Ioannis Cochlæi,

*Pro ſuo rege defenſionem*, li.1.
*De ruinis ex rebellione*, li.1. *Si mihi tantum eloquentiæ perper.*
*Remedium erga ſeditionem.* li.1. *Quiſquis apud ſe ſapienter conſi.*
*Stratagemata quoque*, li.1.

Atque alia in patrio ſermone plura. In florenti ętate adhuc uiuit, uaria componens pro Chriſtiana Republica, ſub Edwardo rege omnium longe fœliciſſimo.

THomas Robertſon, uir utriuſq; linguæ Græce ac Latine peritiſſimus, & optimus Grāmaticus, a Cōrado Geſnero medico Tigurino in uniuerſali Bibliotheca nūcupatur, eo q̃d inter cætera eruditi ſui ingenij opuſcula exarauerit pro iuuenum inſtructione, Annotationes in Guilhelmi Lilij regulas:

*De nominum generibus*, li.1.
*De uerborum præteritis*, li.1.
*De nominibus heteroclitis*, li.1.
*De uerbis defectiuis*, li.1.
*De uerſibus pangendis*, li.1.

Et alia quædam. Quæ autem ediderit in alijs facultatibus, in re præſertim theologica (cuius eſt magiſter) compertum adhuc non habeo.

IOannes Chekus, patria ac ſtudio Cantabrigienſis, tam ꝑfecit literis Græcis & Latinis, ut illum præ cæteris in ſuū cooptaret ſcholaſticum, ac Gręcę lectioni ibidem pręficeret, rex Anglorum clariſſimæ memoriæ Henricus octauus. Iſte ex codicibus Græcis eleganter tranſtulit, diui Ioannis Chriſoſtomi homelias, ad eundem ſereniſſimum regem,

*Contra obſeruatores nouilunij,* ho.I. *Quēadmodū chorus præſultorē, et,*
*De dormientibus in Chriſto,* ho.I. *Dies quatuor cōſumpſimus in Laza.*
*De prouidentia Dei,* ho.iij. *Multis referta eſt perturbatio.*
*De fato quoque,* ho.iij. *Eadem ipſa dicere mihi quidem,*

Epiſtolas ad regem plures, atque alia edidit, Audio nunc ipſum in curia manere fœliciſſimi regis Edwardi ſexti, eiq; eſſe, ut Alcuinus Carolo magno, a bonarū literarū inſtitutione.

RIcardus Tracy, de Todyngton, in comitatu Gloceſtriæ armiger, Guilhelmi Tracy Chriſtianiſſimi genitoris filius, uir nobilis & doctus, in diui Auguſtini operibus a iuuentute ſua excellenter uerſari noſcitur. Hic pius ac ſyncerus ueritatis amicus, ad rei Chriſtianæ commodum plęraque edidit, præſertim ſupplicationem ad Henricum regem,

*Super excæcatione cleri,* li.I. *Metuendiſſime rex, ac Chriſtianiſſi.*
*De fide iuſtificante,* li.I. *Victorioſiſſime princeps & pruden.*
*De arte moriendi,* li.1.
*Contra articulos papiſticos,* li.1.

Et nonnulla alia. Huic Chriſti ſeruo, deſiderabilia ſunt Dei eloquia, ſuper aurum & lapidem precioſum, melleq; & fauo ſuauiora. Quoniam in illis ſcit multā eſſe electis retributionē.

IOannes Bekinſau, uir eſt (ut apparet ex ſcriptis) ī quo multæ ſunt literæ, & ſapientia, qualis in Catone fuit, multarū rerum uſu cōparata. Hic ſibi tandem perſuaſit, Romani pontificis autoritatem, eſſe in uniuerſum fucatam, & impie cōtra Dei inſtituta arrogatam. Scripſitq; latine, ad inuictiſſimū Anglorum regem Henricum octauum,

*De abſoluto regis imperio.* li.I. *Qui rem aliquam literis ſuis illuſt.*

Alia non uidi. Vtinam uir tantus ſibi perſuaderet quoq;, alias adhuc fœdiſſimas blaſphemias ab eodem eſſe diabolo.

Bartholomæus

BArtholomæus Traheron, a prima adoleſcentia ſub optimis præceptoribus, *literis* tam Græcis quam Latinis probe inſtitutus, raris & eximijs excelluit donis. Tam carmine quam proſa exercitatus, multa in utroque ſtylo Latine non infœliciter protulit. Et in Anglicum idioma pro communi utilitate tranſtulit, ad Ricardum Tracy, Ioannis de Vigo Geneuenſis,

*Chirurgiæ practicæ documenta*, li.ix. *Deus oīpotens oīm gubernator*,
*Epitomen eorundem*, li.1. *Quamuis ſufficienter tractauimus*,
*Interpretationē difficiliū uerborū*, li.1. *Abietis. Vigo in uno & altero.*
*In mortem Henrici Dudlæi*, car.1. *Egregium uero facinus mors*,

Atque alia multa latine compoſuit. Prædictum carmen, elegiaco metro editum in Henrici Dudlei equitis aurati obitum, quinquaginta uerſus habet.

TRiſtramus Reuell, in literis humanis, Græcis ac Latinis eleganter inſtructus, poſt intellecta ſcripturarum myſteria, ardenti pietatis amore flagrans, ſine Antichriſti charactere & oleo, Chriſtum per ſynagogas, quam ſynceriſſime docuit, multaq; in patriam tranſtulit linguam, præcipue ad reginā Annam,

*Paradoxa Franciſci Lamberti*, li.1. *Gratia & pax a Deo patre*,
*Abbreuiationes eiuſdem in Apoca.* li.1.

Nonnullaq; tam Latine quam Anglice exarauit in Chriſtianę reipublicæ commodum, quorum tituli iam non occurrūt.

THomas Gybſon, ex Septētrionali Anglorum patria natus, atque amœno præditus ingenio, uir eſt in cuius manu dominus poſuerit ſingulari ſuæ gratiæ beneficio, incredibilium infirmitatum ſanationes, quamuis non ſit Latine aut Græce eruditus. Hominum memoriæ tradidit ille huius ętatis Aeſcu-

tis Aeſculapius, in Anglico ſermone,

*Herbarium maius,* li.1.
*Summam prophetiarum,* li.1.
*Contra Alcumiſtas imperitos,* li.1. *Deus ita creauit naturam, & in tam.*
*De uario ſtatu Britanniæ,* li.v.
*In aſtrologiam Iſagogen,* li.1.

Collectiones ex chronicis, atque alia nonnulla. In Germania iſtis diebus philoſophicam uitā ducit, homo mihi notiſſimus.

IOannes Heywode, ut Orpheus alter, inſtrumentorum ſtudioſus, Muſicus & Poeta, magnam habebat in ſua lingua gratiam. Huius ab amplo ac ſolerti ingenio plura exierunt, lectoribus non iniucunda, preſertim feſtiuus ille dialogus, honeſtis ſalibus ac iocis refertus,

*De uulgaribus prouerbijs,* li.ij. *Inter alia quæ in linguæ uſum,*

Diuerſi quoq; generis in patrio ſermone rhithmos, atq; alia fecit. Londini iam habitat, ad ſenium feſtinans.

RIcardus Tauerner, omni bonorum autorum genere inſtitutus, & tam Græce quam Latine expertus, multarū rerum notitia, prudentia, & eloquentia polluit. Tantoq; olim flagrabat cœleſtis doctrinæ ſtudio & amore, ut ad proximorum utilitatem, præter Bibliorum recognitionem, in idioma Britannicum uerteret,

*Sarcerij locos communes,* li.1. *Mortalium diuerſi, qui uel neſciebāt.*
*Præcationes ex ſcripturis,* li.1.
*Catechiſmum fidei,* li.1.
*Homelias Chriſtianas,* li.1.

Atque alia plæraque edidit, tam in operibus componendis quam transferendis, ſingulare donum habens. Cætera eius ſcripta non uidi.

Thomas

THomas Bekon, ex Nordouolcarum patria oriundus, artium liberalium Cantabrigienſis academiæ magiſter, ꝑ ſyncera diuini uerbi prædicatione, Antichriſti ſatrapaꝝ, pontificum & phariſæorum tyrannides nõ mediocriter eſt expertus. Vir iſte eruditus & eloquens, ſub Theodori Baſilij nomine, hæc pro inſtruẽda plebe, Chriſtiani ſpiritus opuſcula Britannice in lucem emiſit,

| | | |
|---|---|---|
| *Olfactoriolũ ſpirituale,* | *li.1.* | |
| *Conuiuiũ natalitium,* | *li.1.* | *Vereor ne ab aliquibus ac.* |
| *Cõpotatiunculã quadrageſimalẽ,* | *li.1.* | *Nequaquam ſum oblitus, quam.* |
| *Strenarum donum,* | *li.1.* | *Non poſſum præconijs non,* |
| *Noua de cœlo,* | *li.1.* | *Si attentis ac ſtudioſis,* |
| *Documenta Chriſtiana,* | *li.1.* | *Etſi quantitate paruus,* |
| *Orandi methodum,* | *li.1.* | *Abſque urgenti ac maxime,* |
| *Citheram Dauidicam,* | *li.1.* | *Quamuis in uniuerſo pſalmo,* |
| *Belli politias,* | *li.1.* | *Aeſtimo nullum tam alienatum,* |
| *Nouum catechiſmum,* | *li.1.* | *Non ſine cauſa dedit dominus,* |
| *Aduerſus iurantes,* | *li.1.* | *Deus pater per ſuam prophetam,* |
| *De matrimonio Chriſtiano,* | *li.1.* | *Si Deus qui ſolus omnia præ.* |
| *Edictum ex parliamento Dei,* | *li.1.* | *Vbi a nobis perceptum,* |
| *Dialogum de Chriſti natiuitate,* | *li.1.* | *Puer natus eſt nobis,* |
| *Præparationes ad Euchariſtiam,* | *li.1.* | *Primo eſt notandum quod omnia,* |
| *Inuectiuam in adulteros,* | *li.1.* | *Licet plures hic reprehendam.* |

Et quædã alia, quę nos latent, Claret in domo magnifici principis Edwardi ducis Somerſetenſis atque Angliæ protectoris, intrepide Chriſtum docens.

IAcobus Harryſon, natione Scotus, omni bonarum diſciplinarum ornatura formatus, rhetor & hiſtoricus inſignis, Dionis Syracuſani exemplo, a magni Antichriſti tyrãnide patriam ſuam exoptat liberari, Vnde ſuos conteraneos ad

concordiam

FRanciſcus malet, in theologica facultate doctor, ob inſignem ingenij acrimoniam, prudentiam in rebus agendis, atque acerrimum in omni literarum genere iudicium, nobiliſſimę Marię, Edwardi ſexti sereniſſimi Anglorum regis ſorori acceptus, pia eius ſolicitatione continuauit ac tandem perfecit, quam illa deuote inceperat, nempe paraphraſin Eraſmi in uernaculo ſermone,

*Super Euangelium Ioannis,* li. 1.

Inciderat enim tenerrima uirgo in grauem atque longam ęgritudinem, ex nimio in transferendo labore, alias ipſa erudite perfeciſſet.

IOannes Setonus, Cantabrigienſis, in ethnicorū laboribus excellens, dum eſſet Cantabrigię in diui Ioānis Euangeliſtę collegio prælector artium publicus, ut Ariſtotelem papiſtarum olim paracletum ſtudio ſuo faciliorem redderet, ac magis familiarem adoleſcentibus daret, ſub Stephani Wintonienſis epiſcopi auſpicijs in lucem edidit,

*Dialecticam breuem* li. 1. *Reuerendā tuā dominationē ampliſ.*

Artes quidem, quibus rerum natura inueſtigatur, bonæ ſunt, & autores ex ipſis commendandi, quādiu ex ſerpentis aſtu, Satanæ ad decipiendum inſtrumenta non ſint.

IOannes Hoper, omni bonarum diſciplinarum literatura ornatus, Hebraice, Gręce, ac Latine eruditus, iuxta Chriſti in Matthęo parabolam, nihil non impendit ut margarita frueretur Euāgelica, nempe ſyncera Dei ueritate. Et quo magis accenderet alios ad eius ſitim, quædam chriſtianę doctrinæ opera reliquit, pręſertim ad uictorioſiſſimum Somerſeti ducē Edwardum, Angliæ protectorem fideliſſimum,

*De Christo & eius officio,* li. 1. *Diuinum illud prætextum & cōſy.*

*Contra diaboli ſophiſtriam,* li. 1. *Liber tuus, domine præſul, cui titulus,* Atque alia quædam. In ſecundo libro, Stephani Wintonienſis inſaniſſimas nugas detegit, ſolidiſſimiſque rationibus confutauit, quibus in regno papiſtico idololatriam apertiſſimam defendebat.

EDwardus dux Somerſeti, comes Hertfordię, uicecomes Beuchampij, dominus Seymour, auunculus nobiliſſimi & clariſſimi principis Edwardi, Dei gratia Angliæ, Francię, & Hibernię regis, & eiuſdem illuſtriſſimę regię perſonæ gubernator, atque omnium ſuorum regnorum, dominiorum, ac ſubditorum protector, iuxta chriſtiani principis officium, Euāgelij religionē tuetur, ſarcit, propagat. Cum eius animum in proclamationibus, ſtatutis, & edictis contemplor, pectus uideo pietati deditum, ac rariſſimis donis ornatū, & quod ad ſancta ſtudia calcar addat fidelibus uerbi miniſtris, ut in ſtadio Euangelico utiliter currant. Nouit prudentiſſimus princeps, reges ab Homero paſtores dici, & a Salomone eccleſiaſtas atque ſui ſtabilimenta populi. Nouit præterea eiſdem eſſe decori in rebus uerſari ſublimibus, & nō cum Nerone in ſordidis & caducis. Non igitur fruſtra gladium geſtat, inſtrumentum gloriæ Dei, dum illuſtrib⁹ factis bonos honoret ac malos terreat, dum inſontes tueatur ab Antichriſtorum tyrannide, & iuxta menſuram delicti animaduertit in blaſphemos. Illis ſuo merito, conatur auferre uanam eorum gloriam, qui Phariſæorū & Caiphę loco, ſtudebant opprimere ac pene ſepelire ueram ſeruatoris gloriam. Eius incomparabilis ſapientia, & ſolida literarū cognitio, ex eruditiſſimis ſcriptis apparet. Ad Scotos enim Latine & docte edidit,

*Exhortationes ad pacem,* li. 1. *Conſyderantibus nobis & modum,*

*Ad nobilitatē*

*Ad nobilitatem Scotiæ,* *epi.1.* *Vbi uictorioſißimus princeps,*
Et alia nonnulla. Ardens eius Zelus in diuinę ueritatis propagatione, iam mundo notiſſima lucet. Illum dominus non ſolū ad hanc promouit dignitatem, uerum in ſingulis conatibus tam bello quam pace, proſperimum ſucceſſum præbuit, id idē (ut ſperamus) ad finem uſque daturus. Claruit fœliciter āno a Chriſti ſeruatoris ortu. 1548. quo hæc ſcripſimus, diuq; ipſū Deus optimus maximus ad eccleſię ſuæ utilitatem ſeruet.

Catherina ſereniſſima Anglorum regina, inclytæ proſapię fœmina, pręclariſſimi regis Henrici octaui iam pridem uxor fideliſſima, nunc uero magnifici marium admiraldi domini Thomę Seymour auunculi regis Edwardi ſexti coniunx, ingenij uiribus, literarum peritia, uerborum elegantia, animi generoſitate, ac moribus pluſquam niueis, fœmineas dotes exuperat. Verum in ea uidetur Socratis iudicium, ingentia Dei dona non inferiora eſſe in mulieribus quam uiris. Magnarum nēpe uirtutum hęc domina, ac unicum hoc ſæculo pietatis exemplar, faſtiditis huius mundi delicijs, ardentiſſimo Dei zelo, ſtudium omne mirabiliter collocat in promouenda Euangelicę ueritatis doctrina, ut charitatis induſtria animæ pabulum fidelibus miniſtret. Regnum Chriſti ante omnia diligēter quęrit, & eius ſitit iuſticiam inter mille occaſiones in cōtrarium. In arena certe cum Romaniſtis non ædificat, ſed cum Apoſtolis ſupra ſolidam ſaluationis petram, a qua fluit fons aquę ſalientis in uitam æternam. Inuentum in agro theſaurum exponit, & lumen quod modio ſupprimebant pontifices & phariſæi, ad multorum conſolationem candelabro imponit. Quamuis totus taceat mundus, non poterit eius interire fama, cuius uirtutes ſic indies creſcunt. Ad multorum enim in Chriſto

eruditionem, hæc nobiliſſima herois Anglicis characteri= bus commiſit,

*Meditationes pſalmorum*, li.1. *Inter cætera exercitia, chriſtianæ*,
*Lamentationem peccatoris*, li.1. *Quando conſydero in agnitione*,

Et alia. In uinea Euangelij non ſolum omni hora laborat, uerum operarios peritos qui Eraſmi in nouum teſtamentum paraphraſes traducāt, magnis conducit expēſis, ut in Anglica natione ad hominū ſalutē abūde fructificēt omnia. Opus per integras diuidebat portiones diuerſis tranſlatoribus, ut citius ad patriæ commodum, fidei incrementum, & Dei gloriam abſolueretur. Claruit anno ſalutis humanæ, 1548, quo iſta colle gimus, regnante Edwardo ſexto. Cuius dominus uitam pro longet, plebis ſuæ commodo, ad Neſtoris annos.

THomas Cranmerus, Cātabrigiēſis academiæ theo logicus doctor, & Cantuarienſis eccleſiæ archiepi ſcopus ac totius Angliæ primas, incredibili mori ſuauitate, omnibuſque uirtutum & literarum orna mentis cumulatus, ſynceram boni præſulis ſemper imaginē geſſit. Nam paulinæ agricolationis in Anglia ſic princeps, perpetuum habebat pietatis ſtudium, & iudicium in omni re rum genere ſuapte natura fœliciſſimum, remque Euangeli cam pro ſua uirili iuuabat. Epiſcopi fūctionem non in pro fanę ditionis adminiſtratione ponebat, ſed in fideliſſima diui ni uerbi diſpenſatione, ne Chriſtum mundo macularet. In medio Babylonis probum ſemper egit Iſraeliticæ gentis du cem, atque inter tyrannizantes in Chriſti ueritatem papi ſtas, inaudita prudentia moderatus eſt populum Dei, ne uul pibus eſſet prædæ. Nemo unquam fœlicius ac firmius in pſeudomagiſtrorum medio cum Chriſto, quamuis non ſine periculo uitæ, perſtitit. Nemo prudentius pſeudapoſtolos

quoſdā

quoſdã, tametſi cũ Paulo ſciret eſſe peſtilẽtiſſimos, tollerabat ad tẽpus, ne in maiorẽ concitarentur inſaniam. Ampliores eius laudes, apud Andream Oſiandrum & alios ſunt quærendæ. A quodam ueritatis amico accepi, illum ad plebis utilitatem iam dudum ſcripſiſſe,

*Catechiſmũ doctrinæ chriſtianæ, li. I.*
*Ordinationes eccleſiæ renouatæ, li. I.*
*Homelias eruditas, li. I.*

Præfationes Bibliorum & alia mihi ignota. In ferendis nunc legibus Apoſtolico munere fũgitur. Vtilia ſuadet, neceſſaria docet, blaſphema in Deum abroganda prorſus decernit, nec alia fore retinenda, quam quæ Euangelicæ doctrinæ conſentiant. Claruit anno a Chriſti Ieſu natali. 1548. quo hęc publicauimus, ſub rege Edwardo ſexto. Sęuientibus in eum Antichriſti olim ſatrapis, dominus mirabiliter ipſum liberauit, ac ſuis fidelibus hucuſque ſeruauit. concrematus sub Maria regina

HVgo Latimer⁹, Cantabrigienſis quoque theologus, & antiſtes olim Wigornienſis, nõ uulgarem ſemper habebat animi propenſiorẽ erga pietatẽ ac bonas literas, quibus & ipſe cũ ingenio mire dextro præminebat. Nuſquã dũ epiſcopus eſſet non egit Chriſti negotium, nuſquam nõ conſuluit gregis ſui commodis, fidi medici exemplo, qui nullũ remediorũ genus non adhibet, quo integram ſanitatem ſuis reſtituat. Tandem pia mente, ne canis ad papiſmi uomitum urgentibus Antichriſtis rediret, pontificatũ plene deſeruit, licet nõ miniſteriũ uerbi. Quoniã iã denuo reſumptis uirib⁹, conat̃ Anglicũ orbẽ ad priſtinã chriſtianæ fidei ſimplicitatẽ ſacris monitis reuocare, atque a turbidis lacunis ad uitales illas ac puriſſimas uiuẽtiũ aquarũ ſcatebras reducere. Cõtulit nobis iſte diuini talẽti diſpenſator, ante conſultationem quandã in Anglia publicã, omnibus

| | | |
|---|---|---|
| *Zuinglium de religione,* | *li.1.* | |
| *Ex Eraſmo quoque,* | *li.1.* | |

Compoſuit etiam in Anglico ſermone.

| | | |
|---|---|---|
| *Labefactatam eccleſiam Mori,* | *li.1.* | *Poſtquam placuiſſet piiſsimo,* |
| *Ad priorem de Newenham,* | *li.1.* | *Patri noſtro reuerendiſsimo,* |
| *Compendium paßionis Chriſti,* | *li.1.* | *Seruator noſter Chriſtus in ult.* |
| *Apologiam ad Tyndale,* | *li.1.* | |
| *De cœna domini,* | *li.1.* | *Cum uidiſſet epulones Chriſtus,* |
| *De baptiſmo & euchariſtia,* | *li.1.* | *Quia conſtat homo ex duabus,* |
| *Matrimonij defenſionem,* | *li.1.* | *Cum populus Dei, Iſrael uoca.* |
| *Onera cæremoniarum,* | *li.1.* | *Paulus electum uas Dei,* |
| *Commentarios in Danielem,* | *li.1.* | *Hæc cum in bruma ſcriberem,* |
| *Contra Gardineri articulos,* | *li.1.* | *Quoſdam caſu articulos inue.* |
| *Refutationem eorundem,* | *li.1.* | *Intelliges candide lector, quod,* |

Et alia quędam. Præfatam in Danielē expoſitionem collegit ex Philippo Melanthone, Oecolampadio, Pellicano, Draconite, atque aliјs ſcriptoribus probis. Huiuſque perſtat fidelis ac robuſtus ueritatis aſſertor, cum hoſtib⁹ Chriſti fortiter dimicans, anno eiuſdem ſeruatoris noſtri (quo hęc ſcripſimus) 1548. ſub rege Edwardo ſexto.

IOannes Lelandus, Antiquarius, inclytæ Londinenſis ciuitatis indigena, omnium quos pręterita ætate Britannia nutriuit, diſertiſſimus, patriam uniuerſam exquiſitiſſimis adornauit donariјs. De eius ĩgeniј & doctrinæ magnitudine, non eſt quod hic dicam, quum opuſcula tam proſa quam carmine ab ipſo fœliciter edita, in omni diſciplinarum genere Gręce & Latine, atque in omnib⁹ aliјs linguis eruditiſſimum teſtentur. Antiquitatis Britannicæ feruidus amator, ac diligentiſſimus inquiſitor, uetera totius inſulæ monumenta magno ubique cum labore perluſtrauit, & qua

ſi ex ſilice

ſi ex ſilice flammam diſquiſiuit ut illuſtraret. Incognita locorum & rerum ex nimia uetuſtate uocabula prima, per optimos autores reuocauit, & quo facilius intelligerentur, tam originalibus quam nunc uſitatis explicuit nominibus. Exoletos ſeu ab uſu remotus, atque ita obliuione pene ſepultos Britannicos autores, ſolus reſuſcitauit, ad uere dignam ſuis factis memoriam. Nihil eum præteriebat ex aliarum nationum ſcriptis aut linguis, quod ad natalis ſoli ſpendorem quo modolibet facit, quaſi fuerit ad communem eius tum decorẽ tum utilitatem natus. Fabricauit iſte adhuc adoleſcẽs, muſarum amore conflagrans,

| | | |
|---|---|---|
| *Encomiaſticon,* | li.I. | |
| *Sales & Iocos,* | li.I. | |
| *Funebre carmen,* | li.I. | |
| *Epigrammata plura,* | li.I. | Belonginge to the natiuitie |
| *Cygneam cantionem,* | li.I. | *Tanta eſt tui nominis cum celebri,* |
| *Commentarios in eandem,* | li.I. | *Conqueritur ſtudioſorum chorus mul.* |
| *Genethliacon Edwardi princi.* | li.I. | *Scripſimus Edwardi natalem prin.* |
| *Syllabum antiquarum dictionum,* | li.I. | *Abrefraum, Britannice Aberfrau,* |
| *Aſſertionem Arturij regis,* | li.I. | *Cura ſemper merito maxima eru.* |
| *Elenchum antiquorum nominum,* | li.I. | *Abrinus ab Abro Britannico uo.* |
| *Nenias in mortẽ Thomæ Viati,* | li.I. | *Accipe regnorum comes illuſtriſſi.* |
| *Bononiam Gallomaſtigem.* | li.I. | *Maxima nuper erat clarus mea,* |
| *Laudationem pacis,* | li.I. | *Martia bella canant alij gladioſque* |
| *Ad Henricũ regẽ de ſuo itinere,* | li.I. | *Vbi tuæ celſitudini uiſũ fuerit.* |
| *De Antiquitate Britannica,* | li.50. | |
| *De uiris illuſtribus,* | li.iiij. | |
| *De pontificibus Britannicis,* | li.I. | |
| *De inſulis Britanniæ,* | li.vi. | |
| *De nobilitate Britannica,* | li.iij. | |
| *Vitam Sigeberti regis,* | li.I. | |

*De academijs*

*De academijs Britannicis,* li.1.
*De origine & incremẽto literaꝝ,* li.1.
*Epitaphiorum multorum,* li.1.
*Antiphilarchiã contra Pighium,* li.1.
*De topographia Britanniæ,* li.1.
*De uetuſtis nominibus,* li.1.

Atque alia multa, quæ omnia uiri aliarum nationum docti, impenſe deſyderant. Certe nefas eſſet uituperabile, ad publicum uſum prælo nõ dare, quicquid a tã feſtiuo ingenio profluxerit. Claruit anno redemptionis humanæ. 1546. ſub Henrico octauo Anglorum rege, cui a Bibliothecis erat. Quod uero ex ſubita mentis deturbatione, cerebri uitio, furore, dolore, triſtitia, aut alio quocũque immoderato animi affectu in amentiam uel phreneſim inciderit, condolere habet quiſquis eſt literis fauens, aut patriæ ſtudiũ inter uirtutes cõnumerat.

his ſervant

Millo Couerdale, ex Eboracenſi patria & Auguſtinianorum fratrum ſodalitio, Cantabrigiç ſub prædicti Roberti Barnes magiſterio bonas diſciplinas ardenti ſite adhauſit. Amici ſemper & candidi erat ingenij, mãſuetiſſimi ſpiritus iuuenis, atque ita unus ex primis, qui renaſcente Anglorum eccleſia, Chriſtum pure profitebatur. Alij in parte, iſte ſe totum dedidit ad propagandã Euangelij Ieſu Chriſti ueritatem, gloriamque maniſeſtandã. Id autem lucide apparet in utriuſque teſtamẽti, immo omniũ Bibliorum ſacrorum uerſione, in qua non ſegnem impendebat operam, ad magnum chriſtianæ reipublicæ profectum. Vnus atque idem Dei ſpiritus, qui omnia ob uerbi miniſteriũ in omnibus operatur, ad conprimenda extremç huius çtatis mala, in quibuſdã eſt uentus uehemens, montes & petras euertens, ſed in iſto ſibilus aurç tenuis, nutãtes refocillãs animos.

Eius nanque ſtylus ſuauis ac placidus, luculẽter fluit, afficit, inſtruit, & delectat, Præter uniuerſam Bibliorum ſeriem, fideliter tranſtulit,

*Bullingerum de antiquiſſima fide,* li.1.
*Eundẽ de chriſtiano matrimonio,* li.1.
*Lutherum ſuper, Dominus regit,* li.1.
*Oſiandrum ſuper, Qui habitat,* li.1.
*Pſalterium Ioannis Campenſis,* li.1.
*Cantus uſuales Witẽbergenſium,* li.1.
*Apologiã Germa. cõtra cõcil. Mãt.* li.1.

Exarauit quoque natiuo ſermone.

*Confutationem Standicij,* li.1. *Septimo die Decẽbris, traditus mihi,*
*Ordinẽ chriſtianũ cœnæ domini,* li.1. *Omnibus qui eſuriunt & ſitiunt Dei,*
*Noui teſtamenti concordantias,* li.1.
*Catechiſmum chriſtianum,* li.1.

Annotationes quoque breuiſſimas in nouum teſtamentum,
actiones gratiarũ ad menſam dicẽdas, ad omnẽ ſtatum rhith-
mos, & alia plura edidit, eruditæ pietatis pleniſſima, Claruit
anno a Chriſto nato (quo iſta literis dedimus) .1548. poſt .vij.
annorum pro ueritatis aſſertione exilium, in patriam Edwar
di ſexti regis pijſſimo beneficio a Germanis reuerſus, pauper
in hoc mundo, ſed gratia Ieſu Chriſti diues. Epus fuit Exomensis

IOannes Rogers, poſt iuuenilia bonarum literarũ ſtudia, ſub Romaniſtarum unctiõe raſus, permiſit ſe fieri miſſarium ſacerdotem, ignorans adhuc officium eſſe quęſtuoſum in regno filij perditi. Cum uero poſtea per ſalutiferam Chriſti doctrinam id clare intelligeret, excuſſo tantæ impietatis iugo, Deum uera pietate iuxta ſacroſanctas illius præſcriptiones coluit. Witembergã deinde ad aliq̃t annos moratus, multo eſſe cœpit eruditior in diuinis

illis ſcrip

liis ſcripturarum myſterijs, contulitque induſtriam omnem ad ea in natiua regione propaganda, Grande Bibliorũ opus a uertice ad calcem, a primo Geneſeos ad ultimum Apocalypſeos uocabulum, uiſitatis Hebręorum, Gręcorum, Latinorum, Germanorum, atque Anglorum exemplaribus, fideliſſime denuo in idioma uulgare trãſtulit. Quod opus laborioſum, excellens, ac ſanctiſſimum, adiũctis ex Martino Luthero præfationibus & annotationibus utiliſſimis, ad Henricũ Anglorum regem ſub nomine Thomæ Mathew, epiſtola prefixa dedicabat. Ex uarijs autoribus conflauit quoque,

- *Hiſtoriam a condito mundo,* li. 1.
- *Indices Bibliorum,* li. 1. *Abhominatio coram Deo ſunt ido.*

Ac nõnulla alia, Prędictam hiſtoriã elicuiſſe dicitur a Ioãne Carione, Sebaſtiano Franck, Hedione, Munſtero, & alijs, pro faciliori ſcripturarum atque temporum intellectione. Clarruit in terra aliena, nempe Germania, Ieſu Chriſti Apoſtolus, & cuiuſdam ecclesię ſuperintendens, anno ab eiuſdem Chriſti natali .1548. (quo iſta congeſſimus) apud Anglos regnante pijſſimo Edwardo ſexto. *contremuatus ſub regina Maria* / *to have dead ont*

Gvilhelmus Turnerus, ex Septentrionali inſulę patria oriundus. Cantabrigiæ omni bonarum literarum eruditione, Latinus & Græcus, rhetor ac poeta clariſſimus emicuit. Nuſquam Antichriſto characterizatus, hoc eſt nec raſus nec unctus (quod auditu ſit rariſſimum) Euangelinm regni ex puro Dei zelo per uniuerſam fere Angliam gratis prædicabat elegantiſſimus tunc iuuenis. Ex quo facinore mere chriſtiano, carcerarię incluſionis moleſtias ſub eius miniſtris pertulit multas & lõgas. Inde tãdẽ magno Chrĩ beneficio liber, Italiã acceſſit, & poſt experimẽta ſuę doctrinę illic publica, medicę ꝓfeſſiõis inſignia, Ferraria detulit domũ. Validiſſimis ſcripturis ſuos Anglicos, tã

regem ipſum quam ſubditos omnes pie admonuit earum uul-
pium quæ poſt diuulgatum illic Euangelium, adhuc nõ ceſ-
ſant electam domini Sabaoth deripere uineam. Contexuit
Latine & Anglice uir ornatiſſimus inter otia literaria,

| | | |
|---|---|---|
| *De naturis herbarum,* | li.1. | |
| *Hiſtoriam auium ſuccinctam,* | li.1. | *Prudens admodum, & ſi quid* |
| *In Catonis diſtica moralia,* | li.iiij. | *Cauſa, candide lector, initi labo.* |
| *Sententiarum flores ex uarijs,* | li.1. | *Difficilia quæ pulchra, & cæt.* |
| *Ad unionem diſſidentium,* | li.1. | *Non eſt ignotum tuæ dominationi,* |
| *De arte memoratiua,* | li.1. | *Quamuis tam ueteres illi philo.* |
| *In Publij Mimi uerſiculos,* | li.1. | *Alienum eſt omne quicquid oper.* |
| *Pro inſequenda Romana uulpe,* | li.1. | *Licet ab ipſa pueritia fuerim,* |
| *Contra Wintonienſis technas,* | li.1. | *Haud eſt tuæ maieſtati illuſtriſ.* |
| *De miſſa papiſtica,* | li.1. | |
| *De Hieroſolymorum excidio,* | li.1. | |
| *Epigrammata diuerſa,* | li.1. | |

Pro Standicio ad papam carmen iocoſum, atque epitaphium
Giſberti Longolij. Tranſtulit Vrbani Regij collationem no-
uę doctrinę ad ueterem, & plura alia. Tam ſolidis argumen
tis utitur aduerſus regni perditi impoſturas, ut uix habeant
hiſcere papiſtæ. Claruit anno a Chriſti incarnatione. 1548,
(quo hæc exarauimus) optimi principis Edwardi ducis So-
merſetenſis, Angliæ protectoris, medicus, ut audio. Decanus
eclesiæ wellensis postea factus.

IOannes Balęus, Sudouolcas, Ad Couij pagũ,
tribus a Sotholdio milliarijs, quinque uero a
Donuico diſſitum, parentibus Henrico & Mar-
gareta natus, ab inſularum ſortitione poſt dilu
uium per Iapheti filios ac poſteros, uſque in prę
ſentem Edwardi ſexti pijſſimi Anglorum regis annum ſcilli
cet ſecundum, ſum hæc commentatus. Parentũ meorũ partim
ſuperſtitione,

ſuperſtitione, partim inopia, quod numeroſa nimis premeren tur liberorum familia, duodecim annorum puer, in Carmeli tani monachatus barathrum Nordouici detrudebar. Varijs dogmatum turbinibus illic & Cantabrigiæ, ſine aut perito pę dotriba aut docto mecœnate interim fluctuabam, donec appa rente Dei uerbo, reuocari cœperint eccleſię ad ueræ theolo giæ fontes. In ea autem luce, ſeu ſplendore ortus nouæ Hieru ſalem, deformitatem meam uidi, atque inde per Dei bonita tem eum transferebar in portum, quo omnia erant ſupra ſoli dam ædificata petram. Horribillis beſtiæ, ſeu execrabilis An tichriſti maledictum characterem deinceps eraſi, extirpaui, deleui. Non enim ab homine, neque per hominem, ſed ex ſpe ciali Chrī et uerbo et dono, uxorē fideliſſimā accepi Dorotheā, ut non amplius eſſem papæ creatura, ſed Dei iubentis, Qui non continet, nubat in domino. Vnde me inter illos hac mea lucubratione audax connumero (licet eorum conſortio indi gnus) quos ſemper Chrœſi Lydorum regis opibus, immo omnibus huius mundi delicijs alijs longe prætuli. Atque ad id ſum celeberrimo Hieronymi & Gennadij inter ueteres, Triſſę uero ac Tritemij inter poſteriores, inductus exemplo. Et ne mihi imputetur præſumpta ambitio, in tanto ſcriptorū Catalogo, ultimam poſt labores feſſus occupo ſedem, dicti ſeruatoris non immemor, Accumbe in nouiſſimo loco. Pau perisingenij ſyntagmata quædam ſub papiſmo primum poſt uarias collectiōes, partim edidi, partim ex Bibliothecis ſcrip ſi, uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| *Faſciculum ex omnibus,* | *li. iij.* | *Religionis huius initia & prog.* |
| *Scriptores ab Helia,* | *li. ij.* | *Preſens catalogus paucos admo.* |
| *Scriptores a Bertoldo,* | *li. vi.* | *Cæterarum militantis eccleſiæ reli.* |
| *Additiones ad Tritemium,* | *li. I.* | *Peruenit tandem ad noſtræ lectio.* |
| *Collectiones Germanicas,* | *li. I.* | *Ex magiſtro hiſtoriarum habetur,* |

| | | |
|---|---|---|
| Collectiones Gallicas, | li.I. | Domino Marco de furno Car. |
| Collectiones Anglicas, | li.I. | Frater Theodoricus de Wageningh, |
| Ex diuerſis Bibliothecis, | li.I. | Oratio Martini Porſenæ Itali, |
| Catalogum generalium, | li.I. | Bertoldus Lemouicarũ Aquitaniæ, |
| Bellum ſpirituale, | li.I. | Fortis armatus cuſtodit atrium, |
| Caſtellum pacis, | li.I. | In omnibus exhibeamus noſmetipſos, |
| Ad Hullienſem ſynodum, | li.I. | Introduxi uos in terram Car. |
| Ad quaſdam quæſtiones, | li.I. | In hoc ſcholaſtici certaminis medio, |
| Ad Paleonydorum appẽdices, | li.I. | Poſt ſtragẽ, quã uocant Babylo. |
| Hiſtoriam patronatus, | li.I. | Hæc eſt illa nubecula, quam, |
| Hiſtoriam Simonis Angli, | li.I. | Sublimauit in paſtorem, gregis, |
| Hiſtoriam Franchi Itali, | li.I. | Franchus inuictiſſimus, miles, |
| Hiſtoriam diui Brocardi, | li.I. | Hoſtis antiqui peritura uirtus, |
| In præfationem faſtorũ Mãt. | li.I. | Quod ad Cæſarẽ Ouidius Naſo, |

Extra regnũ papiſticũ, ſub Euãgelica libertate cõpoſui, a Lelando prouocatus primum,

| | | |
|---|---|---|
| Anglorum Heliades, | li.ij. | Quo patriã gentem uenuſtes. |
| Britanniæ ſcriptores. | li.vi. | Iactat quequæ natio. ſecta, ſo. |
| In tres Waldeni tomos, | indi.I. | Abagarus rex Geſiſmorũ ĩ Ediſ. |
| In faſciculũ zizaniorũ eiuſdẽ, | indi.I. | Abbominatio deſolationis, fo. |
| In Polydorũ de inuento. rerũ. | indi.iij. | Aeromanticæ diuinationis origo, |
| In Textoris officinã, | indi.I. | Abſorpti terra homines fo. 52. |
| In Catalogũ Capgrauij, | indi.I. | Abendoniæ monaſteriũ fũda. |
| In uitas põtificũ Barnes, | indi.I. | Abbates dare ordines permit. |

In idiomate materno comœdias, ſub diuerſo metrorũ genere.

| | | |
|---|---|---|
| Vitam diui Ioannis Baptiſtæ, | li.xiiij. | Ab Aaron ſacerdote primũ origi, |
| De Chriſto duodẽni, | co.I. | Potior nos urget cauſa ad hanc, |
| De baptiſmo & tẽtatione, | co.ij. | Priuſquam natus adhuc eſſem, |
| De Lazaro ſuſcitato, | co.I. | Genitus a patre cœleſti filius, |

De pontificum

| | | |
|---|---|---|
| De pontificũ cõſilio, | co.1. | Pontificiam adeptus dignitatem, |
| Feſtũ Simonis Leproſi, | co.1. | Protoplaſtem Adamũ uarijs in. |
| De cœna & pedũ lotione, | co.1. | Expedit modo ut õnia uobiſcum, |
| De Chriſti paſſione, | co.ij. | Tempus iã inſtat quo ſingula adim |
| De ſepultura & reſurrect. | co.ij. | Aſtrorũ conditor atque modera. |
| Super utroque regis cõiugio, | li.ij. | Fortia eorũ facta qui hic regnaue. |
| De ſectis papiſticis, | li.ij. | Perpendat chriſtianus lector ocul. |
| Cõtra Momos & Zoilos, | li.ij. | Ex debito uos ſalutarem, niſi, |
| Proditiones Papiſtarũ, | li.ij. | Eo animo uos cõgregatos intel. |
| In uerbi peruerſores, | li.1. | Omnia primitus Dei uerbo crea. |
| Pro Ioanne Anglorum rege, | li.ij. | Quum dominus æterno ſuo bene. |
| De Thomæ Becketi impoſturis, | li.1. | Si ab origine conſyderatis mũdi præ. |
| De promiſsionibus diuinis, | li.1. | Si profectus quiſpiam uenire poterit, |
| De prædicatione Ioannis, | li.1. | Chriſti regnum iam nunc florere inci. |
| De Chriſti tentatione, | li.1. | Poſt ſuũ baptiſmũ Chriſtus Dei filius, |
| De corruptis Dei legibus, | li.1. | In omni republica leges preferri deb. |
| Imaginem amoris, | li.1. | Amoris deſcribendi cauſa huc conue. |
| Pammachij tragœdiam tranſtuli, | li.iiij. | Quid adferamus, ſi uacat cognoſ. |

Alia adhuc opuſcula in proſa,
Britannico ſermone ædidi.

| | | |
|---|---|---|
| In Apocalypſim Ioannis, | li.iij. | Tã neceſſaria (chriſtiane lector) eſt, |
| Aduerſus impoſtorem Standiciũ, | li.1. | Illum conſydero duplici præmio dig. |
| Contra iurandi conſuetudinem, | li.1. | In uinea domini uideo chariſsime, |
| Hominem peccati, | li.ij. | A mũdi origine (amice in Chr̃o cõdi. |
| Myſterium iniquitatis, | li.1. | Claret illis (dilecte in domino) qui, |
| Contra pſeudochriſtos, | li.1. | Amico in Chriſti pfeſsione ſingula. |
| Vitam Ioannis Oldecaſtell, | li.1. | In profanis ueterum oratorum ac poe. |
| Acta Anglicorum cælibum, | li.ij. | Gildas antiquus Britannorum hiſto. |
| Dialogos quoſdam, | li.1. | Pro eo quod me conſtituerit Deus, |
| Cantiones chriſtianas, | li.1. | Pſallite domino fideles omnes, |
| Contra Bahalamitas, | li.1. | Prodite papiſtarum ſacrificuli de, |

Apologiã

| | | |
|---|---|---|
| Apologiam pro Barnes, | li.1. | Rabioſus quidã in ſuo furore papiſta, |
| Pro Gray contra Smyth, | li.1. | Licet faber ſis ferrarius, atque, |
| Ad exhortationem papiſticam, | li.1. | Quiſque truſarũ artifex intromittit, |
| Agones Anne Aſkewe, | li.ij. | Inter cætera peculiariſsima officia, |
| Ad Elizabetam regis filiam, | li.1. | Variæ atq; plures (gratioſiſsima dña) |

Facetias & Iocos ſine certo numero feci. In manibus adhuc ſunt, Hebdomada coram Deo, Epitome chronicorum, Bella Wicleui contra papiſtas, & epiſcoporum Alchoranus. Ab Anglico in Latinum, tranſtuli, examinationem Guilhelmi Thorpe, & a Latino in Anglicum, Apologiam Sebaldi Heyden contra Salue regina, cum epiſtola Ioannis Pomerani ad Anglos. Fugiens ab impijſſimæ Romanæ Ieſabelis facie, quæ hucuſque ſitit prophetarum ſanguinem, apud Germanos in Chriſto fideliſſimos octennio cum uxore ac liberis delitui. In patriam tandem poſt longum exilium pijſſimi regis Edwardi ſexti ſuffragijs liberis, anno hoc a Chriſti incarnatione, 1548. & ætatis meæ, liij. finitis his laboribus, et dño fortunante reditũ maturo.

John Bale was borne sixscore and seaven yeares since 1622
127

Finit præſentis operis Scriptorum Britanniæ Centuria Quinta, Authore Ioane Balęo.

# OPERIS PERORATIO.

QVisquis fuerit uiuifico Dei uerbo oculatus, ex horum ſcriptis ad uiuũ uidebit, qualis fuerit cuiuſq; eorũ erga uel Chriſtum uel Antichriſtum animus. Immo quaſi effigie quadam graphice depicta perſpiciet quã ſancta fuerit piorũ hominum per omnes ætates a ſeruatoris aſcenſione exercitia, & quam otioſa ac uana extiterint impiorum, maxime papiſtarũ ſtudia pro eo iniquitatis regno, pręter illa quę in Iapheti & Chami poſteris ab ipſo diluuio contigerũt. Nec multũ uidebuntur hęc ab ipſa diſcrepare eccleſia (de renouata, ca. 21. nõ loquor) quam Ioannes ille Boanerges in Apocalypſi tam parule deſcribit, ut inde experiatur diligens lector, quam uerax ſit Chriſti ſpiritus, qui ea nobis tam longe ante hęc tempora reuelauerit.

Aperto nanq; ſalutaris doctrinę ſigillo per Ieſũ Chriſtũ, qui ſolus habet clauem Dauid, exiuit equus ille albus, nempe mundiſſimus Apoſtolorũ cœtus, ut cõſtanti prędicatiõe ipſũ ad omnes ferret mũdi populos. Ex ijs ad Britãnos uenit cũ quibuſdã pijs uerbi miniſtris, Ioſephus Arimathienſis qui primus illi genti patefecit lętiſſimũ Dei nuntiũ, & in ipſis rex Chriſtus, mundũ cum ſuis cõcupiſcentijs uicit.

Sed ſublatis his doctoribus, ſub ſecundi ſigilli apertione proceſſit equus rufus, ſanguinarios illos deſignãs ſacerdotes, qui ob uentrem, principes cum Simone Mago ad fideliũ cædem cruentam prouocauerunt. Qui a permutatis in Chriſticolarũ templa ſimulachrorum phanis, Amphibalus & Albanus, Aaron ac Iulius, cum alijs pleriſq;, crudeliſſimis mortiũ generibus ſunt deleti. Diuiſiſq; in parœcias & diocœſes prouincijs, pax illa (quam Chriſtus reliquit ſuis) de terra pene tollitur.

Manifeſtato tertij ſigilli myſterio, egreditur equus niger, hæreticorum ſignificans impiam cū cęcitate dementiam. Ex horū numero fuere Pelagius, Seuerus, & Leporius Agricola, cum Pelagianis, Seuerianis, atq; Arrianis. Qui Britāniam fere omnem corruperunt, impoſtricis doctrinę ſtatera, diabolo feſſore, chriſtianū dogma labefactantes. Atq; ea inter alia, ut nocētiſſima ſuę gēti mala, pijs lachrimis deflet in ſuis opuſculis uterq; Gildas, Albanius ac Badonicus, uterq; Britān⁹, uterque grauiſſimus autor.

In quarti ſigilli ſolutione, prodijt equus omnino pallidus hypocritarū nimirum ſynogogam exprimens. Quis ex Dei ſpiritu iudiciū habens, non hos ſētiret fuiſſe monachos? Illi enim corrupta atq; mortua litera, & externis ſuis obſeruātijs nihil pręter mortem adferunt, inferno mox inſequente. Qui Columbani, Brendani, Ionæ, Theodori, Wenefridi, Dūſtani, & eius ætatis aliorum (paucis exceptis) uiuo Dei uerbo ꝓbauerit doctrinam, ita proculdubio inueniet.

Reſerato quinto regni Chriſti myſterio, in ſanctiſſimorū eius martyrum interfectione, aperta fit Antichriſtorum ſæuitia. Qui pro uentre ſaginando, egregie tunc ſeducebāt atque mactabant. Ab eo epulonū grege non longe aberat Auguſtinus ille monachus Romanus (quem Angli hucuſq; habent pro primo eorum Apoſtolo) dum ſuam ędificauerat in piorū ſanguine, propheta dicente, Syonem. Porro Dionothum ſanctiſſimum cum mille ducentis Britānorū monachis (quia nolebant, pro Romanis nouitatibus, primitiuę eccleſię ritus deſerere) martyrio uitam finire, per Ethelfredi Northumbrorum regis tyrānidem Ceſtrię procurabat. Et id poſtea pro ſancita tuebantur lege, ſententiarij eorū ſcriptores fere omnes (quorum hic ingens eſt numerus) in Dei filium Ieſum iuxta eius Euangelium, & non ſecundum

eorum decreta

Augustine did not procure it,
He was a zelous xpian & the
Northumbers were pagans

eorum decreta papiſtica credentes, pro magnis hereticis debere comburi. Quod olim in fideliſſimis Ioannis Wicleui diſcipulis, & nunc denuo diebus iſtis in Romani Antichriſti contemptoribus abunde adimpletum uidimus.

Poſt reuelatū ſexti ſigilli myſterium, ſophiſtis in Anglia ſicut in cęteris Europę regnis (extincta diuinę ueritatis luce) omnia corrumpentibus atq; obſcurantibus, populi ſui miſertus domin⁹, ſuſcitauit antedicti ſui prçconis Ioānis Wicleui, atq; ijs noſtris tēporib⁹ Guilhelmi Tyndali ac alioꝝ ſpiritū pro detegendis eorū per ſcripturas ſacras abhominationib⁹.

Quod mirabili quodā ac terribili terrę motu teſtatus eſt idem dominus Deus anno incarnati filij eius .M.ccc.lxxxij. dum eſſet Londini ad Dominicanos collecta, per Guilhelmū Courteney Cantuarienſem archiepiſcopū Antichriſti ſynagoga, aduerſus eum & eius Chriſtum, Waldeno teſte in ſuo zizaniorū faſciculo. Nec id Polydorus Vergilius omnino ſubticuit, licet fuerit ignarus myſterij.

Iſti in Chriſti ſpiritu ſolidati, uiderunt ſuis temporibus, ex impijs eorum impoſturis obtenebratos eſſe Dei ſermones, & eccleſiā carnalem effectam, deficientibus ad terrena figmenta, immo diabolicas ſuperſtitiones miniſtris. Ac fideli tunc narratione mundo retulerunt hęc omnia, cū terribilibus ob illā eorū excęcationem maleuolā, æterni Dei patris iudicijs.

Ad ſeptimi atq; ita ultimi ſigilli apertam per Chriſtum oſtenſionem, quid lucis aut ſanæ doctrinę adhuc apparebit in eccleſia Anglicana, nouit ille cui nihil eſt non notum. In ſancto illo ſilentio ad ferme mediam horam, perfectiſſima pax erit in uniuerſa Chriſti eccleſia. Euerſa nanque Babylone miſera, ac domata per Dei uerbum Beſtia coccinea blaſphemię noīb⁹ plena (quę Antichriſtū cū ſua ſynagoga deſignāt) tranquillitas tam interna quam externa lucebit, ueritas

Chriſti amplexabitur ubique, libere fideles perficient quę ad eius ſunt gloriam, & Iſrael Pauli teſtimonio ad dominum con uertetur.

Hæc adduxi, ut pius lector tandem uideat, etiam Dei ſpi ritus oſtenſione manifeſta, unde emanauerint in chriſtianorū multitudinem tam uaria circa fidem ac religionem doctrina rum & doctorum genera. Conſtat quoque hanc ſanctiſſimam eiuſdem Ieſu Chriſti ad Ioannem Euāgeliſtam reuelationē, adeo perfecte in particularibus nationum congregationib⁹, atque in uniuerſali earum eccleſia fuiſſe adimpletam. Quod potiſſimum in earum dogmatibus per ætates ſingulas (ut an tea dixi) præcipue apud Britannos apparet. Percipere enim hic quiſque poteſt, locuſtā eſſe ex doctrina locuſtam, ac cu iuſque coloris equum, eius eſſe generis, quod ei ſpiritus ſan ctus in eadē Apocalypſi deſignat. Et hæc precipua eſt ratio, cur meos cum ea ſcriptores ad præſens contulerim.

Vtque cauſam ſuſcepti in hoc uolumine laboris expli cem, ad id me inprimis coegerunt hiſtoriarum dulcedo, lite rum cupiditas, atque uehementer naturalis et officioſus erga patriam amor. Nam cum certis argumentis præuidiſſem an no Chriſti. M. D. xxxiij. Anglorum cœnobijs iuſtiſſimam, ob nefanda inhabitantiū ſcelera ac ueritatis cōtemptū, imminere deſtructionem. Ad eorum ſtatim ſingulari Dei dono, me con tuli Bibliothecas, qui mihi tunc magis erant familiares ac be neuoli, utpote Carmelitarū & Auguſtinenſium. Apud illos triennio fere laboraui in colligendis diuerſorum librorum autoribus & titulis, cū quorundam eorum initijs. Quod & apud Dominicanos ac Minoritas, Carthuſianos, Brigidanos, alioſque ſectarios feciſſem quoque, ſi non inciuiliter introitū mihi negaſſent.

Ob illud idem ingratitudinis uitium, Præmonſtratenſes, Crucigeri,

Crucigeri, Trinitarij, Gilbertini, Sambonitę, Roberti fratres, & alij, qui ſpecioſiſſimis apud Britannos gaudebant ædibus, hic nullum inter eruditos locum habent. Apud Carmelitas, qui in hoc opere, ſcriptorum numero plus cæteris abundāt, poterit uidere prudens lector, quid per trecentos fere annos, operatus in ea ſecta ſit tam diabolus quam Deus. Si tanta & tam miranda potuerit Antichriſti ſpiritus, in tam puſillo locuſtarum grege ad ueritatis obſcurationem, conſyderandum nobis eſt. quid in craſſioribus illis ac robuſtioribus diaboli tauris fecerit, nempe Dominicanis & Franciſcanis, quorum plærique Cardinales ac metropolitani erāt, plærique ſacri palacij magiſtri & hæreticæ prauitatis (ut uocant) inquiſitores. In horū tamen conuenticulis malorum, nōnego quoſdam ab initijs eorum fuiſſe, qui Dei filiorum ſpiritum in medijs tenebris retinuerint, licet interim in multis ex temporis malicia fœde errauerint.

he ſettet Diuells bi xod.

Non crediderit fortaſſis, qui iſta non legerit, tam macilentum ac contemptibile Aegyptiacarum muſcarum genus, tantas intuliſſe execcationes, tantaque feciſſe in Dei populo mala. Conradus Geſnerus, uir undique eruditus & pius, pauciores putat habuiſſe mundum ex ijs paleſtinis crudelibus ac ſanguiſugis, dum Tritemium ęſtimat ex eorum familia rhapſodos omnes in ſuo numeraſſe catalogo. Sed ſi legiſſet inutiles his de rebus, Siculorum, Italorum, Gallorum, Hiſpanorū, Germanorum, & Anglorum commentarios (qualis ille eſt, quem libro. v. enneadis. ix. Sabellicus adducit) innumerabiliū eius generis locuſtarum reperiſſet examen.

Hac ratione apud Anglos, ſcriptores in ea ſecta ad tā magnum creuerunt numerum, nā in additione ſequenti quinquaginta eorum adhuc ſequentur. Pro lege tenebatur ex eorum ſynodis, ut nullus apud eos pro doctore haberetur, priuſquā

ad communem eorũ uſum aliquod ædidiſſet opus. Vnde ante tempora Ioannis Myluertoni (qui Romæ in caſtro diui Angeli triennio remanſit captiuus) nulli in Anglia mendicãtes, Carmelitis ĩ doctrina papiſtica æquandi erant. Poſtea uero paulatim degenerabant in ignorantiam pluſquam Thracicã. Auguſtiniani autẽ, qui paucilſima ac minima omnium in Anglia pro Antichriſti regno pręſtiterunt, in fine cum triumpho alias omnes mendicantium ſectas anno domini. 1533. rexerũt, atque ad interitum poſt quadrienniũ perduxerunt, Georgio Browne autoritate regia, cõmiſſario ſuper eos facto, & archiepiſcopo Dublinienſi demum deſignato.

In eorum omnium ſcriptis, quos in pręcedentibus centurijs iuxta ętates collocaui, ſicut nõ ſingula probo, ita nec omnia contemno, uitupero, aut reijcio. Vtilia plæraque in eiſdẽ ſunt, ad fidem, ad doctrinam, & ad hiſtoriæ conſeruationem, quę omnia eccleſiæ christianę fore neceſſaria, quis nõ uidet? In retroactis temporibus baptizatorum academię, nihil quã execrabilium locuſtarum fęces, pro Antichriſti ambitioſo regno promouebant. Tunc totus eorum labor erat, ut in opuſculis claret, ordinarie diſputare, legere, determinare, quodlibetare, ſententiare, poſtillare, gloſſare, allegorizare, ac per Ariſtotelem ſophiſticare ſcripturas. Quæ omnia, quid aliud erant, quam eas pernicioſe temperare, condire, & aptare, immo ſtrictius arctare, ad purpuratæ meretricis uſum, in ſimonijs, luxurijs, tyrannide, & faſtu.

Nunc autem in Euangelij luce, fidei ac ueritatis uentilabro omnia ſunt purganda, & triticum ſecernendum a paleis. Omnia probare Paulus iubet, ſeu cũ iudicio ſpiritus legere, neque id aſpernari, quod ad eccleſiæ commodum facit. Verũ tamen ab illis abhorrere Chriſti profeſſores decet, quæ Euãgelij obſcurãt gloriã. Nolite (Ioannes inquit) omni ſpiritui

credere,

credere, doctrinam & dogma per ſpiritum intelligens, Sed perſcrutemini, num ex Deo ſint: nec citra delectum mortalium dogmata recipiatis, Nam multi prodierunt in mundum pſeudomagiſtri, qui ſpiritum Chriſti non habent, multi qui pernicioſa doceant, Sola audiatur ad fidem uox æterni paſtoris Ieſu Chriſti, cum nō ſit in alio ſalutis ſpes ulla. Non enim aliud ſub cœlo datum eſt nomen, aut dabitur, per quod oporteat ſaluos fieri homines, Hac uoce redeat ſeducta plebs chriſtiana, ad rectam ſalutis uiam, a ſuperſtitione ad fidem; a mendacijs ad uiuum Dei uerbum, a crudeliſſimo papa ad benigſſimum animarum paſtorem Ieſum, AMEN.

Completum erat preſens Britannicorum ſcriptorum opus, doctrinarum per omnes ætates eccleſię, patefaciēs diſcrimē, ac diuerſitatē manifeſtans, Excuſumque fuit Gippeſwici in Anglia per Ioannem Ouerton, anno a Chriſti incarnatione, 1548, pridie calendas Auguſti.

1627 · 79 ·

¶ Multa ſunt in hoc opere ex correctorum defectu errata. Hæc tamen pręcipua ſunt, quæ in quibuſdam exemplaribus cuperem a candidis lectoribus reformari,

Fo.3.pag.2.li.13.pro iunirore Wilfrido, lege, Egbertus ſeptimus Eboracenſis archiantiſtes, fo.16.pag.2. li, 22, lege, Aulū uidelicet Rufum cognomento Pudentem.fo.46.pag.1.li.20, lege, archiepiſcopatu. fo.47.page.2.li.20.lege, imbuendus. Item.li.29.lege, Chriſti.fo.54.pag.1.lege.Et extēplo cōſtituit cum plena.fo.66.pag.1.li.17.lege,non fuerant.fo.79.pag.2.li.19.lege,archidiaconus,fo.92.pag.1.li.4.lege. Obiurgatorium cleri.fo.105.pag.2.li.22.lege,uectigal a clericis,fo.106.pag.1.li.18.Ranulphus,Mattheus,& Fabianus.Item li.19.decumbētem.Item,26.ſubſequentia.fo.107.pag.2.li.3.lege,Ecce.Item.li.13.dilectis in Chriſto filijs, Londinenſi.Item.li.23.contradidit, Item.li.29.uulgum.fo.115.pag.2.li.3.lege, regnum.fo.122.pag.1.li.8. lege, reſpectu. Item.li.11. ſubtiliſſimas. fo.124.pag.1.li.5.ſorbiciuncula. fo.125.pag.1.li.1. litigiorum. fo.128.pag.1.li.20.lege,adoleſcentia.fo.132.pag.1.li.11.lege,ſuos.fo.189.pag.1.li.30.diſciplinarum.

Hęreditatem inter ſanctificatos omnes ab illo cupio qui potens eſt dare Acto.20.

¶ Vt ſciant lectores, innumeros adhuc reſtare ſcripto-
res Britannicos, de quibus ego nullam feci mē-
tionē, hos ſparſim collectos in fine breui-
ter annotaui, pro ſexta Centuria.

Hi ſcriptores ſunt ex uarijs in Anglia Car-
melitarum Bibliothecis collecti, qui
de ea fuerunt ſecta.

Fęces Paleſtinorum, ob id tam abunde
non introduco, ut pro ſyncera do-
ctrina habeātur, ſed ut libri mei
argumento per eos adhuc
reſpondeam.

Guilhelmus Hanaberg, doctor Oxoniēſis, & quartus pro-
uincialis, ſcripſit,
*Quæſtiones ordinarias*, li.1. *Verum actus uirtutis moralis*,
Claruit anno domini.1278. & Londini tandem obijt.
Godfrid⁹ Cornubiēſis, Oxonij & Pariſij doctor, cōpoſuit,
*In Ariſtotelis phyſica*, li.viij.
*In Metaphyſicam eiuſdem*, li.xij.
*Super Sententias*, li.iiij.
*Quodlibeta decem*, li.1.
Claruit anno domini.1320.
Guilhelm⁹ Radynges ex patria Bathoniēſi doctor, ſcripſit,
*Queſtiones ordinarias*, li.1. *Verū uiator inuite poſſit mereri*,
*Accuſationes Templariorū*, li.1.
Claruit anno domini.1310.
Ricardus Belgraue, ex Ciceſtrienſi patria, doctor Canta-
brigienſis, ſcripſit,

*Determinationes theologiæ,* li.1. *Vtrũ eſſentia diuina poſſit uideri,*
Claruit anno domini.1320.

Ricardus Blyten,doctor Oxon.decimus prouincialis,ac confeſſor Edwardi ſecundi Anglorum regis,ſcripſit,
*Repertorium Sententiarum,* li.1. *Cupientes aliquid de penuria,*
*Priuilegia Mendicantium.* li.1. *Cũ ſanctiſſimus pater,& idem*
*Epiſtolas ad diuerſos,* li.1. *Reuerendo in Chriſto patri,*
Sermones,& alia.Claruit anno domini.1320.Lyncolniæ obijt.

Lucas Boſden,doctor Oxon,ſcripſit.xi.quæſtiones,
*In ſex principia Gilberti,* li.1. *Prout uult Ariſtoteles in quinto,*
Claruit anno domini.1340.

Hugo de ſancto Neoto,Hichienſis,doctor Canta,ſcripſit,
*Commentarios in Lucam,* li.1. *Beatus Lucas iſtud Euãgelium,*
*Quæſtiones theologiæ,* li.1. *Vtrũ beata uirgo fuerit in,*
Et alia.Obijt Hichiæ anno domini.1340.

Ioannes Bampton,doctor Canta.ſcripſit quæſtiones octo.
*De ueritate propoſitionum,* li.1. *Quæro de ueritate iſtius,*
Atq; alia.Claruit anno domini.1340.

Ricardus Depedale,Lynnenſis,doctor ſcripſit,
*Sermones de tempore,* li.1. *Cõuerſationẽ ueſtrã inter gentes,*
Claruit anno domini.1380.

Ioannes Bloxham,Ceſtrienſis,Angliæ,Hiberniæ,& Scotiæ prouincialis,per Anglorũ reges Edwardum ſecundum & tertium uiciſſim effectus,ſcripſit,
*Cõmentarios Sententiarum,* li.iiij.
*Super Apocalypſim,* li.1. *De apertione ſeptem ſigillorum,*
*Epiſtolas.186.ad diuerſos,* li.1. *Viro uenerabili ac diſcreto,*
Atq; alia.Claruit anno domini.1334.

Adamus Saxlyngham,Nordouicenſis,ſcripſit,
*Sermones per annum,* li.1. *Amice,accõmoda mihi tres pa.*
Claruit anno domini.1350.

Ioannes

Ioannes Repyngale, Stanfordienſis, doctor Canta. ſcripſit ad inſtantias Ioannis epiſcopi Lyncolnienſis, cuius erat confeſſor,

*Sermones. 83. dominicales,* li.1. *Domino ſuo fideliſſimo Ioanni,*
*Sermones. 42. de ſanctis,* li.1. *Miſerere populi tui domine,*
Et alia, Claruit anno domini. 1350. & obijt Stanfordię.

Gualtherus Heſton, Stanfordięſis, doctor Canta. ſcripſit,
*Quæſtiones de Anima,* li.1. *Quæſtio eſt quomodo ſcientia de*
Atque alia. Claruit anno domini. 1350.

Guilhelm' Lyncolne, doctor Cāta. ſcripſit. xxv. quęſtiões
*Super Sententias,* li.1. *Verū perſona proprie dicatur in,*
Et alia. Claruit anno domini. 1360.

Ricardus Tenet, Oxon. bacchalaureus, ſcripſit,
*De uirtutibus aquarum,* li.1. *Auriū paſſio, decima ſeptima,*
Claruit anno domini. 1390.

Ioannes de ſancto Badmundo, Gippeſwicenſis, ſcripſit,
*Comentarios in Lucam,* li.1. *Quia omni legittime certanti,*
Et alia. Claruit anno domini. 1350.

Guilhelmus Lubbenham, Couentrienſis, doctor Oxon. & prouincialis decimus ſeptimus, ſcripſit. liij. quæſtiones,
*In poſteriora Ariſtotelis,* li.ij. *Vniuerſale dicimus eſſe, quod,*
Obijt Couentriæ ſenex, anno domini. 1361.

Ioãnes Clyppeſton, Notynghamięſis, doctor Cāta. ſcripſit,
*Exēpla ſcripturæ ſacræ* li.1. *Primus pontifex Aaron chariſma,*
*Poſtillas in Ioannē,* li.1. *Iſte liber qui eſt de æterna,*
*Expoſitoriū Bibliæ,* li.1. *Partibus expoſitis, textus,*
*Quæſtiones Sententiarū,* li.iiij. *De doctrina noſtra theologica,*
*Diſceptationes ſcholaſticas,* li.1. *Verū theologia ſit ſcientia,*
Et alia. Claruit annodo. 1378. & obijt Notynghamiæ.

Guilhelmus de Sancta fide, doctor Canta. ſcripſit,
*Orationes ad clerum,* li.1. *Benedicam tibi ãtequam moriar,*

Determinationes, li.1. An aliqua ſit cauſa dimittendi correć.
Quæſtiones ordinarias, li.1. Vtrum beata uirgo Maria de fi.
Quodlibeta quoque, li.1. An habens ſanctam fidem & uſum,
Et alia quędam, Obijt Nordouici, anno do.1372.

Ioannes Elyn, Lynnenſis, doctor Canta, edidit ornatiſſimū opus, aureis imaginibus decoratum,
In Apocalypſim Ioannis, li.1. Secundum Iſidorum.xviij.Ethimolo.
Collationes ad plebem, li.1. Redde quod debes, Matthæi. xviij.
Concluſiones quodlibetales, li.1. Vtrum uouens caſtitatē, grauius pec.
Atque alia. Obijt tandem Londini anno domini.1379.

Ricardus Wichyngham, Burnehamienſis, ſcripſit,
Sermones centum & ſex, li.1.
In primū & ſecūdū ſententiarū, li.ij.
Et quędam alia, Claruit anno domini.1380.

Ioannes Multon, Nordouicenſis cœnobij, ſcripſit,
Sermones xc. per annum, li.1.
Claruit anno domini. 1400.

Guilhelm⁹ Sternefelde, de Newēdē. doctor Cāta. ſcripſit,
Hiſtoriā Newendeniēſis cœnobij, li.1. Quoniā ſecūdū philoſophū primo Me:
Claruit anno domini.1390.obijtque tandem Newendeniæ.

Robertus Ormeſkyrk, Oxonienſis, inter alia ſcripſit,
Propugnaculum ſui ordinis, li.1. Romani pontifices & iura can.
Claruit anno dñi.1380. & Oxonij tandem obijt.

Ioannes Louey, Londinenſis, doctor Oxon. ſcripſit,
Ordinarias quæſtiones, li.1. Vtrum ſpiritus ſanctus procedens a.
Claruit anno domini.1390. & Londini demum obijt.

Guilhelm⁹ Beufu, Northāptonēſis, doctor Oxon. ſcripſit,
Lecturam Sententiarum, li.1. Datus eſt ei decor Carmeli,
Collationes uarias, li.1. In petra exaltauit me, Pſal.
Miraculorum Mariæ, li.1. Ad honorem Dei & glorioſiſſimæ,
Claruit anno domini, 1390, obijtque tandem Northamptonæ.

Radulphus

Radulphus Spaldyng, Stãfordiẽſis, doctor Canta. ſcripſit,
*Elenchorum.xlv.quæſtiones,* li.ij. *De ſophiſticis autem Elenchis,*
*Determinationes ſcripturæ,* li.1. *Quæritur utrum poſſit eſſe,*
Claruit anno domini.1390. obijtque demum Stanfordię.

Ioannes Botrell, facundus & eruditus ſophiſta. ſcripſit,
*Summulas Logicales,* li.1. *De uniuerſalibus, an ſubſiſtant,*
*De utilitate Logices,* li.1. *Artis Logicæ autorem ac primum,*
Atque alia plura. Claruit anno domini.1400.

Adamus Hemlyngton, Nordouicenſis, Oxonij & Pariſij doctor, ſcripſit,
*Conciones ſacras,* li.1. *Petite, ut gaudium ueſtrum ſit plenũ.*
Et alia quædam. Claruit anno domini.1410.

Guilhelmus Harſick, Burnehamiẽſis, doctor Cãta. ſcripſit,
*Diſtinctionũ theologicarum,* li.1. *Licite aliquis poteſt diligere.*
Claruit anno domini.1410.

Robertus Maſcall, Henrici quarti Anglorũ regis cõfeſſor, & epiſcopus Herefordenſis, ſcripſit,
*Sermones coram rege,* li.1.
Obijt Ludlowię anno domini.1417. die.xxi. decembris.

Thomas Peuerell, epiſcopus uiciſſim Oſſarienſis, Landauenſis, & Wigornienſis, ſcripſit,
*Quæſtiones theologiæ,* li.1. *Vtrum beatus Ioannes Baptiſta,*
*Sermones ſolennes,* li.1.
Wigornię tandem obijt anno do.1418. prima die martij,

Nicolaus Botleſham, doctor Pariſienſis, ſcripſit,
*Commentarios Sententiarum,* li.iiij. *Circa primam partem prologi,*
*Quæſtiones theologiæ,* li.1. *Circa primam dubitationem,*
*Tabulare ſtudentium,* li.1. *Ad utilitatem ſtudentium hæc,*
Obijt Cantabrigię prior anno domini.1435.

Thomas Dando, Marleburgenſis, ſcripſit,
*Vitam regis Alphredi,* li.1. *Cum contemplarer florigeros,*

*De materia paupertatis,* li.1.
Caruit Oxonij prælector, anno domini. 1456.
Dionyſius Holkam, doctor Cantabrigienſis, ſcripſit,
*Formalitates Logicales,* li.1.
Obijt in Burnehamienſi cœnobio anno domini. 1466.
Henricus Parker, Cantabrigienſis theologus, ſcripſit,
*Lectiones.34.in Meteorora,* li.1. *Intentio philoſophi in hoc libro,*
*Sermones quoſdam,* li.1. *Simul in unum dіues & pauper.*
Claruit epiſcopis inuiſus, anno domini. 1466.
Guilhelmus Grene, bacchalaureus Cātabrigiēſis, ſcripſit,
*Hagiologium Carmelitarum,* li.1.
Et quædam alia. Claruit anno domini. 1470.
Ioannes Spyne, de Briſtollo, doctor Oxon. ſcripſit,
*Sermones ad clerum,* li.1. *Cum uenerit paracletus, quem pa.*
Oxonij tandem obijt anno domini. 1484.
Guilhelmus Byntre, doctor Cantabrigienſis, ſcripſit,
*Lectiones in Cantica Solomo.* li.1. *Reuerentiarum ueſtrarum celeberri.*
*Queſtiones.xlij.ordinarias,* li.1. *Vtrum ſpiritus ſanctus procedat,*
*Determinationes quoque,* li.1. *Præſtantiſſimi theoriæ affluentes deli.*
*Paupertatis defenſorium,* li.1. *Multæ ſunt rationes erroneæ,*
*Præconia diue Mariæ,* li.1. *Semper laus eius in ore meo,*
*De Latini ſermonis ornatu,* li.1. *Colores præcipui pertinentes ad,*
Et alia. Obijt anno domini. 1493. Burnehamiæ ſepultus.
Petrus Kenyngale, doctor Oxon. ſcripſit,
*Sermones ad clerum,* li.1. *Recordare quia recepiſti bona,*
Obijt anno domini. 1494. Oxonij. ſepultus.
Robertus Bale, Burnehamiæ prior, edidit,
*Annales ſui ordinis,* li.1. *Anno mundi. 4186. Helias prophe.*
*Hiſtoriam Heliæ prophetæ,* li.1. *Ecce ego mittam uobis Heliam,*
*Officium Simonis Angli,* li.1. *Aue Simon pater inclyte.*

Atq; alia

Atq; alia. Obijt anno domini.1503. Burnehamiq; ſepultus.

Ioannes Sowle, doctor, magnus Pauli Apoſtoli buccinator Coleto familiaris, ſcripſit,

*Diuiſiones thematum*, li.1. *Abjciamus opera tenebrarum*,
*Sermones ex Paulo*, li.1. *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti*,
*Conciones per annum*, li.1. *formido mortis cecidit ſuper me*,

Obijt anno domini.1508. Londini ſepultus,

Ioannes Byrde, doctor Oxon. prouincialis.32. & ultimus. Epiſcopus uiciſſim, Pendricenſis, Bangorenſis, & Couentrienſis, ſcripſit,

*Lectiones in Paulum*, li.1.

Atq; alia plura. Adhucq; ſupereſt, candidius nunc de Chriſto, quam olim in monachatu ſentiens.

☞ Finem accepit in Anglia inter alias & hęc execrabilium locuſtarum ſecta, anno domini.1538.

Pro eo quod fecerunt Paleſtini in uindictam (inquit dominus) & ulti ſunt ſe toto animo, interficientes & implentes inimicitias ueteres (nam moleſti erant Iſraelitis) ecce ego extendam manum meam ſuper Paleſtinos, & interficiam interfectores. Eze 25. Immo ſi abſcōditi fuerint (Euangeliomaſtiges) in uertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos. Amos.9.

Billicum ergo pœniteat impietatis ſuæ.

## Scriptores iſtos, ex diuerſis Chronicis ac ſcriptis, inter legendum deſumpſi, quorum ſunt nomina.

SEruanus & Teruanus, Scotorum epiſcopi, diuerſa compoſuerũt ad Orchadẽſes et Pictos, Boethio teſte. Et claruerunt anno domini. 440.

Eldadus epiſcopus, Galfrido teſte, ſub rege Ambroſio Aurelio, orationes edidit, pro Britannis contra Saxones. Claruit anno domini. 490.

Iſanus & Atroclius, Abbates Britanni, Elchuto familiares (Vincentio teſte) quædam ędiderunt. Claruerunt anno domini. 530. ſub rege Arthurio.

Machutes, qui & Maglouius, Sampſon Demeta, Echbianus, ac Vignalocus, ſcriptores (Antonino teſte) fuerũt, & claruerunt anno domini. 560. ſub rege Maglocuno.

Elbodus epiſcopus, Samuelis Britãni pręceptor, nõnulla ſuo tẽpore cõpoſuit. Et claruit ãno do. 620. *ſub rege Cadwano.*

Liuinus Scotorũ archiepiſcopus & martyr, ſcripſit latine & erudite Epitaphiũ Allowini Bauonis, & homelias quaſdam. Claruit anno domini. 630.

Eremita quidam Britannus (Helinãdo & Capgrauio teſtibus) ad Walwanũ ędidit ſãctum Graal, librum impoſturis plenũ, & claruit anno domini. 720. ſub Yna rege

Albanus quidam Anglus, monachus Benedictinus de monaſterio ad ſanũ diui Albani, ſcripſit prophetias, li. 1.

Cornelius Hibernus, hiſtriographus, Chronicon ædidit, ex quo plura collegit Hector Boethius.

Fuldebertus Perſorenſis abbas, inter Eueſham & theukeſbery, plura ſub Ethelredo rege congeſſit, anno domini. 980.

Thomas Eboracẽſis archiepiſcopus, canonicus olim Ba-

ſecenſis, ac ſacerdotis filius, cantus eccleſiaſticos compoſuit, ut autor eſt Ranulphus, & claruit anno domini. 1070.

Robertus Polenius, poſt Oxoniẽſis academię per Danos direptionem, eandẽ reſuſcitauit, ac uaria compoſuit. Claruit anno domini. 1110. Hinc Romam petijt, Cancellarij dignitate illic functus.

Robertus dux Gloceſtriẽſis, Henrici primi Anglorum regis filius, Galfridi & Pontici teſtimonijs, aliqua uidetur ędidiſſe. Claruit anno domini. 1140.

Gualtherus Anglus, archiepiſcopus Panormitanus, Guilhelmũ Siciliæ regem literarũ primitias & artẽ uerſificatoriã docuit, multaq́ʒ ſcripſit, anno domini. 1170.

Gerardus Puella, epiſcopus Ceſtriẽſis, plura ædidit ut autor eſt Robertus Montis naualis. Claruit anno domini. 1180.

Henricus Swineſius, abbas Glaſconiẽſis, poemata & carmina ædidit. Claruit anno domini. 1190.

Aleonora regina Ioãnis Anglorũ regis mater, mulier erudita, epiſtolas ſcripſit ad Cœleſtinũ papam tertiũ, & ad Ioannem filiũ. Claruit anno domini. 1196.

Adamus Anglicus, doctor Pariſiẽſis, inter antiquos ſentẽtiarios a Petro Vincẽtino numeratur, qui & ſcripſit,

*Sententiarũ Cõmentarios,* li. iiij.

Robertus Tipetot, comes Wigorniẽſis, in ſciẽtijs liberalibus eruditus erat, ac uaria compoſuit. Claruit anno domini 1294. ut habet Nicolaus Treueth.

Daniel Ceret⁹ poeta excellẽs, quẽ Textor Brixianũ uocat, Britannus erat. Nã inquit, Et nos exigua cõtentę nocte Britãni. Hic elegantiſſima ſcripſit carmina.

Myluerley, Oxoniẽſis ſophiſta, ſcripſit, ut autor eſt Waldenus

*Vniuerſalia Logicalia* li. I.

Penbugull, alius adhuc ſophiſta oxonienſis, compoſuit, uniuerſalia

*Vniuerſalia quoque,* li.1.

Swyneſheade, impoſtor Oxonienſis ac ſophiſta, ſcripſit,
*Sophiſmata,* li.1.

Burneſton, theologus papiſticus, inter cętera ſcripſit,
*Diſtinctiones,* li.1. *Abijcere ſecundum autores,*

Caſterton, monachus Benedictinus & doctor, ſcripſit,
*In Apocalypſim Ioannis,* li.1. *Poſuit caſtra ſua in medio po.*

Pupwell, doctor quidam ſophiſticus, compoſuit,
*Quæſtiones quaſdam,* li.1. *Sciendum, quod dicit Ariſtoteles,*

Cōſtaſy, doctor theologus, poſt lecturam ſuam ędidit,
*Commentarios in Apocalypſim,* li.1. *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter,*

Rednaws, doctor, a multis memoratur ſcripſiſſe,
*In mythologias fulgentij,* li.iij.
*Commentarium in Ioannem,* li.1.

Buckynham, Oxonienſis academię magiſter, ſcripſit,
*Super ſententias,* li.iiij.

Wylton, doctor ac prælector Oxonienſis, compoſuit,
*Super priora Ariſtotelis,* li.ij.
*In Ethica eiuſdem,* li.x.

Bloxham, bacchalaureus & cuſtos aule Mertonēſis, ſcripſit diuerſorum titulorum opuſcula. Claruit anno do. 1382.

Harcley, cācellarius Oxon. ſcripſit queſtiones de tranſubſtantiatione in ſacramento, li.1. Vtrū de neceſſitate ſalutis,

Ioannes Baſſet, & Balatinus quidam, in Anglico ſermone chronica ſcripſerunt, ut habet Edwardus halle.

Doctor Chubbes, Cantabrigię in collegio Ieſu ſcripſit,
*Iſagogen ad Logicam,* li.1. *Bene fundatum præexigit debitum,*

Doctor Horneby, Cantabrigiēſis, ſcripſit ad reginam,
*Hiſtoriam uiſitationis Mariæ,* li.1. *Aeterni patris filius, Mariam concu.*
*Hiſtoriam nominis Ieſu,* li.1. *A ſolis ortu uſque ad occaſum lau.*

Skeltonus poeta laureat⁹, ſub diuerſo genere metri ędidit,
*Anglica carmina,* *li.plu.*

Alexander Barkeley, Scotus, rhetor ac poeta inſignis, trã ſtulit,
*Stultiferam nauim Brant,* *li.1.*
*Vitam diui Georgij ex Mãtuano, li.1.*

Ioannes Batmãſon, prior Carthuſianorũ Londini, ſcripſit,
*Contra Eraſmum,* *li.1.*

Ioãnes Houghton, qui illi ſucceſſit in eodẽ officio, ſcripſit,
*Ad Theodoricum Loer Carth. epi.plu.* *Miraberis forſan religioſſime pa.*
Hic detrectans regi in Dei uerbo obedire, Londini occiditur anno domini, 1535. Vt olim Baalitę ſub Iehu & Ioſia.

Gawinus Douglas, Scotus, Dunkeldenſis epiſcopus, ſcripſit,
*Commẽtariolũ de rebus Scoticis,* *li.1.*
Obijt anno domini. 1521. ex peſtilentia Londini ſepultus.

Guilhelmus Roy, olim (ut fertur) Minorita, ſcripſit,
*Aduerſus Cardinalem Wolſiũ, li.1.* *Progredere parue libelle, nihil,*
Et alia quædam. Claruit anno domini. 1526.

Rodericus Mors, iamdudum quoque Franciſcanus, ſcripſit,
*Ad parliamentum Angliæ,* *li.1.* *Miſericors pater omnipotens,*
Claruit anno incarnationis dominicæ. 1540. uaria condens.

Ioannes Rix, de Franciſci quoſdam obſeruantia, ſenex uenerabilis ſcripſit,
*Contra papiſtarum blaſphemias, li.plu.*
Qui Londini obijt anno domini. 1536.

Simon fyſhe, Cantianus, ciuilium legũ peritus, ſcripſit,
*Mendicorum querelam,* *li.1.* *Lachrimoſiſſime ſuas miſerias,*
Obijt Londini anno domini. 1531. peſte abſumptus.

Ricardus Wyſe, uir generoſus & doctus, ſcripſit,
*Pro ueritate credenda,* *li.1.* *Perpendens animo ingentem ruinam,*

Claruit

Claruit anno domini.1540.uaria componens.

Magiſter Saynt Germyn,uir nobilis, de templo Londini, ciuilium legum peritus,ſcripſit,

*Apologiam contra Morum,* li.1.
*De ſacramentis,* li.1.
*De cleri poteſtate ex iure,* li.1. *Quamuis huius libri propoſitum,*
*Dialogũ inter Salem & Bizãtiũ,li.1.*
*Contra ſuperſtitiones Turcarũ,* li.1.

Obijſſe fertur Londini anno domini.1539.

Ioannes Guineth,magnæ meritricis alũnus, & impoſtor, pro confirmanda idololatria,ſcripſit contra Ioannem frith,

*Confutationem primæ partis,* li.1.

Ioannes Roberts,ſeu Thomas Swynnerton, ſcripſit,

*De papiſtarum ſuſurrijs,* li.1.
*De pontificibus ſciſmaticis,* li.1. *Conſyderans chare lector,tot,*
*De ſcripturarum tropis,* li.1.

Claret uir eruditus,adhuc plura ſcribens.

Ioannes Baretus,Nordouolcas,doctor Cantabrigienſis, inſignis theologus,ſcripſit,

*Emendationes Triſſæ,* li.1. *Radulphus Alemanus de prouin.*
*Annotationes in Paulum,* li.1. *Paulus autem bonomius eſt,*
*In canonicam Ioannis,* li.1. *Qui in re theologica,*
*Orationem ad clerum,* li.1. *Etſi fides totius eccleſiæ,*

Viuit hodie amantiſſimus hic Ionathas, quatuor annis me iunior ac uaria ſcribit,

Ricardus Ryce,uir pius ac chriſtiane eruditus,ſcripſit.

*Inuectiuam in leuiora uitia,* li.1. *Vbi in præclaris operibus multo,*

Thomas Sternholde, traduxit in Anglica metra ad Edwardum regem,

*Viginti ſelectos pſalmos,* li.1. *Quamuis nobiliſſime princeps,*

Et alia, Claruit anno domini.1548.

Robertus Crowley,ſcripſit ad parliamentum Angliæ,

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Contra plebis oppreſſores,* | *li.1* | *Inter multiplices & graues,* | |
| *Prognoſticon de mundi fine,* | *li.1.* | *Reſipiſcite dico,reſipiſcite,* | |

Alanus.G.ſcientijs & linguis eruditus,ſcripſit ad Wintonienſem,

*Contra ſophiſtriam diaboli,* *li.1*

Et in uernaculū idonia plures libros tranſtulit,

Guilhelmus Gray,in carminib⁹ Anglicis plura elegāter ſcripſit cōtra regnū filij perditi & aduerſus Thomā Smyth.

Arthuri⁹ Keltō,in rhithmis Britānicis ingenioſe cōpoſuit,

| | | |
|---|---|---|
| *Laudes Cambriorū,* | *li.1.* | *Honorādo dño Guilhelmo Herbert,* |
| *Genealogiā eorū a Bruto,* | *li.1.* | *Dū inſignis ac prudēs ſecretarius.* |

Gualtherus lynne, tranſtulit a Germanico ſermone in Anglicā linguam,ad illuſtriſſimū regem Edwardum ſextū,

| | | |
|---|---|---|
| *De initio & fine Papiſmi,* | *li.1.* | *Dū Satā percepiſſet opus & fūda.* |
| *Dialogū duarū ſororū,* | *li.1.* | *Beatus Apoſtolus Paulus ad Roma,* |
| *Lutheri ſer. de matrimonio,* | *li.1.* | *Honorabile eſt inter ōnes cōiugium.* |
| *Exhortationes ad cōiugatos,* | *li.1.* | *Scitis ex Dei uerbo,unde matri.* |

Ioannes Phreas,Britannis,uertit Sineſium de caluitio, ut habet Conradus Geſnerus.

Finis.

Ex his & ſimilibus poterit fieri centuria ſexta Britannicorum, ſcriptorum.